UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri Disertissimi, Opera quæ exstant omnia

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Iacobi Sadoleti Episcopi Carpentoractis In Pavli Epistolam ad Romanos commentariorum Libri Tres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69244

Visual Library

# IACOBI SADOLETI EPISCOPI CARPENTORACTIS IN PAVLI EPISTOLAM ad Romanos commentariorum

## LIBRI TRES.

## *AD FRANCISCVM GALLIÆ REGEM Chriſtianiſſimum Iacobi Sadoleti Epiſcopi Carpentoractis dedicatoria commentariorum in Paulum Epiſtola.*

*QVOD virorum bonorum ſemper eſſe duxi, eorumq́ qui Dei veri colentes & Chriſtianæ religionis ſtudioſi eſſent, vt cum eam ipſam religionem noſtra hac ætate nouis quotidie ſeditionibus agitatam, & multitudine oppugnantium vehementer laborantem cernerent, pro ſua parte quiſque ad ferendam opem concurrerent: Idem ego quoque Rex omnium maxime ac Chriſtianiſſime Franciſce pro mea facultate iamdudum facere meditatus, ſæpe ea de cogitatione variis rationibus depulſus ſum. Nam nunc me ingenii mei paruitas, interdum tanta iſta temporum perturbatio dehortata eſt: nonnunquam etiam ille metus, illaq; ſuſpicio animum meum retardauit, quod intelligebam, id quod videram iam accidiſſe permultis, quodcunq; ego ſcripſiſſem, quãuis id pie ac religioſe ſcriptum eſſet, nõ eos ſolum, qui palàm ſunt aduerſarii, nam hi quidem minus pertimeſcendi ſunt, ſed ſocios etiam mecum eiuſdem & voluntatis & ſententiæ maleuolos aliquos interpretes meis ſcriptis non defuturos, quo non leuiter vitio noſtra ætas infecta eſt.*

*eſt. Poſtremò in tanto numero eorum, qui aut ſcripſerunt an-quitus, aut quotidie ſcribunt partim ſanctiſſimorum hominum ac doctiſſimorum, partim calliditate magis, & verſutia qua-dam, quam pietate vera Chriſtiana ſcripta tractantium (nam qui apertam impietatem præ ſe ferunt, eos in doctorum numero non duco) exiſtimaui meum nomen neq; adepturum authorita-tem inter tot egregios, neque habiturum pondus ad reprimendos inſolentes. Quòd primum illud inſignem quandam, & omnis fe-rentem orationis copia doctrinam poſtulat, quam ego in me eſ-ſe non agnoſco. Poſterius autem ſine priore nullius omnino ad coercendum & comprimendum momenti eſt. Sed etſi tot cau-ſis, & tanquam obicibus à ſcribendo ſæpe iam deterritus, ta-men reputans identidem ipſe mecum omnia à nobis profun-beri Deo, cuius cœleſtibus diuiniſq; beneficiis non ſolum cum humano genere communiter, verum priuatim ego etiam, & proprie multis magniſq; ſæpius affectus ſum, nihil ſum u-tus valere apud animum meum oportere, quod me ab excolen-dæ pietatis ſtudio retraheret. Etenim ſi ingenium præcipue à no-bis Deus requireret, petere id videretur, quod non eſt noſtrum: quicquid enim valemus ingenio noſtrum vnuſquiſque à Deo totum obtinemus, nullæq; noſtræ in ea re quidem exiſtunt par-tes. Verum ille à nobis non tam ingenium quam voluntatem bo-nam poſtulat, quæ aliqua ex parte eſt etiam noſtra: hac enim & pietatem ſanctitatemq; ſponte colimus, & per hanc ad Deum, ipſius iuuante gratia, proxime nos adiungimus: cuius noſtræ Deo voluntatis oblatio cum libera nobis ſit, cum aliàs ſemper, tum hoc tempore potiſſimum in honorem illa & cultum eiuſ-dem Dei à nobis adhibenda eſt: temporum autem perturba-tio ea ipſa eſt, quæ hoc maxime exigit, vt in hanc curam, & ſtudium iuuandæ religionis totos nos dedamus. Moueri ve-rò obtrectationibus maleuolorum, infirmioris animi eſt, & vt videatur virtus Chriſtiana, & erga proximum charita-poſſe concedere. Quod vero tam multi iiſdem de rebus & ſcri-pſerint olim, & quotidie ſcribant, deterrere nos non debet. Ne-quidem neque ii, qui ante nos extiterunt, fuere ipſi deterriti. Quapropter cum iuſtiores multò, & grauiores cauſæ ſint agendi*

mihi

*mihi aliquid quæ ceſſandi, non dubitaui ad extremum ea, quæ intra domeſticos parietes multis diurnis, nocturniſq́; lucubrationibus, multa cura, vigiliaq́; elaborata mihi eſſent, quæ quidem ad aperiendum fidei* CHRISTI *myſterium, & ad doctrinam beatæ vitæ pertinerent, in vulgus publiceq́; proferre, tua præſertim ſecundum Deum præſtantiſſime Rex virtute, ſapientia, autoritateq́; confiſus. Etenim tu cum eis maioribus ſis ortus, qui omnia ſibi pro fidei ac religionis tutela, ac propugnatione, & facienda ſemper & ſubeunda eſſe duxerunt, ad hanc illorum præclariſſimam mentem, cum cæteris ipſe rebus quamplurimis, tum occaſionibus temporum ſuperior acceſſiſti: fuerint licet graues ſæpe antea motus, & multorum diſſenſionibus infeſta tempora, virtuſq́; maiorum tuorum in illis tum temporibus ſpectata atq́; eminens: nunquam tamen neq́; tantum extitit, in Chriſtiana fide diſſidium, quantum hodie extat, nec tanta virtute animiq́; magnitudine obuiam itum eſt, quãta tu maximarum nunc nationum quæ ſub ditione tua ſunt & pericula eiuſmodi propulſas, & mederis incommodis. Nec vero ſolum autoritate, & imperio, & magnitudine poteſtatis Chriſtianæ fidei conſulis & religioni: ſed comitate etiam & hortationibus tuis facis, vt nos qui leniorem illam viam docendi ſcribendiq́; ſequimur, tua libentius cauſa ad hæc ſtudia noſmet conuertamus. Meminiſti enim profecto, & quo tempore primum fratris mei filium officii ad te cauſa ſalutatum miſi, & poſtea cum his, Lugduni primò, mox Auenione eodem egomet munere apud te functus ſum, mihi omnia mea ſtudia tibi deferenti, te fuiſſe autorẽ, vt in his potiſſimum inſiſterem argumentis & literis, quæ Chriſtianæ rei poſſent eſſe vtiles: meq́; opus, quod in Pauli epiſtolam ad Romanos in manibus tunc habebam, ocyus vt abſoluerem etiam hortatum eſſe. Quod feci ſane accurate quoad potui, confectumq́; librum & abſolutum tuo nomini, Rex fortiſſime, inſcripſi, ac dicaui: non id quidem ſpectans, vt ex illo quicquam in tuam laudem redundet, ſiquidem neque ex flammulis quæ è lychnis prælucеſcunt, Solis lumen fit clarius: Sed vt mea ſcripta, quod ſuis opibus ipſa non queunt, tui nominis gloria opinionibus legentium melius commendentur, ſintq́; ad cõferendas in men-*

*in mentibus hominum pias & ſanctas rationes efficaciora. Nã quo illa ſplendidiore titulo, aut qua grauiore ornari authoritate poſſunt, quam eius regis, in quo amplitudo maximę poteſtatis magnitudini animi nequit eſſe par? qui altitudinē fortunę ſuę, humanitatis, & liberalitatis laude ſuperauit? cui tot & tanta adſunt à Deo bona? & quæ præterea ipſo eodem adiuuante Deo ſibi comparauit, plurimarum artium rerumq́; ſcientia, multarum etiam vſus in maximis rebus & ſuſcipiendis & adminiſtrandis animus, conſilium, comitas, eloquentia. Quæ ipſa tamen omnia cunctarum domina virtutum pietate erga Deum religioneq́; exornantur: quam nos in te diuinam imprimis eximiamq́; virtutem Franciſce Rex ſpectantes ac venerantes, cum hæc nunc damus, quæ adhuc nobis effecta ſunt, tum alia quoque, ſi vita ſuppeditauerit, ſumus daturi, ad hunc eundem religionis honorem & defenſionem Chriſtianæ veritatis pertinentia. Quandoquidem neque mihi quicquam magis conandum & contendendum eſt, neque tibi præſtandum atque efficiendum, quam vt incolumis cultus præpotentis Dei, & quæ ſine eo cultu conſtare rite non poteſt, iuſtitia, continentia, pietas, hominum mentibus & ſtudiis iam prope dimiſſa, reſtituatur. Quod Dei primum ope, tuaq́; deinde Chriſtianiſsime Rex virtute aliquando factum iri ſperare iure omnes & poſſumus & debemus.*

## ARGVMENTVM EPISTOLÆ.

CONtentio erat orta inter Iudæos & Romanos, qui Chriſto erant initiati, quorum vtrique alteros contemnebant. Iudæi de operum meritis gloriabantur, quod datæ ſibi legi ſeruiiſſent, & ex hoc euangelicam gratiam tanquam debitã meritis ſuis percepiſſent: quare eam nolebant dari gentibus tanquam indignis propter idololatriæ cultum & alias vitæ ſordes, niſi Iudaica ſacramenta ſuſciperent. Contrà verò Romani ſe Iudæis præferebant propter Philoſophiæ & prudentiæ humanæ ſtudia, & propter vocationis ſingularem gratiam, qua Chriſtus Iudæis verbum ſuum reſpuentibus con-

uerſus eſt ad gentes, tum etiam propter rationem imperij, quo Deus populum Romanum præ ceteris gentibus illuſtraſſet. Quas controuerſias Apoſtolus Paulus hac Epiſtola dirimere conatur, & neutros eorum ſua iuſtitia ſalutem meruiſſe oſtendit, ſed vtroſque grauiter peccaſſe. Iudæos quidem, quod per præuaricationem legis Deum nō honoraſſent: Gentes verò, quod cognitum de creatione creatorem non vt Deum coluiſſent, ſed eius gloriam in manu facta mutaſſent ſimulacra, & ſeruiiſſent creationi creatore prætermiſſo: Verum vtroſque à Deo veniam conſecutos, æquales & pares eſſe demonſtrat. Quare eos ad pacem & concordiam & vnitatem in Eccleſia tuendam hortatur.

*Meminit huius ſui Commentarii in Epiſtolam Pauli ad Rom. Iac. Sadoletus Epiſtolarum lib. III. Epiſt. 5. & 6. lib. IV. Epiſt. 9. lib. VI. Epiſt. 7. & 9 lib. IX. Epiſt. 9. & 10. lib XIII. Epiſt. 2.*

---

## *IACOBI SADOLETI EPISCOPI CARpentoractis in Pauli Epiſtolam ad Romanos commentariorum*

### LIBER PRIMVS.

SÆPE mihi cogitanti de Chriſtianæ fidei primordiis, & ipſo ortu religionis noſtræ, quę à cruce, & morte, & ab eis denique initijs profecta, quę maxime contraria, plurimumque repugnantia humanis ſtudijs, & opinionibus ſunt, in eam nihilominus creuit amplitudinem, vt cunctum fermè terrarum orbem quodam tempore ad cultū ſui, venerationemq; conuerterit: cum vis ipſa cœleſtis numinis & bonitas præpotentis Dei verſa: ur ante oculos, quæ hoc maxime mirabili, imprimisque inſolito genere ſe oſtendendi patere voluit: tum vero duas reperio virtutes, humilitatem animi videlicet, alteramque Charitatem, quarum neutrius vim cognouit antiquitas, huius præclari operis & inſtitutrices initio fuiſſe, & ad hoc tēpus eſſe conſeruatrices. Atq; harum quidē, quas dicimus virtutū, & quib. laudem, ac decus & cōſtitutæ, & auctę Chriſtianę religionis aſſcribimus, hoc & ignorata apud veteres, & nobis, qui ad veram Dei cognitionem acceſſimus, facilis, & prompta fuit indagatio, quod illi ea, quę gerebant, quæque meditabantur, omnia ad

opes ſibi comparandas, ad cupiditatem, ad dignitatem, ad potentiam ſuam reuocabant, ſtudiumque omne ſuum in eis cogitationibus ponebant, per quas & valere opibus præter cæteros, & excellere induſtria prudentiaque exiſtimarentur. Nos vero Doctoris noſtri CHRISTI exemplo, monitisque edocti, in humilitate animi magnitudinem noſtram, & in procuratione aliorum vtilitatis poſthabita noſtra omnem ſpem adipiſcendæ felicitatis poſuimus. Ac nequis ſacrarum imperitus rerum forte miretur, qui ſtent iſta ſimul, poſſintque in vnum cohætere, magnificum in humilitate videlicet, & in neglectu propriorum commodorum beatum eſſe, cum hęc pugnare potius, & inter ſe eſſe aduerſaria videantur, is conuertat animum ad ea intuenda, quæ in Christo IESV Domino noſtro incredibili modo facta ſunt: deſinet mirari profectò hanc congruere in membris diſcrepantiam, cum in capite ipſo tantam rerum omnium maxime contrariarum concordiam inter ſe, conſenſionemque aſpexerit. Etenim ſi quid maxime diuerſum, & remotum ſit in oppoſitione attendimus, quid eſt à terra, quã cœlum diſiunctius: & quã ab homine Deus? aut quid abſurdius eſt quam velle mortem cum vita coniungere, gloriam cum dedecore, infirmitatem cum potentia? Quæ tamen in illo ſic omnia coierunt, vt ad ea bona, quæ is & ſumma, & immortalia eſt adeptus, ab his extremis, & contrarijs malis fuerit gradus, vel potius ex iſtis illa extiterunt. Neque ipſe ſolum tantum hæc, quæ ſuapte natura ſunt diſparata, coniunxit, ſed eadem quoque in nobis voluit coniungi, vt cum ipſius ingreſſi veſtigijs inſtitiſſemus eadem adepti bona, nouiq; ciues, & incolę cœli effecti terram in medio aſtrorum collocaremus. Sed quoniam de his aliud ad dicendum dabitur tempus, ſatis de eis ſit in præſentia dictum. Ad illas deinceps veniamus virtutes, quarum modo a nobis facta mentio eſt. Etſi enim hoc tempore non ad noſtrum ſcribimus arbitrium, ſed in aliorum diuinitus ſcripta commentamur, tamen de eis aliqua præfari virtutibus, quæ præeunt nobis, & magiſtræ ſunt ad beatam vitam non cognitione ſolum, atq; ſcientia verum etiam vſu, & fructu comprehendendam non nihil ad quidem, quod inſtituimus pertinet. Ac humilitatis quidem hoc primum & præcipuum donum eſt quod diuinarum notitiam rerum abſque ea habere non poſſumus. Credere enim eſt neceſſe eum, qui ad eas velit intelligentia penetrare. At nemo id [illegible]git, qui ſit ſibi ipſe confidens. Porrò cæteræ artes & ſcientiæ id ipſum poſtulant, vt qui ad eas ingreſſurus ſit, callido is ingenio, atque magno, nullique rei facilè aſſentiatur, ſed certam rationem in omnibus, argumentationemque requirat. Noſtra vero hæc, quæ ſola veram in ſe continet ſapientiæ facultatem, ſummarum rerum, literarumque cognitio, tametſi ea ſummis, atque [illegible]

tiſſima

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiſſimis diuinorum conſiliorum myſterijs referta eſt, nullis tamē
ingenijs, niſi credulis, atq; ſimplicibus percipiendam ſe præbet,
generiq; nouo inſtituendi, & docendi prius perſuaſos vult eſſe ſe-
ctatores ſui, quam aliquid illis ipſa perſuadeat: prius vt credant,
quam doceantur: prius vt ament, quam nouerint planè, quid il-
lud ſit, quod ante omnia illis eſt amandum. Eadem quoq; elatos
animos, & appetentes gloriæ imprimis aſpernatur, & repellit. A-
ſtutiam, audaciam, confidentiam ne intuetur quidem. Simplici-
tatem amat, huic ſeſe dat: hanc benigniſſime complectitur. Hu-
militatem ipſam, & puros, credulosq; bonarum mentium cogita-
tus adhibet libenter ad ſecreta ſapientiæ ſuæ, omnesq; illis the-
ſauros ſuos oſtendit, atq; offert. Ad quos qui illo fidei, & humili-
tatis aditu intrare meruerunt, ò ſemper illam quidem eximiam
ac præſtantem, ſed nunc in hac ratione benigne faciendi ſingu-
larem profectò, & inauditam Dei beniuolentiam erga nos, ac ve-
rè in omni genere infinitam bonitatem, quantum illic cœleſti-
um diuitiarum, atq; opum? quantum ad explendos animos læti-
tiæ, ſummæq; iucunditatis abundat, & affluit? vt cætera tunc o-
mnia pro nihilo ſunt? vt quæ ad humanam pertinent ſapientiam,
leuia cuncta, inaniaq; ducuntur? Iacent tum reliquę artes omnes,
ac ſcientiæ, atq; hæc vna in pretio ſola eſt: vna contentos animos
facit, compotesq; ſummi gaudij, & omnium bonorum copia re-
dundantes: quam tamen, vt diximus, aſſequi nemo poteſt, qui
non per fidei ianuam ab ipſa humilitate animi fuerit intromiſ-
ſus. Rectè enim Propheta, Niſi credideritis, non intelligetis, in-
quit. Et Dominus Iesvs fidem vbique, & ante omnia expoſcens,
regnum cœli, illi imprimis qui firmiter credit, & qui nihil in fide
hæſitat propoſitum, & poteſtatem rerum mirabilium datam eſſe
prædicabat. Atque hanc fidem, ſimplicitatemque mentium opti-
marum Chriſtiani propriam nominis, quæ ab humilitate animi,
tãquam à ſemine, radicibusq; profecta, in arborem amplam cœ-
leſtis ſapientiæ adoleſcit, atq; vberes demum fructus beatæ vitæ
fert, Charitas eſt, quæ præcipue continet: Charitas fidē alit, eadē-
que ſpem auget, & cum hoc mortali corpore dimiſſo ad alteram
illam vitā cœleſtem & immortalem nobis eſt tranſeundum: hæc
vna fidelis ſemper nobis eſt, & perpetua comes: deductrix noſtri
in hac vita, conſors, & congratulatrix in altera: Cuius contra o-
mnem veterum ſeculorum ſententiam proprium hoc munus, at-
que officium eſt, vt de aliorum ſalute, commodisq; ſolicita, nihil
de ſe ſanè, magnopere commoueatur: Fraternam enim ea habet
cum omnibus fidelibus conſtitutam neceſſitudinem. Quando-
quidem cuncti ex eodem Deo patre profecti, ab eodem Domi-
no Iesv Christo è ſeruitute redempti, Spiritus ſancti eiuſdem ha-
litu regimur, ac ſuſtinemur. Ex quo corpus vnum totius eccle-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiæ compactū, conflatumq; eſt, vno patre, vno capite, ſpiritu eo-que vno, ſed plurib. tanquam membris diſtinctum, atq; ornatum. Quo qui in corpore volunt cōiuncti eſſe, eodemq; vna cū cęteris Christi ſpiritu viuere, habeant illi charitatem, atq; exerceant neceſſe eſt: omneisq; curas ſuas foras tendant, nihil omnino ad ſeſe, ſed ad proximum omnia, & ad Deum referentes. Hoc enim vinculum eſt, hæc firma connexio Chriſtianæ ſocietatis, in qua v-niuerſa tanquam in corpore ſuo Dei habitat ſpiritus, easque in nobis procreat virtutes, quę maxime præclarę, imprimisque ad-mirabiles, vt in genus, & nomen ſummi Dei adoptemur, efficiunt. Quæ cum ita ſint, cum tantus ſit fidei, atque humilitatis apud De-um honos, tanta fraternę cum omnibus coniunctionis vis, vt o-mnis beatæ vitæ & cognoſcendę ratio, & adipiſcendæ ſpes no-bis potiſſimum in his poſita, & conſtituta ſit, quid eſt de hoc no-uo hæreticorum genere nobis dicendum? qui ſubitò exorti non vnam partem aliquam, ſed corpus totum eccleſiæ ſuis diſſenſio-nibus lacerare nituntur: qui a maledicentia primo, & odio qua-rundam hominum ad inimicitias progreſſi, in eis ſeſe continere non potuerunt, longiusq; impetu iracundiæ prouecti, cum leges multas ſalutariter latas, moresque optime ab eccleſia in-ſtitutos, tum vero non pauca fidei Christi firmamenta conuelle-re penitus, & diſijcere ſunt conati. Quorum vtinam omniū Chri-ſtianæ ſpiritum humilitatis aliquando immittat Deus, vt remini-ſcantur, & intelligant, non ſe hac ratione fraternę charitati con-ſulere, neq; hoc ex Deo eſſe, vt pax atq; concordia in eccleſia per-turbetur, vnitasq; ſcindatur: Sed illud vere diuinum, & vere Chri-ſtianum exiſtere, amare proximum, tueri conſenſionem, morem maiorum, tot præſertim ſeculis inueteratum in eccleſia ſanctum & ſalutarem ducere, eumq; cum fide, & cum humilitate cuſtodi-re. Nam quod iſti, & ab eis qui ſunt, cū maxime omnia miſceant, atq; confundant, libertatem ſeſe Chriſtianam aiunt repetere, quę ſit hominum traditionib. (ſic enim appellant) plurimisq; impo-ſitis oneribus oppreſſa, atque erepta, perſpicuum eſt cogitanti, id hoc eſſe, dare operam, vt ſpiritus liber ſit, ſed vt peccato ſeruiat Caro autem in omnem licentiam ſit ſoluta, & libera. Neque adeo illi ſic ſe obſcure gerunt, vt coniecturam eorum animi & volun-tatis difficilem habeamus. Qui (omitto enim in præſentia, quæ faciunt, & fecerunt) hanc certè palam introduxere ſententiam, beatam vitam non operationibus bonis, ſed ſola fide ergà Deum expetendam eſſe, perinde ac fidem in ſe velit Deus non pie-tatis, omnisque virtutis, ſed intemperantiæ, & vitiorum eſſe con-ciliatricem. Quod ſi iſti aut excellente doctrina, aut nouo ali-quo dubitandi genere prauas opiniones in Dei populo inuexiſ-ſent, eſſet nobis quoq; accuratius fortaſſe aduerſus illos diſputan-

dum,

dum, ipſisq; & monendi, & rogandi, vt dimiſſa cõtentione pugnã-di, præferrent Chriſtianę vnitati, néue ſuam primum, deinde alio-rum etiam ſalutem perditum ire contenderent. Cum vero nihil attulerint de ſuo, ſed pręteritorum temporum errorib. aceruatis atque collectis vniuerſos repente in eccleſia Dei renouauerint, quid attinet monere velle nõ ignorantes iſta omnia cõuicta iam-pridem & damnata eſſe? Atq; vtinã tamen moneri ſe paterentur, pi-am humilitatẽ ad audiendum, & ęquitatem animi afferrent ad cognoſcendum: Neq; rationibus rectis, & exemplis, authoritati-busq; ſanctiſſimorum hominum tam pertinaces animos ſuos op-ponerent. Qui ſi aut iram aliquam ſuam exaturare, aut ſtudio cer-tandi obniti concupierunt, tot poſtea concitatis in populo Dei ſeditionibus, tot cladibus illatis, tot detrimentis inuectis, pateat eos tandem aliquando expletos eſſe, remittant aliquid pertina-ciæ, ad Deum interdum reſpiciant, illamque eius admirabilem cogitent charitatem, qua adductus ipſe cum filium ſuum in mor-tem propter ſalutem hoſtium, & inimicorum ſuorum tradide-rit, non decet nos profectò illius ſanctam fidem nomenque pro-feſſos, fratres, & proximos noſtros in hoſtium numero ducere. Sed de his videat, illisque conſulat, & prouideat miſericors Deus. Nobis quidem quod in illis pro Chriſtiana charitate grauiter dolendum eſt in his Galliæ populis, & nationibus, in quibus me quoque Deus, tale nihil merentem, in numero tamen epiſcopo-rum voluit eſſe, vehementer etiam atq; etiam eſt lætãdum, quod ipſorũ quidem hominũ probitate etiam & religione, ſed Chri-ſtianiſſimi regis noſtri Franciſci imprimis virtute, & vigilantia ne parua quidẽ contagio illius tanti erroris in his regionbus potuit adhæreſcere. Cui quidem regi nil cauſæ eſt profectò, quin debi-tum laudis teſtimonium præbeamus. Etſi enim ab illo longiſſi-me diſiuncti, ad aulæ curas, atque negotia ne aſpiramus quidem, illius tamen ad nos quoque beneficia perueniunt: quæ hoc mi-hi maiora & chariora ſunt, quod non peculiaria mihi ipſi, ſed o-mnibus Galliæ populis mecum ſunt communia. Pacem enim ab eo & ocium, & legum obſeruantiam, & ęquitatem iuris obtine-mus, quodq; cęterorum omniũ ſummum eſt, integram, atq; in-uiolatam in CHRISTO fide religionem. Ad reliquas enim ipſe a-nimi virtutes, quæ in illo plurimæ ſunt, & præſtantiſſimæ, hanc quoque cæterarum longe principem virtutum tanquam faſtigiũ appoſitam eſſe voluit, vt perpetuam ſibi propugnationem ſuſci-peret pro CHRISTI honore, & nomine, aduerſus homines eos, qui omnia ſancta & recta peruertere nituntur. Ac bellicos qui-dem illius labores, grauesque pugnas, in quibus varia interdum fortuna, ſemper autem inuicta animi illius virtus extitit, lauda-bunt alij, qui iſta magis extollunt, & admirantur. Nos ne in his

quidem commemorandis inſiſtemus, quæ præclara in eo, & regia ineſſe cernimus, vt bonitatem illius, vt iuſtitiam, vt liberalitatem, vt magnitudinem animi pluribus verbis proſequamur. Illa mihi & prædicanda de eo, & in cœlum ferenda eſſent, quæ ad Dei omnipotentis in illo cultum, & ad honorem religionis pertinent, ſi par noſtra maximi Regis laudibus eſſe poſſet oratio. Attamen ne aut ſummi Dei beneficium non agnouiſſe, qui talem nobis præpoſuit regem, aut regis ipſius merita, & laudes ſilentio obtexiſſe, & propterea in vtrunque ingrati eſſe videamur, [illegible] animus regis ſua ſponte in Deum, & in religionem propenſus, noſtra etiam prædicatione ad pietatis ſtudium magis accendatur. Dicimus illius ſtudio, & pietate, & ſapientia eſſe factũ, vt in tanto, & tam diffuſo regno, tot populis, tot prouincijs, tanta hominum celebritate frequentibus, nuſquam aut hæreticę impietatis [illegible] exiſteret, aut ſubito exorta, & cõſpecta vindicaretur. Fuit hoc Galliæ ſalutare, Deo imprimis gratũ, Regi ipſi glorioſum. Quid in maxima nuper fame, cum ſterilitate, & inopia frugum cuncta laboraret Gallia, nec inuenirent homines, paupereſque præſertim, quibus vitæ ſuæ ſubſidijs opitularentur, nõnne patefecit penitus Rex omnis fontes bonitatis & liberalitatis ſuæ? pietateque erga Deũ, & in pauperes miſericordia adductus permulta hominum millia complureis menſes aluit? cura, & prouidentia non abſiſtens, quoad nouis frugibus vberior annus, copiam paſſim frumenti cœpit ſuppeditare. Nã quod ipſe & artiũ optimarum eximius amator eſt, filioſq; ad eadem ſtudia præclariſſima erudit tali patre digniſſimos, & tanto regno, quodq; Doctores earum ipſarum artium, & ſacrarum præcipue literarum conquirit vndique, magniſq; propoſitis præmijs erudiendę iuuentuti in ampliſſimis regni ſui vrbibus præficit, quibus nam iſta quæſo laudibus, qua verborum vi, aut orationis copia dignè poſſunt extolli? Nempe hæc magna ſunt, hæc immortalia, hæc diuina, quæ omnem laudem vincunt, quæ regem ipſum faciunt eminentius etiam in virtute, quam in fortuna eſſe magnum: vt cuncti iure, ac meritò gloriemur, quod in poteſtate, & in imperio maximo, maiorem [illegible] regem ipſo regno habeamus. Verum vt conuertar ad Germaniæ principes, ſiqui ſunt (ſunt autem nonnulli, qui huic perniciosæ & peſtilentiſſimę ſectæ aut aperte faueant, aut occultius animos ſubminiſtrent, tantamq; Germanico nomini ac nationi fortiſſimæ & nobiliſſimæ, quod in ipſis eſt inurant maculam) cur ipſo talibus exemplis, cur veterum doctorum ſanctiſſimorũ hominum vitæ atq; doctrina? Cur Imperatoris ſui CAROLI optimi & Deo, & de fide catholica ſentientis authoritate, perpetuo que ritu conſentientis eccleſiæ non mouentur? vt reflectant animos ad conſiderationem ſui, priſtinæq; ſuæ, & maiorum ſuorum

religionis, quæ vna recta, puraq́; eſt, velint eſſe memores. An hoc ſibi & laudi, & ſaluti magis fore exiſtimant, ſi pro Chriſtianis Lutherani appellentur? Quanquam his nos quidem, cuiuſcemodi illi ſint, & quoquo modo de re Chriſtiana meriti, placatum tamen Deum, & propitium precamur, atq; vt ipſe eis reuocatis ad ſecundum lumen veritatis ſuæ, ſanguinem, & mortem filij ſui, qui pro cunctis ſuſcepta eſt, valere ipſis etiam velit ad expiationem peccatorum. De qua CHRISTI morte totoq́; illo redemptionis humanæ, & diuini conſilij ad ſalutem noſtram myſterio, cui fides iamdiu, certaq́; perſuaſio in Chriſtiano nomine ſuſcepta et, tamen quoniam eius fructum iſti nunc labefactare contendunt, & ſanctiſſimis, antiquiſſimisq́; doctoribus, qui de hac re luculentius, copioſiusq́; ſcripſere, nimis certè inſolenter & ſuperbe repudiatis, ad illos ſe recipiunt, qui propter altitudinem ſententiarum, arcanaq; Dei conſiliorum preſſius, & difficilius ſunt locuti, quo ipſi in illis latebrarũ perfugia ſibi quærere, illorumq́; verba ad ſuos ſenſus contorquere poſſint, viſum nobis fuit faciendum, vt beati Pauli Apoſtoli epiſtolam ad Romanos, cuius iſti in abſtruſis abditisq́; ſenſib. ſuæ imprimis malitiæ latibula cõſtituunt, quantum nobis à Deo fuerit datum, accuratè exponeremus, quæ tota omnibus diuinitatis cognitionibus ita referta eſt, vt vix ad eam intelligendam mẽtibus humanis aditus eſſe videatur. Ita ad oſtendendum crucis myſteriũ efficax, vt quicunq; eam recte perceperit, amplius vt nobis videtur, de fide Catholica nõ poſſit dubitare. Verum hæc noſtra expoſitio non noua commentatio, ſed veteris ſermonis commemoratio recens fuerit, quem habuimus inter nos, cum Romæ etiam tum eſſem, ego & Iulius Sadoletus frater, qui Græce, Latineq́; doctiſſimus, atq; in omni artiũ optimarum, præſertimq́; philoſophiæ cognitione non æqualibus ſuis ſolum, ſed etiam maioribus natu longe præſtans, multa quoque de ſacris literis conferre ſæpenumero mecum, & vel percontari de me, vel etiam differere ipſe ſubtilius ſolebat. Dabimus hoc chariſſimi, atq; optimi fratris nomini, ac memoriæ, vt Chriſtianæ pietatis myſteria, quibus ille maxime ſemper deditus fuit, & ſummi doctoris cunctarum gentium ſcripta, atq; doctrinas, quarum altiſſima eſt explicatio, cum eo communicemus. Nec, ſi dialogorum morem fuerimus imitati, idcirco minus omneis ſententias, verbaque perſequemur. Quin aptius hoc quoque, & commodius videri poterit, ſi alternis diuiſisq́; perſonis ſuo quidq́; loco & interrogabitur opportune, vbi erit aliquid dubitandum, & reſpondebitur. Sed vt ad rem, & ad propoſitum veniamus, cum olim Romæ diebus feſtis Pentecoſtes in hortis meis eſſem, quos in Quirinali colle, ad altam ſemitam, ſatis amœnos, vbereſq́; habebam, cumq́; iam diei, & temporis calor increbreſceret, cõſedi forte ſub



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vmbra quadam, volumen Pauli epiſtolarum Græcum in manibus
habens, eramq; in eo legendo ſane quàm attentus, cum inopina-
to acceſſit ad me Iulius frater, & continuò ſalute data accepta-
que, NON TV, inquit, mi frater vnquam ne ocioſis quidem, fe-
ſtisq; diebus in ocio eſſe potes: etſi hoc tibi puto optatū & ſuaue
eſſe ocium, ſiquid legas, aut ſcribas, quando te ferè omne tempus
principis & curiæ negotijs tribuere neceſſe eſt, in quo video ſæpe
quàm ſis maximis occupationibus diſtrictus. Sed nunc quidem
quem nunc authorem in manibus habeas, niſi moleſtum eſt, ſcire
ſanè aueo. Facile id quidem, inquam eſt, Pauli enim legebam epi-
ſtolas, & noſti tu quidem iampridem animum meum, quantope-
req; cupiam me ex ijs ipſis, quas narras, occupationibus euolue-
re, in ociumq; referre, vt in literis aſſiduus ſim, & Deo aliquando,
cui maxime debeo, ſoli ſeruiam. Sed hanc meam cupiditatem
huius doctoris ſanctiſſimi ſcripta incendunt, vt nulla alia re
acquieſcere animus meus poſſit. Caue enim mi frater putes hac
lectione quicquam fieri poſſe diuinius. Aſſentior, inquit, neq; id
mirum duco, quippe nō humana iſta huius maximi Apoſtoli ſit,
diuinitus inſpirata, atq; infuſa eſt ſapientia, quam ego quoq; cœ-
pi deguſtare, verosque in ea intelligere beatæ vitæ repoſitos eſſe
fructus, etſi meum ſtudium aliquantum ſcriptorum difficultas &
interpretum nonnunquam turba retardat. Atqui mi frater, quod
hæc deguſtes, inquam, vel quod in omni genere potiſſimum literarum
ſummo ſtudio verſere, planè mihi exploratū eſt: video enim ma-
ciem, damnumq; tui corporis. Itaque in metum interim addu-
cor, ne minus accurate valetudini tuæ conſulas quàm ſatis opus
ſit, & quàm ego velim: quod ſanè facere debes mi optime frater
& ſaluum te nobis diutius conſeruare, quando noſtra omnis, to-
tiusq; familiæ noſtrę ſpes, in te vno præcipue, & in tua expectatiſ-
ſima virtute, ac dignitate poſita eſt. Tum ille, Mortis noſtræ &
vitæ, inquit, vnus eſt dominus & moderator præpotēs Deus, cuius
ego voluntati totum me addixi. Neque vero video quid tantum
interſit inter viuere, & mori, dum vtrumq; recte fiat. Interea qui-
dem dum in his locis dego, vitā illam conabor imitari, quę in cœ-
lo vere plena, & vere perfecta eſt, vt exercitatione mentis potius
quàm ſenſibus oblectandis viuam, quando & immortalitatem
illam ſpero conſequi, quam Deus fidelibus ſuis propoſuit, non
tamen meritorum meorum fiducia fretus, ſed Dei ipſius clemen-
tia & bonitate. Hic ego animo non parum commotus: Tua
virtute, inquam, mi frater, pietatem enim iſtam tuam excolo,
teq; ita ſentire vehementer gaudeo: ſed tamen fieri vtrumq; meo
iudicio cōmode poteſt, vt & Dei totus ſis, & vt te noſtri quoq; in-
terdum, qui te tantū amamus, ſubeat cogitatio. Et ille: Iam vero
mittamus iſta, inquit, & potius iſtud, modo quod legebas, com-
munica

munica mecum: ſiquidem hoc fraternum imprimis, & tuum eſt velle quæcunq; habeas, ea tibi mecum communia eſſe. Epiſtolam legebam ad Romanos illam ipſam, inquã, quæ tota maximè ſcatet cœleſtibus, abſtruſisq; myſterijs. Peropportunè vero hoc, ille inquit, collecta enim iam habebam ex illa aliquot loca, de quibus ſententiam tuam percontarer: at quando ocium nobis nunc quidem eſt, feſtiq; dies, & nihil aliud potius, quod agamus, gratiſſimum feceris mihi, inquit, ſi epiſtolam mecum vna percucurreris, & totam illam fueris interpretatus. Cupio enim maiorẽ in modum mihi de illa quid Apoſtolus ſentiat, penitus liquere. Etſi enim plurimorum doctiſſimorum, eorundemq; ſanctiſſimorum hominum ſcriptis, ac monumentis excuſſa ea ſæpe, & pertractata eſt, quædam tamen remanet etiam nunc in mentibus noſtris hæſitatio, vt neſcio quid magnũ ac diuinum in illa videatur deliteſcere, quod nondum ſatis comprehenderimus. Faciam equidem mi frater, inquam, id quod tu vis, neq; quicquam optimo ſtudio tuo abnuet voluntas mea: ſed tamen hoc ipſo in negotio nõ me confido plus profecturum ad dubitationes tuas ex animo tollendas, quam fecerint illi, quorum tu lectione nondum planè es pacatus: niſi ſiquid forte ſcriptis, & commentationibus illorũ adiutus, ac tanquam manibus in ſublime elatus, procul magis conſpexero: de quo non mihi, ſed illis habenda erit gratia, quorum laboribus, & vigilijs eſt effectum, vt aliquarũ iam huius epiſtolæ partium, nobis cognitio, & explanatio ſit facilior. Non enim illi neq; in doctrina, neq; in pietate, neq; in ſpiritus ſancti munere, ac virtute poſteriores aliò quopiam tulerunt partes: ſed ita voluit Deus ſua arcana conſilia ad cognitionem hominum diſpenſari, vt aliquid ſemper nouum ſerutantibus appareret, nullaq; vnquam poſſet ætas, nulla decerpentium nec haurientiũ multitudo diuitias conſumere infinitæ ſapientiæ ſuæ. Sed ſi me epiſtolam totam interpretari vis, id ne etiam cenſes, vt proferatur codex, & Apoſtoli verba omnia recitẽtur? quod mihi videtur quidem fore neceſſarium. Prorſus, inquit, & cum hoc volo, tum illud imprimis abeſſe poſtulo, vt latine omnia atque vt inter ingenue eruditos maxime decet. Nam hos qui genere dicendi inaccurato, & incondito res theologicas ſcribere aggrediuntur, ego ſanè nõ probo. Nullum enim ineſt in ijs ſcriptis veræ pietatis ſpecimen, non ad inflammandos in amorem Dei animos vlla appoſita oratio. Sed tu qui latinæ linguæ cognitionem hoc tibi chariorem ſæpe eſſe dixiſti, quod ea cum ſacris literis coniuncta, Chriſtianæ pietatis vis ad permouẽdos animos & fortior fieret, & ornatior: age quæſo hoc mihi da, vt quoad quidem poteſt, cum pietate Chriſtiana iuncta ſit latinitas. Rem honeſtam poſtulas mi frater, inquam, neque enim decet ea, quæ præclara, & admirabilia ſunt,

oratione ſordida coinquinare. quod in prima illa Eccleſia Apoſtolis & Paulo noſtro imprimis, neceſſe minime fuit. Tunc enim ſignis & miraculis longe efficacius, quàm vlla poſſit oratione, virtus Crucis comprobabatur. Nunc vero frigeſcente ſeculo, & ardoribus illis humanorũ cordium penè iam reſtinctis, cum miracula quoq; iampridem propter diminutionem fidei magna ex parte fieri deſita ſint, aliquid virium, & caloris afferat oportet ad concitandos animos oratio. Quod nos tametſi in hoc quoque munere parum apti, tamen vt poterimus experiemur, conabimurq; in eo morem tibi gerere mi humaniſſime frater, niſi ſicubi ſubiecta materies aliquam exiget à nobis magis ſuam, & propriam, quàm latinitati congruentem loquendi rationem. Multa enim erunt vocabula à nobis ad communem nunc vſum loquentium deflectenda, quod te in optimam partem accepturum puto. Quidni accipiam, inquit, cum ſi poſſit quidem vtrunque praſtari, hoc eſt, quod potiſſimum expetam: ſin minus, vincat religionis cauſa potius, quàm Latinitatis. Hic ego, Librarium cum latino codice accerſamus, inquam, qui recitet nobis verba Pauli; quibus ab illo prolatis, tum nos ad illa exponenda & declaranda id quod videbatur, niſi tibi aliud videatur melius. Tum ille imo optime, inquit, vocatoque librario & allato libro, nos quidem ambo conſedimus: ille ſtans in hunc modum exorſus eſt.

*Paulus ſeruus* IESV *Chriſti vocatus Apoſtolus.*

TVM EGO: Multa hic quidem, inquam, præponenda eſſent, mi frater de nomine gemino Pauli: is enim & Saulus: de genere, de tribu, de harum epiſtolarum ordine, de modo & varietate adſcribendæ in illis ſalutis, & cur hæc ad Romanos cæteris antelata eſt, quæ tamen ſcripta non fuerit prior. Vita quoque Apoſtoli, & mores, & aſſidua peregrinatio: res quoq; geſtæ, & prædicationis ipſius magnitudo, atq; vtilitas. Sed nos neq; hiſtoriam in præſentia ſcribere aggredimur, & hæc tamen à pleriſq; interpretũ egregie tractata, atque elaborata ſunt, vnde ea ſumi poſſunt. Nos ſtatum temporum duntaxat, & habitus animorum, qui quidem in his erant, ad quos ſcripta eſt hæc epiſtola, breuiter exponemus, vt ex ijs argumenti, ſententiæque ſcribentis cognitio ſit facilior. Nam cum Euangelij nomen in toto orbe terrarum iam increbreſcere cœpiſſet, & diuina in eo maxime appareret vis, quod non humanis progreſſibus, ij enim tardiores, & impeditiores eſſent: ſed inaudito, & admirabili curſu, tanquam fulguris de cœlo ſplendor, vox Euangelica veritatem, & ſalutem, & vitã æternam annuncians, per omnes iam prouincias, & regna cucurriſſet, Romæ etiam, in qua ciuitate domicilium erat imperij orbis terrarum, celebre factum erat nomen CHRISTI, multique ex Iudæis &

ciuibus,incoliſq; cęteris in ea vrbe verbum Dei acceperant, & Chriſtianam fidem profitebantur. Cùm Satanas is cui iſta res, & tota mundi ad Deum verum conuerſio mœrorem, & luctũ imprimis afferebat. Siquidem ipſe regnũ, quod tot ſeculis ſine moleſtia, aut controuerſia aliqua poſſederat, adueniente Deo relinquere, & ſeſe in anguſtum contrudere cogebatur,omnibus artibus obuiam ire cõſtituit,duabuſq; aſtutè comparatis fraudibus, altera, turbare eos, qui iam ad fidem venerant: altera,cęteros ne venirent, inſtituit deterrere. Ac primùm Simonem quendam è ſimaria nactus, hominem magicis artibus deditũ, & maleficiis infamem,coniunxit eum cum Apoſtolis CHRISTI in ipſo penè primordio exorientis Eccleſiæ,falſaq; vſurpatione fidei, & baptiſmatis in Chriſtianum nomen illum inſinuauit. Qua adiunctione quidem & ſocietate ſceleſtiſſimi viri, cùm item ipſe, ſicut cæteri, qui fide optima erant, Chriſtiana appellatione vteretur, ſacrificiis autem occultis, atq; infamibus, cuiuſmodi magica illa ſunt ſacra, nomen CHRISTI vulgò in vituperationem adduceret, præterea ſanctiſſimũm Chriſtianæ religionis nomẽ in illa patratione miraculorum, magicarum præſtigiarum calumnia conſecuta eſt, anceps diu poſtea, aſſiduumq; certamen cum falſitate habuerit veritas: & hi qui extra eſſent,proculq; tantum aſpicerent, nec interius cognoſcere curarent quid in re eſſet, & in veritate, illo rumore infamiæ adducti Chriſtianũ imprimis nomen auerſarentur. Sed hunc obicem ad auertendos hominum animos ab obtutu & cognitione veri luminis,diabolica fraude oppoſitũ,atque munitũ ipſe perfregit,& ſubmouit longè Deus,veritateq; per martyrum mortes,palmaſq; patefacta,lata ad ſalutem,fidemque venientibus complanata eſt via,in quam omnes poſtea propè gẽtes nationeſq; inundauere. Alterũ fuit Satanæ commentum,quo iam qui fidem CHRISTI ritè acceperant,ea quæ fidei ſunt, minus attendentes operanteſque, propoſito, & ſpe ſua cœleſtis conſequendi pręmij fruſtrarẽtur. Nam cùm & Dei amor, & proximi, & voluntatũ communio inter fratres, ac charitas pręcipuè poſtularetur, ipſe pro his omnib. diſcordias, & diſſenſiones animorũ, iurgiaq; litiũ, & contentionũ conatus eſt introducere: idq; in principe terrarũ pręcipuè vrbe, ſpe non dubia fretus, ſi ibi turbare res arbitrio ſuo potuiſſet & conſenſionem fidęlium diuellere, cœtuſq; diſijcere, reliquas orbis terræ ciuitates,atq; prouincias exemplum vrbis dominæ ſecuturas. Huic nunc periculo ſuccurrere vult Paulus, legatus quidem à Deo, & Domino IESV Chriſto, ad veritatem Euãgelij gentib. annunciandam. Sed & ipſe ita ſtudioſus, & auidus omniũ ſalutis, vt non illum terræ, non maria, nõ labores, nõ ærumnæ, non minæ, nõ terrores, non verbera, nõ tempeſtatum caſus, & naufragiorũ, non mortis timor, non corporis

dolor

dolor vnquam vel minimum retardare potuerint, quin ad eos qui ignorabant docendos, ad eos qui periclitabantur ſeruandos accederet, accurreret, aduolaret: non vitæ ſuæ vſpiam, non ſaluti parcens, dummodo cæterorum tegeret, tuereturque ſalutem. Porrò autem hic eſt vas electum à Domino, in quo tantum abundauit diuinæ benignitatis gratia, primùm vt penè inuitus, & reluctans ad fidem CRISTI compulſus ſit: deinde tot cœleſtibus bonis refertus, ac cumulatus, vt quæ duo inter ſe diuerſa ſint, & neque ſimul ea haberi, neque in alterutro ſeparatim ab homine excelli poſſe videatur, ipſe egregiè vtraque fuerit complexus, ſummam videlicet rerum diuinarum ſcientiam, & ſummam in rebus gerendis alacritatem animi, & in toto actionum genere diligentiam, induſtriam, ac nauitatem. Etenim ſi ſcripta eius, & doctrinam accuratiùs intueare, non illa in terris inuenta, ſed cœlo deprompta penitus intelligatur, in quo ſemper mente [illegible] cogitatione habitauit Paulus. Sin autem ſolicitudines, & [illegible] mnas, & peragrata ab eo orbis terrarum ſpatia, & monendi, obſecrandi, pacificandique labores, vitam denique omnem plenam agitationum, & periculorum conſiderandam tibi propenas, admirere profectò, quo pacto tanta cœleſtis ſapientiæ in eo, cui otij nihil vnquam fuit, excreuerit magnitudo. Sed nimirum aliud eſt, quod nominis labor, aliud quod Dei virtus & potentia. Ille amore Dei ardens, & charitate erga proximum inflammatus, & ſine labore, ac tempore altiſſima Dei conſilia illo [illegible] cognoſcebat, & in iuuando ſeruandoque proximo laborem ſibi omnem iucundum eſſe ducebat: qua eadem charitate [illegible], cùm audiſſet Romæ inter fratres diſſenſiones eſſe, & ipſe ad eos tota mente properaret, præmiſit hanc epiſtolam, vt quoad ipſe veniret, haberent illi interea monumentum hoc, & velut teſtimonium literis conſignatum ſuæ & de Deo, fideq; CHRISTI ſententiæ, & erga eos voluntatis. Diſſentiebant porrò illi ob has cauſas. Cùm vnam in fidem CHRISTI ciues Rom. complures conueniſſent, & ex Iudæis permulti, quippe per quos CHRISTI cognitio Romam ex Iudęa fuiſſet deportata, eueniebat inter probos, integroſque multos aliqui fallaces, & verſuti eſſent, qui in noua religione non tam gloriam Deo, quàm ſibi honorem, & quæſtum aucuparentur. Atque ij ex Iudæis, qui antea præſertim in lege habiti peritiores, authoritatem legis, ciborum obſeruantias, aliarumque cerimoniarum plurimum valere cupiebant, quò ipſorum etiam grauior haberetur authoritas. Hi vt genus vtrumque in poteſtate haberent, cùm ſe Apoſtolos etiam CHRISTI, & ab eo miſſos ad prædicandum Dei regnum gentibus affirmarent, primum ſuis Iudæis perſuadebant, ne a lege deficerent, & in ea cuncta obſeruarent, quæ in lege

erant

erant præſcripta, quaſi ſine illis ſalus eſſe non poſſet, idque etiam eos admonebant, vt gentium pollutos ritus abominarentur, néu familiari vſu cum illis ſeſe iungerent, tantummodò in nomine IESV baptizarentur, & hanc lauacri ſanctiſſimi munditiam ad cæteras legis purgationes adjicerent, quò fierent ipſi puriores. Deinde ad gentes conuerſi, inutile illis CHRISTI nomen ſine legis obſeruantia, & circumciſionis ſacramento eſſe dicebant: hortabanturque vt ad Iudæos ſe conferrent, & illorum ritibus cerimoniiſque imbuti, ſic demum ad CHRISTVM peruenire contenderent. His vocibus erat factum, vt hęſitatio primùm inter fratres, deinde obtrectationes occultæ, pòſt aperta diſſenſio exiſteret, quæ eruptura videbatur apertam ad ſeditionem, & ad defectionem à fide veri Dei, niſi diuina curante prouidentia Pauli virtus, & diligentia in tempore ſubueniſſet. Nam cùm gentes inſuetæ ſeruituti fidem quidem CHRISTI libenter acciperent, detrectarent autem iugum legis, & propterea Iudęi illas aſpernarent, nec putarent dignas, quæ Deo eſſent cordi, quod pollutas eſſe dicerent, & in peccatis totas inuolutas, ipſi autem ex lege piatos ſeſe, & mundos eſſe ducerent, cogebantur è contrario, qui è gentibus erant, præcipuè Romani his contumeliis permoti objicere Iudæis ignobilitatem nationis, & quod Romanorum ſerui iure belli effecti iniquè, atque iniuriè dominos ſuos auerſarentur, cùm etiam quatenus ageretur de CHRISTO illi indigni eſſent, qui ab eo diligerentur, quem cruci affigendum curaſſent: ipſi verò digniſſimi qui eum ſimul atque cognouiſſent, ſtatim amare, venerarique, & filium Dei confiteri cœpiſſent. Hic erat ſtatus tunc iam Romæ coaleſcentis Eccleſiæ, hæ inter illos querimoniæ, animorumque diſſidia ambitione & malitia nonnullorum inſtigante Satana concitata. Quibus Paulus in præſentia mederi intendit, & prout vnaquæque poſtulat res, errantibus, atque infirmis mentibus opitulari. Nam & Iudęos à cauſa quidem Dei profectos, ſed ſuperſtitione aberrantes caſtigat, & corripit, reuocatque in rectam viam, oſtendens legem præſtantiore adueniente gratia inanem factam eſſe, ſolamque fidem CHRISTI ad ſalutem vim habere. Reliquos verò ad fidem quidem ſimpliciter accedentes, ſed in Romanæ vrbis magnitudine, & gloria, ex qua oriundi erant, nobilitatem conſtituentes, & propterea aſpernantes nationem Iudæorum, admonet, & docet non eam eſſe veram nobilitatem, quæ armis, & opibus, & mundanis imperiis, ſed quæ ex honore, & iudicio omnipotentis Dei acquiritur, qui cùm honos generi Iudęorum ab ipſo Deo tributus ſit, ideo non eos contemni debere, ſed in pretio haberi. Ita in vtriſque & quod per ſuperbiam in ipſis intumuerat, coërcens, & deprimens: & quod per alternas contumelias

lias ſubſederat in æquum excitans, corpus vnum efficere-
tur Eccleſiæ, ſibi ipſum æquatum, & concors, & in omnibus re-
bus ad mutuã charitatem conſentiens: quod ſpiritu CHRISTI
totum poſſit viuificari, tanta vi, & copia Spiritus ſancti, tanta co-
gnitione conſiliorum ſummi Dei rationes ſuas confirmat, vt nõ
verear repetere id quod antè dixi, Quicunq; ad ſenſum & doctri-
nam maximi Apoſtoli diligentiùs intuendam, & perſpiciendam
acceſſerit, neq; is animum ad contradicendum paratum, ſed æ-
quum & permittentem ſe veritati attulerit, nunquam eum de
fide CHRISTI, nec de crucis myſterio aliquid dubitaturum. Hic
Iulius: Magna ſunt, inquit, frater quæ polliceris, & mihi quidem
vehementer expectata. Etſi enim ad animi mei confirmationem,
quod quidem ad fidem Chriſti pertinet, nullius authoritate, &
rationibus indigeo, magno tamen commodo, & adiumento fu-
turum arbitror fidelibus omnibus aduerſus eos, qui religionem
Chriſtianam oppugnare conantur, præſertimque Iudæos, ſi
quæ polliceris, potueris præſtare. Res ipſa indicabit, inquam, tan-
tùm animus æquus ſit, & veritati conſultò non repugnans. Id
antequam ad exponenda Apoſtoli verba mi frater veniamus,
quod imprimis in hac cauſa eſt neceſſarium, ſupplices omnipo-
tentem Deum obſecremus, vt nobis de ſpiritu ſapientiæ ſuæ
ſuppeditare dignetur, ſine quo nil præclarum, & ne co-
gitare quidem idonei ſumus: illumineta; mentes noſtras, & do-
net eloquia caſta, vt ea effari, & pronunciare valeamus, quæ ipſi
quidem accepta, & grata, cæteris ſalutaria eſſe poſſint. Quæcunq;
enim à Deo, & ab eius ſancto Spiritu non proficiſcuntur, omnino, ea
nec vim ad imprimendam in cordibus cognitionem eius quæ
Dei habere poteſt, nec ad bonos mores formandos authorita-
tem. IVS & æquum poſtulas, inquit, ſicq; faciamus.

PAVLVS *ſeruus* IESV *Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegre-
ratus in Euangelium Dei.*

QVOD nomen ſuum Apoſtolus in Epiſtolis præponat, eſt
more vſitatum: quod non eodem modo in omnibus, ſed varie
id efficiat, huius quoq; diſſimilitudinis ratio in perſonis eorum
ad quos ſcribit, & in temporibus eſt ſita. In vna tantum ad He-
bræos Epiſtola id prætermiſſum eſt, quod ratione factum eſt con-
ſilio. Quoniam enim Paulo velut legem impugnanti Iudæi erant
offenſiores, noluit eos à ſaluberrima illius epiſtolæ lectione pri-
mo ſtatim aſpectu ex ſui nominis inuidia dimouere.

SERVVS autem IESV Chriſti, vt ſtatus ſui humilitatem, &
ſe alij laborare non ſibi, quæq; ipſe obtineat, ab alio ſe habere,
hoc eſt à Deo, non à ſeipſo oſtendat: & hoc vt tacitè compungat
falſos Apoſtolos, qui nõ Deo, ſed ſibi ſeruiebant, Euangelium

CHRISTI queſtui habebant, vel ad ambitionem ſuam referebant. Et illi quidem tales ex Iudęorum erant numero, legem Euangeliumq; miſcentes, quatenus eis foret commodum, contra quos item intentum eſt, quod ſequitur: VOCATVS APOSTOLVS, ab eodem Deo vocatus Apoſtolus videlicet: nam illi ſemetipſos Apoſtolos vocauerant, non decet autem ſanctos, & probos ingerere ſe, ſed vocari eos a Deo oportet, tanquam Aaron. Itaq; hoc more loquendi ſæpe vtitur Paulus: Vocatis, inquit, IESV CHRISTI, & vocatis ſanctis, quaſi nihil in nobis veræ virtutis neſſe poſſit, niſi omne à Deo fuerit datum, & tributum. Atq; illi quidem falſi Apoſtoli, vt diximus, nõ Deo, ſed cupiditatibus ſuis ſeruiebant. Paulus autem omni genere ſeruitutis Deo erat obſtrictus. nam & eo modo ſeruiebat, quo opus opifici, & omnia condita conditori ſuo, quo ſenſu in ſcriptura dicitur: Omnia ſeruiunt tibi. Et velut à Domino pretio ſanguinis emptus, & è ſeruo peccati, ſeruus effectus iuſtitiæ, quemadmodum ait ille, Vt liberati à peccato, iuſtitiæ ſeruiamus. Illa quoq; ratione ſeruus, quòd miniſterium ſuum in Euangelio prębebat Domino: neq; ipſe, ſed potius in eo CHRISTVS, ſua inter gentes beneficia diffundebat. Cuius ſimile de Moyſe Deus: Moyſes famulus meus mortuus eſt. Dominus enim per Moyſen populum ſuum docebat, & gubernabat. Item ſicut qui in bello capti ſunt, victoris ſerui efficiuntur, ſic Paulus hoſtis primo IESV Chriſti, poſtea diuina illius virtute captus & ſuperatus, eius ipſius præda, & mancipium factus eſt. Et de ſeipſo loquens: Ego Paulus vinctus IESV Chriſti. SEGREGATVS in Euangelium Dei, hoc eſt, ab aliis curis omnibus, negotiiſque ſemotus, & huic vni opere prædicandi Euangelij totus addictus, vt ipſemet infrà: Cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius. Multis quoque aliis in locis neceſſitatem ſibi ait prædicandi Euangelij, & væ ſibi, ſi non prædicet: & ſuum vnum eſſe hoc munus, ſuum negotium teſtatur, à Deo ſibi commiſſum, in quod ſolum incumbat. Nam & ad Corinthios ſcribens, non ſe ad baptizandum, ſed ad euangelizandum miſſum eſſe confirmat. In actibus quoque Apoſtolorum eodem modo loquendi ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabam, & Paulum, inquit, in opus ad quod vocaui eos, quod eſt, liberos & vacuos ab aliis negotiis reddite. Quanquam fuit etiam Paulus ſeorſum à cæteris Apoſtolis vocatus, & in hoc munus miſſus. Nam cæteri Apoſtoli item ad Apoſtolatum vocati erant, & prædicandi Euangelij etiam inter gentes munus commiſſum à CHRISTO ſibi habebant: ſed vno tempore & coniunctim vniuerſi, quemadmodum in Matthæo præcipuè licet cognoſcere. Paulus autem & ſeparatim, & alio tempore ad illud idem officium legatus à Domino Deo eſt. Vocatus ergo Apoſtolus, ſepa-

ſeparatus in Euangelium Dei, Apoſtolus in Euangelium, qui eſt miſſus, ſeparatus, quòd aliquantò poſt quam cæteri, Apoſtolatum, & prædicationem ſuſcepit Euangelij, quam maximè ipſe quidem inter gentes exercuit, & in hoc vnum opus fuit deſtinatus. Veruntamen vt authoritatem, & fidem ſuis dictis aſtruat apud eos, qui hanc Epiſtolam erant accepturi, & dociliores eos faciat, inſtituatque faciliùs, de ſe quidem modicè, de eo autem, qui eum miſit, & de Euangelio, ad quod prædicandum erat miſſus, loquitur magnificentiùs. Nunc prædictiones, & promiſſiones ſummi Dei, illiusque benignitatem, potentiam, [illegible] in tota Epiſtola, nunc virtutem, vtilitatemque Euangelij annuncians. Et ſanè cùm Euangelium latinè bonus nuncius ſit, lætitiam, ſpem, euentumque rerum meliorum nuncians, nihil quam lætius, neque optatius humano generi potuit accidere, quàm intelligere ſe in gratiam veniſſe cum Deo, benignitatemque illius, & in omni genere beneficentiam, quæ priùs ſeculis omnibus ſibi fuiſſet abſcondita, tunc primùm expoſitam, & [illegible] factam eſſe: bonaque omnia, quæ ex illo tanto authore [illegible] in nos congruum fuit, effuſè, & largiter nobis ab eo data, [illegible] donata, cognitionem veri Dei videlicet, amoremque erga illum, noſtrum, & illius mutuum erga nos: qui quidem [illegible] à Deo declaratus noſtrum poſtea in Deum prouocaturus [illegible] Sic enim Ioannes: Charitas Dei erga nos extat. Non quòd nos dilexerimus Deum, ſed quòd ipſe dilexit nos. Virtutum quoque omnium earum, quæ huic diuino amori perpetuæ [illegible] præſtabilem quandam inſolitamque magnitudinem [illegible] nobis Euangelium attulit: nec non & pacem animis, cum ipſis ſecum tum cum eodem Deo, adoptionis & filiorum Dei nomen, regni cœli, vitam æternam, hanc tantam vbertatem, & penè prod[illegible]tiam omnium maximorum, veriſſimorumque bonorum, quam Euangelium vocamus, promiſit quidem nobis, & prænunciauit iam diu pater noſter Deus, ſed ad nos pertulit Dei filius. Segregatus itaque in Euangelium Dei.

*SEPARATVS in Euangelium Dei, quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo.*

QVOD Euangelium, inquit, Deus promiſerat per Prophetas ſuos multis quidem in ſcripturæ locis, & multipliciter de filio ſuo, vt cùm ad Abraam dixit: In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Et cùm per os Iacob: Donec veniat, qui mittendus eſt. Et Dauid: Mitte Domine legiſlatorem, vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt. Idem quoque Dauid: O Domine [illegible] bene proſperare, benedictus qui venit in nomine Domini. Et: Speciosus forma præ filiis hominum. Et: Dominus dixit ad me,

Filius

filius meus es tu: ego hodie genui te. Et Eſaias: Egredietur virga de radice. Et paulò pòſt: In die illa radix Ieſſe, quæ ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. Et Propheta alter: Hic eſt, inquit, Deus noſter. Et paulò infra: Poſt hæc in terris viſus, & cum hominibus verſatus eſt. Quanquam non multa magis in ſcriptura teſtimonia, quàm ipſa ſcriptura de filio Dei eſt teſtis. Qui quidem Dei filius & annunciator, datorque eſt Euangelij diu antè promiſſi, & ipſemet Euangelium. Euangelium enim Dei, inquit, quod promiſerat de filio ſuo. Etenim vita nobis & veritas, & ſummum ipſe IESVS Chriſtus eſt bonum. Ac nunc quidem iuſtius hoc Euangelium, quàm antea in lege veteri, nominatur. Primum, quia olim in vna tantùm natione incluſum, & in ea paucis patefactum: nunc paſſim omnibus hominibus prędicatum, & annunciatum eſt. Deinde quia tunc in longum tempus differebatur eius expectatio, quæ modò omnibus hominibus eſt repręſentata. De his verò, qui poſtea prędicauerunt Euangelium, qui illud per orbem terrarum, circum gentes, & populos annunciauerunt, non ſiluit etiam ſcriptura. Dauid: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et Eſaias: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem? Quoniam autem filius Dei idem eſt, & filius hominis, ne fortè in animis legentium naſcatur hęſitatio, occurrit Paulus de filio ſuo inquiens.

*Genito ex ſemine Dauid ſecundum carnem: diffinito filio Dei, in potentia ſecundum ſpiritum ſanctitatis ex reſurrectione à mortuis* IESV *Chriſto Domino noſtro.*

LICET enim Chriſtus filius ſit Dauid ſecundum carnem, tamen minimum in eo, atq; infimum caro eſt, vnius autem cuiuſq; rei ratio atq; eſſentia non ex ignobiliore, ſed ex optima in eo parte iudicanda eſt. Vt enim hominem non ex ſenſu, neq; ex vita, ſed ex ratione quæ in eo pars potiſſima eſt, æſtimamus, Sic CHRISTVM ex his magis cognoſcimus, quæ in eo longè præſtantiora ſunt. Habuit is carnem & rationem tanquam homo, quæ ſe etiã prima oculis noſtris obtulit: ſed habuit vim, & virtutem, quæ ſupra omnem naturam eſſet, tanquam Deus. Ex hac igitur parte diuiniore potiùs cenſendus eſt: nam illud gręcè ὁρισθέντος, ſi prędeſtinati conuertas, nihil alienius: Si declarati, accedas iam ad veriorem ſenſum: Si diffiniti, aut determinati & iudicati, totã vim verbi exprimas. Nam qui talia potuit, & valuit CHRISTVS, etſi homo is quoque, & in carne hominis fuit, tamen ex diuinitatis virtute à nobis iudicandus eſt Deus. Huic etiam rationi Ioannes Euangeliſta conſentit. Vidimus enim, inquit, gloriã eius, gloriam vt vnigeniti à patre. Quem enim priùs hominem exiſtimaueramus,

mus, hunc poſtea ex virtute, & mirabilibus factis iudicamus Deum. Virtute autem non humana, non corporea, non ex imperio, & poteſtate inter homines: ſed virtute ea, & potentia quæ eſt ſecundum ſpiritum ſanctum. Eſt enim in ſcripturis iſte loquendi modus, vt cùm quid quale ſit, volunt indicare, abſtractum eius qualitatis nomen ponant: vt, odorem ſuauitatis, ſuauem: filium charitatis, charum: de Paulo ipſo CHRISTVS, vas electionis, id eſt, electum: Sic in hoc loco ſpiritum ſanctitatis, ſpiritum ſanctum. Validus ergo, & potens CHRISTVS per ſpiritum ſanctum, atque in eo cuncta operans, diuina, mirabilique potentia, qua & reſurgere ipſe valuit à mortuis, & cæteris viam ad infringendam tyrannidem mortis princeps & author. Mortis, inquam, non tamen communis huius, & corporeæ, quanquam iſta quoque è noſtro mortali corpore CHRISTI dono eijcienda eſt, immortalitasque induenda: Sed illius ſpiritualis & perpetuæ, qua genus hominum vniuerſum, niſi Dei in filio benignitas nobis ſubueniſſet, Deo ipſi, & cœleſti vitæ, æternæq; prorſus fuiſſet mortuum: de qua huiuſcemodi reſurrectione in toto hoc CHRISTI & Euangelij myſterio præcipuè ſemper agitur. Et Chriſtus quidem ipſe quoad vixit inter homines, cum hiſque verſatus eſt, docendo, & ſanando, etſi filius eſt Dei, tamen filius hominis plerunque & à cæteris vocatus eſt: vt ab illo clamante IESV fili Dauid miſerere mei, & ſemetipſe vocabat. Poſteaquam verò, crucisque myſterium, cùm in præſtantiorem vitam ſurrexiſſet, moxque in cœlum aſcendiſſet, & ſpiritum paulò poſt ſanctum in diſcipulos effudiſſet, toto vtriuſque vitæ actu iam ſic abſoluto, & nobis demonſtrato, humanis iam infirmitatibus in eo eliſis, diuiniſque virtutibus retentis, Filius Dei deinde frequentiore vocabulo appellatus, & iudicatus eſt. Atque in hoc loco æqualitas trinitatis mirificè expreſſa eſt. Si enim CHRISTVS, qui eſt virtus & potentia patris, per ſpiritum ipſe ſanctum, & in ſpiritu ſancto potens eſt, vimque per eum, & poteſtatem ſuæ diuinitatis exercet, vbi ſunt qui ſpiritum negant ſanctum, parem perſonam cum cæteris in trinitate poſſidere?

*Per quem accepimus gratiam, & legationem, vt obediatur fidei in omnibus gentibus ſuper nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati* IESV *Chriſti.*

PER QVEM accepimus gratiam potiùs, quàm à quo, oſtendat à patre per filium ſe accepiſſe gratiam, & nuſquam amborum commune opus ſeiungat. Gratiam quidem quoniam totum à Deo eſt profectum, vt & idoneus ipſe fieret, & factus idoneus mitteretur ad annunciandam fidem omnibus gentibus, quò illa ab omnibus acciperetur. Etenim ſic eſt perſpicuè in E-

ſia

tibus ſcriptum: Parum eſt, vt ſeruias mihi ad expergefaciendum tribus Iacob, & ad conuertendum deſolatos Iſraël: ſed dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus ex me vſque ad extremum terræ. Omnes enim qui vbique ſunt, ad veri Dei cognitionem, & ſalutem ſuam vocati ſunt. Siquidem in omnem terram exiuit fidei, & Apoſtolorum ſonus. Non omnes tamen auſcultauerunt. Sed hoc ſua illorum, non Dei culpa. Qui verò audiuerunt, & paruerunt, his in CHRISTI nomine credere fuit neceſſe. Quo pacto etenim fides Deo habeatur inuitanti ad veram ſui cognitionem, verumque cultum, & vitam propterea æternam, cœlique regnum promittenti, ſi is, qui hæc ex Deo annunciat, minimè cui credatur, idoneus iudicetur? Eſt autem plena fides, credere in Deo patre, & in CHRISTO Ieſu. Quid autem credere? eos eſſe (vt plurium numero nunc tanquam perſonas duas enunciemus) qui cœleſtia iſta bona & dare ſoli poſſunt, & daturi fidelibus ſuis ſunt, quæ eſt poteſtas vnius Dei, trinique propria: noſtra igitur in Deum ipſum fides ſuper IESV Chriſto & nomine ſancto eius fundata eſt, in ipſo enim ſolo & per ipſum ſolum ad Deum nos adiungimus. IN QVIBVS ESTIS & vos. In quibus, inquit, gentibus, & his, qui obedierunt fidei, eſtis & vos vocati IESV Chriſti. Quod intelligendum eſt, cùm hoc modo loquitur Apoſtolus, vocati Apoſtoli, vocati Sancti, vocati IESV Chriſti: vocatos in his locis non in participij vi, ſed nominis eſſe prolatos. Hi enim ſic vocati ſunt, qui auſcultauerunt, & paratas aures vocationi Dei præbuerunt. De quibus in Euangelio CHRISTVS: Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Et rurſus: Oues meæ, quæ audiunt vocem meam.

*Omnibus, qui Romæ eſtis dilectis Dei vocatis ſanctis, Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro, & Domino* IESV *Chriſto.*

VOCATIS ſanctis, inquit, vocatis à IESV Chriſto in ſanctitatem & puritatem, & cognitionem Dei ac filij, quæ eſt vita æterna. Gratia autem & pax. quoniam patris gratia & benignitate factum eſt, vt veniret filius ad reconciliandam pacem hominibus cum Deo. Pater autem noſter eſt Deus, quia & fecit nos primò ad imaginem ſuam. Filius enim imago eſt patris, & pòſt arctioribus etiam neceſſitudinem vinculis in filios ſibi adoptauit.

*Primum quidem gratias ago Deo meo per* IESVM *Chriſtum de omnibus vobis, quoniam fides veſtra annunciatur in toto mundo.*

AGIT gratias Deo de aliorum bono, quod eſt veræ, agit autem per IESVM Chriſtum, quod eſt Chriſtianæ charitatis proprium, quæ tamen ſola vera eſt: ſola enim via, & vnica ad Deum

Christvs eſt: & qui aliunde ad patrem nituntur aſcenden non per oſtium, vt domeſtici, ſed per pſeudotyrum, vt fures conantur ingredi. Sed & in patre, & filio, & ſpiritu ſancto tribus videlicet perſonis, cùm vnus ſit Deus, nihil refert, cui perſonæ agas gratias. Per eam enim aut in ea agis Deo. Per eam, cùm per Christvm, aut per Spiritum ſanctum Deo agis gratias. In ea, cùm ipſimet agis patri. Cùm ergo gratias agit Paulus Christo Ieſu, quod eos, ad quos ipſe ſcribebat, fideles ſuos effeciſſe, per eum nihilominùs agit Deo.

*Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius, quod continenter mentionem veſtri facio, ſemper in orationibus meis precans, ſi qua iam aliquando dirigar in voluntate Dei, vt veniam ad vos.*

Devs eſt mihi apud vos teſtis, cui ſeruio in ſpiritu meo, id eſt, in ſyncero & vero corde. Nam quæ fiunt in ſpiritu, certè fiunt, & ab interiore homine fiunt, quoniam ſpiritus ad ſeſe, qui ſimplex eſt, ſimulatione obduci non poteſt, nec aliud pro alio prętendere. Sed ſi inſtituit fallere & mentiri, corpus ſibi adhibeat neceſſe eſt, cuius miniſterio vtatur ad decipiendum. Corpus enim ſpiritui tanquam perſona eſt, quæ cùm extraneam formam, alienamque obtendit, interiorem, & veram non ſinit cognoſci. Quod perſonatis accidit, qui fallere idonei ſunt, quod verè ipſi ſunt intus occulentes, quod fictum fucatumque eſt, aſpectibus objicientes. Hanc perſonam Iudæi ita attendebant, vt in ea ſola ferè inſiſterent, nec quod intus erat, perſpicere laborarent. At neq; adoratio, neq; victimæ, nec oratio ipſa, vocisq; prolatio, nec frontis vultusq; demiſſio, flexusq; ceruicis veram ſeruitutem Dei indicat: poſſunt enim iſta à contraria animi voluntate ad ſimulationem fallaciamq; conuerti. Ipſa autem voluntas ſe ipſam non decipit. Eſt enim ſui optimè conſcia, & cùm ſeruit Deo, in veritate ſeruit. Quamobrem & hos adoratores, qui in ſpiritu adorarent, & in veritate, quęrere ſibi Deum ſatis apertè apud Ioannem mulieri Samaritanæ diſſeruit Chriſtus. Paulus igitur vt oſtendat veritatem ſeruitutis ſuæ erga Deum, ſeruire illi ſeſe ait in ſpiritu ſuo, quod eſt in interiore homine, & ſimul vt authoritatem Iudaicæ legis iam eneruare incipiat, quæ Deo ſeruiebat non in ſpiritu, ſed in litera, & in iis operibus, quæ corporea ſunt. Habet autem ſpiritus eiuſmodi cognationem cum Deo, vt tanquam ſimile ſimili ſtatim coniungatur, & pateat. In eo itaq; Paulus ſe, inquit, ſeruire Deo. At in quo ſeruire opere? In Euangelio filij eius, inquit. Quod ſupra dixerat Euangeliũ Dei de filio ſuo, nunc Euangelium id filij appellans, videlicet illud vt demonſtret, non eſſe

opus

opus neque à filio patris, neque à patre filij ſeiunctum vllum: & ſimul vt innuat filium ipſum rectè Euangelium vocari. Siquidem CHRISTVS idem & monſtrator nobis, duxque viæ eſt ad cœlum, & ipſa via: docens veritatem, & ipſe veritas, intromittens per oſtium, & ipſe ianua, ſic Euangeliſta ipſe, & Euangelium, in quo quidem Euangelio Paulus ad ſeruiendum Deo eſt conſtitutus. Quo etiam patet id quod antè dixerat, ſe ab aliis omnibus curis, & negotiis in hanc vnam prædicationem Euangelij Dei, in qua Deo ſeruiat, ſeparatum à Deo, ſegregatumque fuiſſe.

*Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiam gratiæ vobis ſpiritualis in confirmationem veſtri, hoc eſt vt mutuum capiam ſolatium in vobis per alternam fidem, & veſtram, & meam.*

PRIVS tanquam præbiturus illis ex ſe, & ſua in fidem Chriſti conſtantia, ac firmitate ſolatium, & in eadem fide firmitatem loquens pòſt mitigauit orationem, ne velut cenſor, & magiſter loqui videretur: paremque ſeſe, & vnum de illis fecit, vt alterno fidei exemplo inquiens, ego ex vobis, vos ex me conſolationem, & lætitiam capiatis.

*Nolo autem vos ignorare fratres, quòd ſæpe propoſui venire ad vos, & vetitus ſum vſque adhuc, vt fructum aliquem habeam & in vobis, ſicut & in reliquis gentibus & Græcis & barbaris, & ſapientibus & inſipientibus debitor ſum, ſic quantum eſt in me, promptus ſum & vobis, qui Romæ eſtis, Euangelium prædicare.*

CONSTITVI venire, inquit, vt fructum aliquem feram in vobis: Traiectio enim eſt, quam Græci ὑπέρβατον, cùm trans ſententiæ, verbáue ponuntur, & aliis interſitis tunc demum ad ordinem reditur. In quo ſanè vſu trajiciendi, & interponendi Paulus creber eſt. Fructum autem aliquem vt feram in vobis, ſi aut ſolatio alicui veſtrûm fuero, aut aliquos reddidero firmiores: aut etiam ſi ex numero eorum, qui nondum credunt, aliquos docuero veritatem Euangelij, & ad veram fidem conuertero. Hi enim ſanctis hominibus ſuorum laborum, & actionum ſunt fructus, ſi quos in aliena procuranda vtilitate percipiunt. VETITVS ſum vſque adhuc, inquit, non alio opere diuerſo à prædicatione Euangelij, ſed hoc ipſo prædicandi officio apud alios per voluntatem Dei impeditus. Non enim Paulus cum rei familiari tempus impendiſſet, aut cùm prædia locaſſet, & quæ erant domi, compoſuiſſet, tum ſe conuertebat ad prędicationem

Euangelij. Hominum enim non Deo, ſed ſibi inſeruientium illi ſunt. Sed in hoc vno prædicandi munere totus ille & vſque quaque erat infixus, neque aliud quippiam curabat omnino, niſi vt per ſuum laborem, & diurnam, nocturnamq; ſollicitudinem reliqui in gratia, & beneuolentia cum Deo eſſe poſſent. Itaq; ſicut in cæteris gentibus, inquit, omnibus doctis, & indoctis (eſt enim hoc illud, & Græcis, & Barbaris, & ſapientibus, & inſipientibus, hoc eſt, & ſimplicibus & callidis, quoniam mũdi huius ſapientia, calliditas potiùs, & verſutia quædam eſt) ſed ſicut omni hominũ generi, & conditioni omni in cæteris gentibus debitor ſum huius prædicationis, quoniam hoc mihi datum eſt a Deo negotium, vt prædicem omnibus, ſic & vobis quantum in me eſt, qui Romæ eſtis, cupio prædicare.

*Non enim pudet me Euangelij* Christi: *potentia enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, & Iudæo primum, & Græ[illegible]*

Omnibvs gentibus, inquit, prædicandi Euangelij debitor ſum, quod munus vſque eò non refugio, vt eo etiam glorier, quanquam Chriſtianam ſecutus modeſtiam hoc verbo gloriandi non eſt vſus. Nam in infirmitatibus gloriari, & in ignominiis, & in ærumnis proprium magis eſt Chriſtianæ virtutis, ſicut ipſe alibi: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. In his autem rebus, quæ quandam nobilitatem, & gloriam apud homines præ ſe ferunt, exultare & gloriari non eſt Chriſtiani hominis. Quod ſi res ipſa, quam agebat Paulus, ac non ipſius humilitas modeſtiaq; pendatur, quid magnificentius, aut maiore erat cum gloria prędicandum, quàm legatum electum eſſe ab omnipotente Deo ad veram felicitatem & vitam æternam omnibus gentibus annunciandam? Attamen in hoc non gloriatus eſt Paulus. Omnem enim gloriam rerum tantarum, & tam optandarum ad authorem Deum, & Chriſtum referebat. Ipſe verò legationis miniſterium, prędicationem ſcilicet Euangelij non erubeſcebat. At quamobrem non erubeſcebat? Quia Euangelium, inquit, potentia Dei eſt in ſalutem omni credenti. Nam alias quidem potentia Dei apparuit in puniendis, & exterminandis nõ tam ſingulis ſeparatim hominibus quàm integris nationibus, vt in Sodomitis, & in Ægyptiis patuit, ac in ipſis quoq; Iudęis, multoq; magis in toto hominum genere diluuionibus aquarũ abolendo. In conſeruandis verò, & admittendis ad amicitiam ſui, ſic vniuersè, paſſim hominibus nuſquam alibi Dei potentia, quàm in Euangelio [illegible] cua facta eſt. Hoc enim ipſum illud eſt Euangelium, quod ſalutem omnibus dat, quod a morte vindicat, quod immortalitatem donat, ſi credatur, in quo maximè ſita eſt Dei potentia. Omnium illuminatio cæcutientiũ, directio errantiũ, iuſtificatio impiorum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

languentium quoque vegetatio, & mortuorum exuſcitatio iſtud ipſum Euangelium eſt: & ipſe Chriſtus, qui idem rectè, vt in his verbis oſtenditur, dicitur Euangelium, in quo nimirum qui credunt, iſta omnia conſequuntur. Nec vero alijs in rebus, aut operibus præſtantius elucet Dei omnipotentis poteſtas, & magnitudo, quàm in hoc Euangelio, quod ſolum ſalutem atque vitam omni credenti dat, ſiue ille antea Iudæus fuerit, ſiue Grȩcus. Licet enim Iudæus in lege, Grȩcus in ſapientiæ ſtudijs glorietur, nec ille tamen ſine fide, nec hic niſi per fidem ſaluus eſſe poteſt. Nam quod ait, & Iudæo primum, & Græco, primum illud antecedentiam denotat, non dignitatis, ſed temporis, vt primum dicatur, id eſt, ante Euangelium. Vterque enim cuiuſuis antea fuerit generis aut profeſſionis, vel Iudæus videlicet, vel Græcus, non ex eo quod ante fuit, ſed ex hoc quod in Euangelium credit, ſalutem adipiſcitur. Atque hoc vno modo illud primum intelligendum eſt, minus fortaſſe apte, ſi ad elegantiam linguæ attendas. Sed talis fermè Paulus non tam verborum cultum, quam ſententiarum vim expendens. Animaduertēdum autem eſt Grȩci nomine Paulum omnem hominem comprehendere, qui ſit idolorum cultui, & adorationi deditus: duasq; tantum ſectas hominum ſcripturæ ſanctæ eſſe, Iudæos, qui verum Deum colant: & Grȩcos, qui falſos deos venerentur. Qua ratione & Romani, & Barbari omnes hoc quidem in loco, & in pleriſq; ſcripturȩ locis ſub Græcorum nomen ſuccedunt. Nam quod paulo ante Græcos diſtinxit à Barbaris, id in literis, & in moribus fecit. Cum autem loquitur de ſectis, Grȩci omnes dicuntur, qui ſunt, aut fuerunt idolis dediti. Quod etiam in Matthȩo, & in Ioanne, & in apoſtolorum actis, quà ſcribitur factum eſſe murmur Grȩcorum aduerſus Hebræos, ita eſſe cernitur, vt Græcos perſpicue ſcriptura pro omnibus qui coluerunt, aut colunt idola accipiat, & ſanè perpetuis aliquot deinde ſeculis, & ad noſtra fermè tempora, quoad Romani principes ſedem imperij Orientis Conſtantinopolim tenuere, quicunq; accerſebantur hoc crimine, quod cultum idolis impendiſſent, ἀσεβ[illegible] [illegible] dicebātur accerſi, vt vocabulo ipſo indicaretur, nō gentis, & nationis eſſe illud crimen, ſed falſæ religionis.

*Iuſtitia enim Dei in ipſo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus ex fide viuet.*

QVOD dixerat Euangelium potentiam eſſe Dei, in ſalutem omni credenti, declarare nunc nititur, & oſtendere, quomodo ex Euangelio ſit ſalus, ſic breuiſſime rem totam exponens. Quid ita enim Euangeliū potentia Dei eſt in ſalutē omni credēti? quia iuſtitia Dei in ipſo reuelatur ex fide in fidem. Quod vt planius fiat, quo enim ſenſu ab Apoſtolo eſt poſitū, ſic exponemus. Diximus

ſupra Euangelium eſſe, & eum, qui annunciat, Chriſtum, & ea quæ à Chriſto annunciantur, æterna credentibus bona, quæ tamen ſi ſubtiliter inſpiciatur, ipſemet eſt Deus. Potentiam autem Dei Euangelium eſſe, quoniam eos qui credunt, & ſtatim iuſtificat, quamuis prius impios: & excitat ad vitam, Deo antea mortuos. Quorum vtrunque ſpiritualiter intelligendum eſt. Nam neque iuſtificatio in corpore eſt, ſed in ſolo ſpiritu: ſpiritus enim & pietatem, & impietatem ſolus accipit, corpus tantum miniſtrat, & ſubſeruit ſpiritui. Mortem autem & vitam vterque & ſpiritus ſcilicet recipit, & corpus. Dei ergo virtus & potentia, quod ipſum eſt Euangelium, & ipſe Chriſtus, ſimulatque in eum quis crediderit, & ſtatim iuſtificat: impium vero ſpirituali iuſtitiæ dono, & ſuſcitat mortuum, tranſlato à morte corporis vocabulo. Mors enim in corpore non quidem magis verè, ſed magis communiter vulgo ab hominibus dicitur. Sed ſicut corpus amiſſa anima huic luci, & huic vitæ defunctum eſt, ſic animus, & ſpiritus amiſſo Deo, veræ & vitæ, & luci eſt mortuus. Qui ſi ex illis tam mortis ſpiritualibus tenebris, Euangelij tuba excitatus, aures animumque admouerit verbo Dei, qui eſt Chriſtus, fidemque habens ijs, quæ annunciantur, & illa ipſa annunciata bona, & Deum ipſum, Chriſtumque concupierit, illique ſeſe dediderit, atque permiſerit, ex mortuo repente fit viuus, & ex impio pius. Virtus igitur Dei, quæ vna facere iſta poteſt, excitare mortuos videlicet, & iuſtificare impios, quod ipſum eſt Euangelium cum ad faciendi actum deuenit: quod contingit ſimulatque quis in Euangelium pura mente credit, fit iuſtitia. Atque id dupliciter, quod & iuſte ipſa agit, & eos facit iuſtos, qui ſeſe illi permittunt, & ſeſe ad eam cum fide conferunt. At quomodo iuſtitia? ex vulgi enim ſenſu & vi vocabuli iuſti illi nominantur, & illa iuſtitia, quæ delinquentibus pœnam, bene autem meritis præmium refert. Hanc autem Dei ignoſcentiam non modo non exprobrantem vetera delicta, ſed etiam eos, qui illa perpetrarunt, ſi credere inſtituant Deo, in gratiam ſecum & amicitiam recipientem, miſericordiam potius, aut clementiam, & benignitatem nominabimus, ſicut ſæpe & Paulus, & omnis ſcriptura nominat: Iuſtitiam vero proprio vocabulo nequaquam. Sed animaduertendum eſt iuſtitiam hoc loco pro toto genere virtutis poni. Eſt enim iuſtitia non ſemper ſpecies illa virtutis, quę in faciendis iudicijs, & præmijs pœniſque tribuendis tota conſiſtit, ſed verius etiam, & illuſtrius iuſtitia vniuerſa virtus, quæ in Deo potiſſimum huiuſmodi eſt, quæ non habet diſtincta genera virtutum, ſed vnicam tantum in ſe virtutis rationem, diuiniore quodammodo in vnum ſimplex, atque ſummum virtutis partes omneis, & omnia nomina comprehendentem. Cuiuſmodi fermè Deo in ſacris literis iuſtitia attribui-

tur,

tatum dicitur, Iuſtitia tua iuſtitia in æternum, & lex tua veritas. Et Eſaias, quã dominum inducit aſpernantem ieiunia, quæ affligunt corpus, & potiora miſericordiæ opera requirentem, ſuadentem dari panem pauperibus, errabundos recipi, nudos veſtiri, & ſic demum inferentem: Tunc erumpet vt aurora lumen tuum, & anteibit ante te iuſtitia tua. Iuſtitiam eo loco pro omni bonitate, humanitate, benignitateq́ue accipit. Et alibi apud eundem Deus ſpirituali loquens Hieruſalem, Non erit tibi amplius ſol in lucem, inquit, ſed dominus, & populus tuus omnes erunt iuſti: quod eſt, omni bonitate, & innocentia præditi. Et in Euangelio: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſæorum: hoc eſt, plus quam illa legis, vt vniuerſa bonitas intelligatur. Item & illud: Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: omnem illam virtutem, puritatemque intelligit, quæ ſit regno illi, & cœleſti vitæ conſentanea. Cuius quidem diuinæ, abſolutæque iuſtitiæ, quam vniuerſam bonitatem eſſe dicimus, indicium quoddam eſt, & ſimulacrum in hominum iuſtitiam, cum quis iuſtus ita eſſe dicitur, non quod res integrè, recteq́ue dijudicet, ſed quod bonitate, & innocentia inter homines eſt ornatus, velut generalem illam iuſtitiam obtinens, quod nil agit, neque molitur, quod legibus ſit, aut bonis moribus contrarium. Sed Dei iuſtitia ſingulari quodam, & multo excelſiore ex genere non innocentiæ ſolum, & integritatis, ſed bonitatis, beneficentiæ, largitatis omneis numeros complectitur, diuino modo, & prorſus ineffabili, in ipſo Deo longe eminens. In nobis vero cum Deũ, & iuſtitiam Dei imitatione aſſequimur, inferiore quidem eſt gradu, ſed tamen longe præſtantior, quam vt ad eam vlla humana iuſtitia poſſit aſpirare. Hæc in Deo iuſtitia talis eſt, vt ſolem ſuum iubeat oriri ſuper bonos, & malos, quæ ſi iuſtitia illa eſſet minor, membrum, & pars vniuerſæ virtutis, auferret ſolem ſuum malis, & illuceſceret bonis. Nunc cum ſuper omneis illum educat, & proferat, oſtendit diuinam bonitatem contentam ſe ipſa, & dotibus ſuis, immoto animo, atque imperturbato aliorum errores, & delicta perferentem, omniaque ita gerentem, ac diſpenſantem, vt quoad quidem fieri poteſt, omnibus ſalus ex ſeſe & gloria pariatur. Quã qui in fide CHRISTI imitantur, eadẽ propè mente, eodem fini, omnibus ex ſeſe animi perturbationibus quæ humanas cupiditates referunt, eiectis, ad illum ſupremum diuinæ bonitatis, & beneficentiæ gradum conantur aſcendere. Sit igitur hoc nobis imprimis conſtitutum, Iuſtitiam Dei hoc loco totam eſſe virtutem talem, atque ex eo genere, quod in Deo eſſe conuenit, vel ſi noto magis, & communiore vocabulo eſt vtendum, vniuerſam eſſe bonitatem, virtutum dominam cunctarum, cuius in Deo propria ſemper, & perfecta eſt abſolutio. Hæc ea ipſa Dei iu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtitia eſt, quæ in Euangelio patet, reuelataq; eſt cum omnibus antea ſeculis fuiſſet abſcondita. Patet inquam quoniam, & ſi bonum eſſe Deum, etiam antea credebatur, bonitatiſq; ſuæ ille plura ſæpe monumenta pluribus hominib. oſtenderat, illius tamen nec Iudęi bonitatem cæteris eſſe gentibus propoſitam cenſebant neq; gentes tantum in Deo ſtudium erga hominum ſalutem ſperant ratę: ita vtriq; de Deo inferius omnino, quam illius bonitate digna ſit, exiſtimabant. Sed etſi Iudęi, atq; gentes ab horrente fuiſſent deductæ, ampliusque de Deo, & magnificentius vtraque natio feciſſet, ac Iudęi Deum communicaſſent gentibus, gentes vero ſeſe Deo, & ſalutem ſuam vehementer curæ ſe credidiſſent, tantam tamen illius, & tam immenſam inenarrabilemque bonitatem, tantum noſtræ procurandæ elaborandæque ſalutis ſtudium, quantum ex euangelio nunc patefactum eſt, nemo vnquam potuiſſent exiſtimare, neque credere. Etſi enim Deus ignoſcebat antea etiam peccatoribus, per ambitum tamen operum, & ſacrificiorum, per ſacerdotes, & vota precantium ignoſcebat: nunc per fidem ſolam breuiſſimo compendio facile, & liberter omnibus ignoſcit. Efflagitatus antea, atque exoratus veniam dabat: nunc inopinantibus nobis veniam vltro, & ſalutem in Euangolio obtulit. Qui ſi etiam nos ad veram vitam & ad ſalutem perpetuam pro ſua bonitate erat vocaturus, per filium ſuum, atque eundem vnicum, per imaginem potentiæ, & ſummæ gloriæ ſuæ, atque per eius filij laborem, dolorem, ignominiam, mortem, vt id faceret inaudita quadam charitate, & amore erga nos potuit adduci? At quemadmodum nos vocauit? primum omnes noſtras veteres iniurias voluntaria obliuione obtriuit. Deinde cum ab eo nos penitus auerſi, atque ad alias curas, aliaque ſtudia planè conuerſi, ipſius Dei hoſtes, & aduerſarios nobis dominos, & Deos adſciuiſſemus, non eſt inſectatus errorem noſtrum, ſed veluti clemens pater tunc maxime ad miſericordiam, & ad amorem erga nos exarſit, cum maxime nos ab eo diſiunctos vellemus, nec contentus ad gratiam, & amicitiam ſuam nos reuocare, fratres omnes IESV Chriſti filij ſui eos, qui per fidem ad eum ſe contulerunt, & ſibi filios adoptauit, ac fecit. Hæc eſt bonitas, hæc Dei iuſtitia, quæ in Euangelio reuelata eſt, omnis virtutis partes, æquitatem, ſapientiam, humanitatem, liberalitatemq; complectens, quam Euangelium nobis perfecit, totamq; contulit ad ſalutem, & ad liberationem noſtram. At quo pacto illa ex fide in fidem reuelata eſt? Nimirum quia fides erga Deum noſtra iuſtitiæ Dei, in ſalute noſtra ſeſe oſtendendæ aditum, & locum, & occaſionem aptam attulit. Aperit enim ſe illa, & effundit ſe per credentes. Quæ ſi fides non adſit, omnes habet introitus ad ſalutem noſtram prorſus interclusos, Qui ergo ſeſe Deo dederit

per

per fidem,atq; permittere,hoc eſt, qui ſpem in illo ſuam, totamque fiduciam ponere inſtituunt, quæ eſt virtus & doctrina Euangelij propria,hos illa diuina iuſtitia & bonitas, non in amicos ſolum,ſed in charos, & dilectos filios planè accipit. Quorum neutrum nobis antea neq; ſperatum, nec cognitum, nunc ex Euangelio vtrunque eſt patefactum. Ita in Euangelio ex fide in Deum noſtra illa infinita, & ineffabilis bonitas ſummi Dei inſigniſque iuſtitia apparuit, omnibuſque communis, & perſpicua facta eſt. Quomodo autem eadem patuerit in fidem, id nunc accuratè à nobis exponendum eſt,vt ſenſum omnẽ percipiamus Pauli ſublimem,atq; altum,& maximarum rerum myſteria pauciſſimis verbis inuentem. Sunt enim illius hæc verba: Quòd iuſtitia Dei in Euangelio reuelata eſt ex fide in fidem. Ac ex fide quidem quemadmodum ſit reuelata diximus: ſimul vt enim fidem Deo habere cœpimus, quod nobis per Chriſtum & Euangelium contigit: Sic nobis ſtatim incipit illius bonitas, & iuſtitia, omniſque erga nos benignitas & beneficentia apparere. In fidem vero eadem Dei bonitas ex eodem Chriſto, Euangelioque ſe oſtendit, cum facit nos Deus ſui imitatores, & ſimiles, cum eadem iuſtitia, & bonitate nos inſignit, qua eſt ipſe præditus, cum qualis ipſe nobis factus eſt, & apparuit, tales nos in proximum ipſum Deum imitando,& ſequendo efficimur, quod eſt tamen Euangelij propriũ munus,atque præcipuum. Qui enim vera fide ad Deum ſe conferunt,hoc eſt, qui & ſpes, & rationes ſuas in eo collocant, his facilis eſt, & prompta diuinarum virtutum imitatio: ab omni enim rerum mundanarum ſtudio iſti auerſi, ſuoſque amores in bonis cœleſtibus optandis, & in illa cum Deo gratia, coniunctioneque ponentes, nullis earum affectionum motibus perturbantur, quæ ex mundanis curis ſolent excitari, in quo ſimilitudo ſummi Dei, & illius iuſtitiæ, ac bonitatis ſpecies elucet. Ille nullo odio, nulla offenſione animi vnquam permouetur, ex eo quidem, quod nullius eſt iniuriæ, nullius cupiditati expoſitus. Nihil enim habet, quod vel ſibi eripi poſſit, vel quod ipſe alij eripere contendat: ſed ſemetipſo contentus,atq; plenus, neq; aliud quicquam extra ſe requirens, id mauult atq; optat, vt exuberantiam bonorum ſuorum, quibus ipſe redundat, in alios, qui accipere idonei ſint, poſſit effundere. Similiter & nos fide in Deum præditi & illa bona tantum attendẽtes, quæ ex Deo ſunt, ſumma, & immortalia, quæ eripi nobis non poſſunt, quæ communicatione, & participatu plurimorum creſcunt, nõ diminuuntur, quæ inuidiam, iniuriam, perfidiam non admittunt, imitatione eiuſdem iuſtitiæ, & bonitatis ad Deum proximè accedimus. Ille ignouit nobis, nos cæteris ignoſcimus. Iniurias ille non ſentit: nos illas facilè dimittimus. Ille nos hoſtes antea ſuos recepit, & adoptauit in filiorũ nu-

mero:

mero: nos inimicis quoque noſtris fratrum, & parentum officia præſtamus. Ita cum imitatores Dei ſumus effecti, ſicut filij parentis, tunc non ſolum ex fide noſtra illa Dei in ipſo patefacta eſt iuſtitia, verum etiam ab eodem Deo in nos redundauit, vt fides in nobis non modo Dei aperuerit iuſtitiam, ſed eadem ipſa inſuper diuino & incomparabili munere in nobis eiſdem iuſtitia inſignis ſit facta. Imprimit enim Deus in hos qui ei confidunt (eo enim fidem hoc loco pro ipſis fidelibus accipimus) imprimit in eos inquam, ſuæ diuinæ virtutis, iuſtitiæque ſimilitudinem, quod eſt illud, quod Paulus inquit, Ex fide in fidem. cum primum fides credentium, prouocat Dei iuſtitiam, vt aperiat ſeſe, & oſtendat qualis, quantaque ſit in ipſo Deo. Deinde ipſa Dei iuſtitia iuſtos facit credentes, non humanæ genere iuſtitiæ, ſed illo diuino, & incomparabili, quo Deus ipſe iuſtus intelligitur & bonus. Quod & nos Dei æquanimitate, ac benignitate illa imitanda aſſequimur. Quod vbi nobis contigit, munere ipſius Dei, non cura, neque operatione noſtra, tunc vere Deum patrem in filios ab ipſo adoptati & nominamus, & colimus. Sumus enim illi prorſus effecti ſimiles, illudque Euangelicum præceptum implemus, quo admonemur, vt ſimus perfecti, ſicut pater in cœlis noſter perfectus eſt. Porrò autem duplicem hunc actum diuinæ iuſtitiæ, quo & ipſa noſtra ex fide ſeſe in Deo aperit, atq; oſtendit, & poſt in eandem fidem, hoc eſt in nos, qui credimus, ſui imitatione, atque exemplo ſe inſinuat, quotidie nos in dominica oratione Deum obſecrando vſurpamus, & repetimus, vt dimittat nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Martyres verò ipſi, tot hominum millia virtute, & factis magis comprobarunt: qui quod illis fecerat Deus, vt filium pro eis in mortem, & crucem traderet, ipſi imitando Deo, & filios, & ſemetipſos in eundem cruciatum, & mortem quo confirmarent cæteros, fortiter dediderunt. Ille autem in Euangelio ſeruus, qui rationibus ſubductis, domino inuentus debitor, atque exigi iuſſus, lachrymis, ac precibus impetrauit illud ſibi omne nomen donari à Domino, ac remitti: non eadem ipſe poſtea humanitate, & clementia erga conſeruum vſus, id egit, vt non poſſet de eo dici, eam quam ipſe benignitatem erga ſe in Domino expertus eſſet, eandem Domini imitatione in alios poſtea referret. Precibus namque ſuis flexit, ac molliuit ille quidem animum Domini ſui, ſed non eſt ipſe precibus conſerui delinitus. Ita in eo patuit quidem Domini clementia, cuiuſmodi in Domino erat ex illius precibus, ſed non patuit in preces, hoc eſt, in ipſum precantem, quatenus non ipſe eſt Dominum in bonitate eadem, & animi mollitia imitatus. Nam quod Dominus pepercit illi, debitumque dimiſit, ſolum in ſeruo id affert bonitatis argumentum. Sed tantum

cum

etiam in eo Domini liberalitatis oſtendit, totaque illa bonitas, & benignitas ad Dominum pertinet, quæ eſt ex precibus ſupplicantis ſerui in Domino patefacta. Si vero ſeruus hac erga ſe Domini humanitate edoctus, parem deinde ipſe conſeruo humanitatem exhibuiſſet, non ſolum ex illis precibus clementia Domini patuiſſet, ſed in ipſas preces etiam, hoc eſt ipſum in precantem fuiſſet inſinuata. Ac vt clarius etiam intelligamus, quantam cœleſtis vim ſententiæ in his paucis verbis cõſtrinxerit Paulus, quà dixit: Iuſtitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem: transferamus iuſtitiæ verbum in nomen potentiæ perinde vt ſi dicamus: Potentia Dei in CHRISTO reuelata eſt ex fide in fidem. Nam quomodo ex fide reuelata eſt potentia Dei? quia præter quam in ſolos credentes, in alium quidem neminem mirabilia illa opera operabatur CHRISTVS. Ille enim & cæco lumen reddebat, ſed confitenti ſe credere, & confidere, quod ab eo eſſet illuminandus. Et dæmones eijciebat, languoresque corporum curabat, ſed eorum, qui peterent, & fidem in eo ſe habere dicerent. Lazarumque excitabat è mortuis quatriduanum, quoniam fidem Marthæ ita confitentis audiebat. Denique ipſemet clamabat, & palàm, aperteque teſtabatur, Qui crederent in ſe, fidemque haberent, nihil eſſe tam arduum, nec tam naturæ inſolitum, quod non in ijs facile factu eſſet. Hoc modo igitur ex fide virtus Dei, & potentia in patrandis miraculis oſtendebatur: quæ ſi fides quidem non extitiſſet, fuiſſet in ipſo Deo occultata, & abdita. In fidem vero eadem potentia patuit, cum diſcipulis ipſe dixit, Si credideritis, fidemque habebitis, eadem facietis, & maiora his facietis. Neque ſolum dixit, ſed præſtitit etiam re, atque facto, vt qui ab eo fluxerunt Apoſtoli, cæterique diſcipuli, eiuſdem fidei merito, qua Dei erga ſe mirabilem vim cognorant, ipſi deinde reliquis fierent admirabiles. Eandem enim virtutem, Deique potentiam in curandis omnium morbis, dæmonibusque eijciendis ipſi exhibuerunt, quam in magiſtro ſuo antea perſpexerant. Ita & ex illorum fide, potentia Dei in ipſo Deo manifeſta facta eſt, & patuit in fidem, cum in illos ipſos credentes, fidemque habentes diuino beneficio ita traducta eſt, vt efficeret eos in eadem potentia Deo ſimiles. Similiter igitur, atque eodem modo in Euangelio reuelata eſt Dei iuſtitia ex fide in fidem: quoniam & ex fide noſtra illa in Deo patuit, & in ipſam deinde fidem, quod eſt in fideles ipſos eiuſdem diuinæ benignitatis, & gratiæ munere, atque exemplo eſt translata, vt qualis eſt ipſe Deus, tales efficerentur qui per fidem & Euangelium Deo ſe committere ſtuduiſſent. Hanc eandem ſententiam paulo infra Apoſtolus magis dilucide expromit, tanquam hæc verba interpretans, & hunc eundem locum alijs verbis exponens, quà ait: NVNC VERO ſeorſum à lege iuſtitia

Dei ma-

Dei manifeſtata eſt, teſtificata ab lege, & à Prophetis. Iuſtitia in quam Dei per fidem IESV Chriſti. Atque hoc eſt, quod hic ait, ex fide. Deinde ſequitur: In omnes, & ſuper omnes credentes, quod iam eſt in fidem. Ita reuelata eſt iuſtitia Dei ex fide in fidem. Et mox paucis interiectis verbis, declarans etiam apertius, ſubiungit: In declarationem iuſtitiæ ſuæ ex remiſſione præteritorum peccatorum in tolerantia Dei, in demonſtrationem iuſtitiæ ſuæ in hoc tempore, qualiter ipſe iuſtus eſt, quod eſt ex fide reuelari Dei iuſtitiam. Quod autem ſequitur: Et iuſtificans eum, qui eſt ex fide IESV. Iam hoc eſt eandem iuſtitiam Dei in fidem reuelari. Ita ex fide in fidem iuſtitia Dei in Euangelio reuelatur. Tum IVLIVS: Arduum ſanè, & difficilem locum mi frater planum, & facilem reddere es conatus. Etenim ſæpe in horum verborum ſententia exquirenda acriter, diuque verſatus, non poteram ipſe mihi ſatisfacere, diſſimilitudine etiam opinionum et interpretibus impeditus. Nunc videre mihi videor non ſolum, quæ mens Pauli ſit, & quid ſenſus horum verborũ ferat, ſed non pauca etiam, quæ meum animum prius dubitationibus obturbabant, mihi patefacta fore confido. Mihi enim illud occurrebat, quo pacto iuſtitia Dei eſſet in Euangelio reuelata, quæ omnibus ſemper ſeculis manifeſta extitiſſet, non in creatis rebus tantum ſolum, vt in elementorum paribus momentis, vt in cœleſtium orbium ordine, motuumq; conſtantia, ſed in hominibus etiam humanisq; actionibus & conſilijs, in quibus qui iuſtitiam & virtutem melius coluiſſent, his ſemper ad ſuam authoritatem, & ad potentiam patriæ ſuæ amplificandam, aduerſariorumq; minuendam diuina vis iuſtitiæ propius affuiſſet. Quod non in rebus ſolum publicis & conuentu populorum, ſed in ſingulis etiam hominibus ſæpius accidiſſe monumentis teſtatum eſt. At nunc perſpicio, atq; intelligo non omnino de iuſtitia & bonitate Dei, ſed de ea, quatenus per fidem perſpicua facta eſt, Apoſtolum loqui: vt ſi dicamus, bonitatem quidem Dei patuiſſe antea in creandis rebus, eiſdemque conſeruandis. In ipſo autem hominum genere ex fide, & in fidem ante IESVM Chriſtum non patuiſſe, vt non iuſtitia, ſed talis actio iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, in Euangelio fuerit reuelata, quæ etiam potentia Dei eſſe dicitur, in ſalutem omni credenti. Quanquam enim potentiam ſuam, ſicut & ſapientiam, ac bonitatem multis in rebus ſemper oſtenderit Deus, in hominum tamen genere ad veram, perpetuamque ſalutem vocando, nuſquam oſtendit, neque declarauit apertius. Ac patefactam illam ipſe quidem ex Iudæorum genere non paucis, quod in Patriarchis, & Prophetis eſt manifeſtum, ac fortaſſe in nonnullis quandoque, qui ex gentibus propius ſe ad eius amorẽ, & cognitionem contulerunt. Paſſim vero & omnibus tam Iudæis quam

Græcis,

Græcis, tam doctis, quàm indoctis, ac deniq; ſine vlla exceptione vniuerſis, qui ad credendum modò accederent, nunquam ante Euangelium Iesv Chriſti iuſtitia iſta Dei, & inenarrabilis benignitas ac bonitas demonſtrata eſt. Ac nimirum, vt de potentia etiam Dei ad ſalutem credentium aliquid dicamus, mirabilior profectò extitit redemptio noſtri generis, quā ipſa creatio. Nam creatio ordinem ſuum habuit, poſtquam ſemel fuerat inſtitutus, perennem, ac ratum, quem ipſa natura inferior ſuſcipere, & propagare in ætates, ac tempora potuit. Redemptio autē ſolius Dei ſine alio inſtrumento, aut operis vicario effectus tantum eſt, quē nullo pacto natura poſſit imitari. Etenim ſi magnum eſt, ac mirabile ſuſcitare homines mortuos, & qui curſum vitæ iam confecerint, in eandem rurſus vitam reſtituere, quod eſt non naturæ, ſed Dei potentiæ opus proprium: admirabilius multo eſſe debet, eos qui veræ vitæ, & diuinæ luci ſint mortui, & in fœtore ac ſordibus peccatorum iam extabuerint, & Deo, & ipſis viuos, ac ex nefarijs repente efficere ſanctos. Hæc eſt igitur potentia, hæc iuſtitia, & bonitas ſummi Dei, quæ in Euangelio propoſita, & demonſtrata eſt, cum omnibus antea ſeculis latuiſſet, ex fide excita, & in fidem ſe imprimens, quam eandem omnibus cæterarum virtutum vocabulis, & clementiam, & benignitatem, & miſericordiam, & gratiam à Paulo, atque à ſcripturis ſanctis appellari, & tibi aſſentior, & iure appellatam puto. Tvm ego: Gaudeo mi frater inquam, quod me adiuuas, & laborem meum tua industria facis leniorem, tuoque iſto ingenio mirificè delector. Sed quod iuſtitia iſta in Deo vniuerſum genus ſit totius virtutis, nónne etiam ea res perſpicuè demonſtrat? quod in animis & cordibus credentium impreſſa, non eos ſolum facit iuſtos ex ea parte virtutis, quæ in iudicando, & diſtribuendo ſita eſt (poſſent enim qui eo modo iuſti eſſent, vitijs aliquot ex alio genere laborare) ſed eos vſque eò facit iuſtos, vt nihil illis deſit, quod in vera, & omnia virtute ſit expetendum: neque tamen ex vſitato hominibus, & legumlatoribus genere, hæc in illis virtus exiſtit, ſed diuinius multo & magnificentius, ac vt ad eam, tanquā ad proprium Dei donum nulla humana virtus comparare ſe audeat. Etenim vt humanæ iuſtitiæ & eius, quæ ex lege eſt, cum diuina iuſtitia contentionem aliquam faciamus, non eiuſdem modi ambæ, neque vno profectò ex genere ſunt: ſicut neque ſolis, ac lychni lumen eſt vniuſmodi. Sed illa Dei iuſtitia explodit, & eijcit humanas omneis cupiditates, neque eis apud ſe eſſe vult locum. Hominum autem iuſtitia affectiones, cupiditatesque neutiquam reuellit, ſed eis ſaturandis, atque exercendis adhibet modum quendam. Poſſeſſiones enim & prædia à nobis magni æſtimari vult, facultates alias, vitam & corpus præcipuè defendi: Si quis iniuriam fecerit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cerit, legibus illam perſequamur, vim vi repellamus, honoris, dignitatis maximam rationem vt ducamus, nobis permittit lex. Eadem cum diligi amicos iubet, cum fœnus à fratre, & indigenis vetat exigi, tacite poteſtatem præbere nobis intelligitur, & inimicorum vlciſcendorum, & fœnerandorum alienigenarũ. Quæ etiam oculum pro oculo, dentem pro dente, membrũ pro membro eadem repeti permittit. Denique omnia eiuſmodi ſunt in lege, vt cupiditati quidem modus, ordoque præſcribatur, ne præceps ruat, ne vniuerſa ſe effundat, non vt cupiditatem omnem ex animis tollat & affectiones omnes extirpet, quemadmodum facit iuſtitia Dei, quæ per fidem Chriſti imprimitur in nobis: quæ planè diuinum quiddam in nobis affigit, iubet terrena cuncta deſpicere, cœleſtia concupiſcere: Si quis pallium nobis eripiat, tunicam etiam dimittere: ſi quis maledicat, benedicere: ſi quis colaphum infringat, maxillam alteram offerre: vult inimicos vt diligamus, vt qui nobis malefaciunt, nos benigne eis faciamus. At hoc non hominum eſt, ſed magnificentius quiddam propemodum quàm angelorum: & tamen hæc in nobis Dei imago, & vera ſimilitudo eſt: de qua CHRISTVS in Euangelio: Hæc agite, vt ſitis filij patris veſtri, qui eſt in cœlis, qui & pluit, & lucet pariter ſuper bonos, & malos, iuſtos, & iniuſtos, nec per aliorum malitiam, ac prauitatem, ſuam corrumpi bonitatem ſinit. Hæc eſt Dei iuſtitia, quam fides CHRISTI manifeſtam facit. Quæ Deum fides primò impulit ad ignoſcendum ſceleratis, ad ignoſcendum ne tantum? imò vero ad eos in gratiam, & adoptionem accipiendum, vt ex hoſtibus faceret ſibi filios. Quæ cum in nos ex eodem reſiliens Deo fuerit in nobis impreſſa, & conſignata, ſimiles Deo erimus, & eiuſdem diuinæ iuſtitiæ imitatores, paternamque hanc feremus Dei omnipotentis in nobis bonitatis imaginem, quam requirebat maxime, & ad eam æſtuabat Paulus, cum ita ſcriberet ad Philippenſes: Omnia pro nihilo ducam, dum CHRISTVM lucrifaciam, & inueniar in ipſo non habens meam iuſtitiam ex lege, ſed quæ per fidem CHRISTI in Deo eſt, iuſtitiam ex fide. Illam autem legis iuſtitiam penitus abijciebat tanquam imperfectam, & degenerem, vt quæ nil tale in nobis valeat progignere. Sed vt ad Apoſtoli verba reuertamur, conuenit iam inter nos iuſtitiam non eſſe Dei cum hac noſtra longum vllo modo conferendam, ſed vſque adeo excellere, vt melius multo ſit diuinam illam imitari, quàm humanæ iuſtitiæ eſſe authorem, ſicut vberrimi fontis riuum, quam tenuis riuuli fontem exiſtere magis eſt optandum. Nam quod ſequitur ex ſcripturæ teſtimonio, Iuſtus ex fide viuet, valet ad declarandum iuſtitiam Dei in Euangelio, non ſolum in ipſo Deo eſſe, ſed in ipſam etiam fidem patefactam eſſe. Qui enim per fidem ad

Deum

Deus ſe contulit, non illius tantum iuſtitiam erga ſe, & bonitatem experitur, ſed eandem in ſeſe ab eodem Deo haurit, & eſt id in Abacuch Propheta ſcriptum, Deus enim apud illum, Iuſtus, inquit, meus ex fide viuet. Iuſtus ſcilicet quē ego efficiam iuſtum, non quem lex. At quo pacto iuſtum? ex fide, inquit, non ex fiducia legis, operum, atq; factorum. Quid autem ille ex fide tuus ô Deus, iuſtus conſequetur? vitam ait. Quid nónne in lege, & in operibus viuitur? viuitur, ſed fragili & mortali vita, non illa felici & ſempiterna, in qua meam quoq; æternitatem, & vitā imitabuntur, qui iuſtitiam, & bonitatē fuerint imitati. PLANE iſta ita ſunt, Iulius inquit, ſed perge quæſo, in magnam enim iam non expectationem ſolum, ſed cognitionem etiam maximarum rerum ſum adductus, attendoq; diligentius, quid de hac iuſtitia Dei, deq; fidei potentia amplius dicturus, aut quibus argumentis vſurus Paulus ſit. OPTIMIS atque fortiſſimis mi frater inquam; ſed ſermone aliquanto implicatius. Hic enim ſanctiſſimus, & coniunctiſſimus Deo vir, vel propter altitudinem magnitudinemque cogitationum, quibus oratio par non ſuppetebat, vel ob humilitatem, & data opera, ac, vt ipſe alio aſſerit loco, ne virtus Crucis vacua fiat, neque proprietatem in verbis, neque in orationis explanationem admodum eſt perſecutus. Sed ſententijs contextus, diuinorumque myſteriorum ſubtiliſſimus indagator vix locum interdum humanis ingenijs relinquit, quà ad eius ſenſa poſſit perueniri. Nos tamen adnitemur, non viribus noſtris freti, ſed illius fiducia, qui dixit, vt ſcrutaremur ſcripturas, quoniam ipſæ de eo loquuntur, illud primum admonentes, Paulum, quo illam Dei potentiam, quæ in Euangelio eſt ad ſalutem omni credenti melius exprimat, eiusque fructum in genere humano euidentius oſtendat, velle ſtatum humani generis ante Euangelium, cuiuſmodi eſſet, ante oculos noſtros ponere, & quod ad gentes pertinet, & quod ad Iudæos, licet haberent vtrique in quo confidere præſeferrent, & quo gloriarentur, Græci philoſophiam, Iudæi legem. Veruntamen quantum vtriſque ſua gloriatio in contrarium ceciderit, ex ſequentibus fiet manifeſtum, mundumque totum cum ſuo vitio interijſſet, benignitate ac gratia Dei & CHRISTI, atque Euangelij virtute ad ſalutem, vitamque inueniendam eguiſſe apparebit, orditur autem primo de gentibus ſic.

*Reuelatur enim ira Dei è cœlo in omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, veritatem in iniquitate detinentium: quoniam quod cognoſci de Deo poteſt, manifeſtum eſt in ipſis: Deus enim ipſis manifeſtum fecit. Inuiſibilia enim eius ex creatione mundi, effectionibus ipſis intellecta perſpiciuntur: æterna quoque*

*ipſius potentia, & diuinitas, vt ſint ipſi inexcuſabiles, quoniã co-noſcentes Deum, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias e-gerunt, ſed inſa uati ſunt in diſputationibus ſuis, & obſcu-ratum eſt inſipiens eorum cor, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti fa-cti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimili-tudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadru-pedum, & ſerpentium.*

Revelatvr hoc loco, non eodem modo quo ſupra dictum eſt, reuelari iuſtitiam Dei in Euangelio. Nam iuſtitiam Dei, quæ ex fide apparuit, & in fidem patefacta, certè in Euangelio eſt, cum ante omnibus ſeculis fuiſſet occulta. Ira autem Dei de cœlo ſuper omnem impietatem nõ nunc primũ in lucem prodiit: diu enim antea eadem ira vigebat. Sed nunc primum animaduertitur. Veritate enim perſpecta incipit nunc demum apparere diuerſitas, & lucis diurnæ obtuitus nocturnarum tenebrarum co-gnitionem, quæ ipſe per ſe non intelligerentur, hominibus præ-ſertim aſſidua in obſcuritate viuere aſſuefactis, niſi radio lucis repente oblato illarum caligo, & cæcitas deprehenderetur. Se veritate, & vnitate ſummi Dei, & fidei vi, ac diuinæ gratiæ, iuſti-tiæque munere hominibus oblato, fructibusque pacis, & gaudij, qui ex illa percipiuntur, cognitis: Nunc demum intelligitur in-felix, & miſera illorum vita, qui flagitijs toti cooperti, ſtultitiæ-que vitam potiſſimam exiſtimantes, Dei offenſionem atque iram aduerſus ſe non intelligebant. Itaq; alijs idem hoc verbis ad Phi-lippenſes ſignificans Paulus, Vt audiam, inquit, de vobis, quod ſtetis in vno ſpiritu, vna anima collaborantes fidei Euangelij, ne territi vlla in re ab aduerſarijs, quæ quidem Euangelij fides illis eſt declaratio interitus, vobis autem ſalutis. Atqui hoc lapſu in vnam penè ruinam totum hominum genus deciderat, niſi Deus Iudæorum ſtirpem ſibi ipſe retinuiſſet, & ab hac eam cæcitate mentis ad luminis ſui aſpectum reuocauiſſet, electo ſibi Abraam, qui poſtea pater futurus eſſet multarum gentiũ. Deus enim pro-fectò cum hæc tanta, & tam præclara opera faceret, atque ea pro-poneret homini intuenda, atque conſideranda, voluit in illis di-uinitatis ſuæ virtutem ſpeculantibus apparere. quã quidem pro-uinciam, munusque ſpeculandi philoſophia ſuſcepit, vique inge-nij & rationis, & duntaxat illo naturæ dono ſubleuata, ad-iuta per quod apta nata eſt hominis mens ad peruestigandum diuinum in creandis rebus conſtituendisq; conſilium, & poten-tiam Dei, & vnitatem potuit cognoſcere, atque ex viſibilibus in-telligere inuiſibilia. Scriptum enim eſt, Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

rum, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba corũ. Hoc itinere igitur, & his ductoribus ad Deum homines peruenientes, cum illius amplitudinem, maieſtatemq́; cognouiſſent, & vnum eſſe naturæ dominum intellexiſſent, cum-que eum adorare, & venerari, & omni cultu glorificare deberent, repentè vanitate quadam ingenij, & errore mentis cæcati vnitatem, & infinitatem illam omnipotentis Dei in plura quaſi fruſta diſperſerũt, aliosq́; ſibi Deos numero complures quos falſa opinione ſibi depinxerant ad colendum aſciuerunt inanes, & mortuos veluti ludibria quædam humanæ vanitatis, ſuppoſita à diabolo, atque ſubiecta, quo is naturam noſtram, factam ad imaginem ſummi Dei, ipſe ad Brutorum ſenſum detractam, atq; abiectam in poteſtate habere poſſet, nec tantum mortales homines, & beſtias, auesque cœli, ſerpentesq́; terræ in honore, & in cultu Deo antetulerunt: ſed horum etiam ipſorum inanimata ſimulacra, & imagines, ad extremum dementiæ, temeritatisq́; progreſſi, vt quod ſumme mortuum eſſet, ſumme etiam viuenti, quaſi in illius contumeliam opponerent. Atq; hic quidem error, & commune penè humani generis delictum à ſapientibus ſeculi, & ab authoribus philoſophiæ in mundum fuit inductum. Hi enim ſunt, qui veritatem in iniuſtitia detinuerunt, hoc eſt qui intelligentes de Deo quod verũ eſſet, ſumma cum illius diuinitatis iniuria falſum omne ſectati ſunt. Nũc videamus, quæ fuerit merces huic tanto errori, vel ſceleri potius à Deo ipſo relata, & tributa.

*Ideo & tradidit illos Deus in deſideria cordium ipſorum in inquinationem, vt dedecorent corpora ſua in ſeipſis, qui permutarunt veritatē ipſius in falſo, & coluerunt, ac ſeruiuerunt creationi creatore prætermiſſo, qui eſt benedictus in ſecula, amen. Propter hoc tradidit illos Deus in affectiones dedecoris, fœminaque illorũ permutauerunt naturalem vſum fœmineum in vſum præter naturam. Similiterq; & mares dimiſſo naturali vſu fœminæ exarſerũt in appetentia ſui mutua, mares in maribus turpitudinem perpetrantes, & mercedem quam oportebat erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et quemadmodum non approbauerunt Deum habere in cognitione, tradidit eos Deus in improbam mentem, vt facerent, quæ non decebat: repleti omni iniuſtitia, ſortatione, prauitate, auaritia, vitio, pleni inuidia, cæde, rixa, dolo, more improbo, ſuſurrones, detractores, Deo infenſi, contumelioſi, ſuperbi, iactatores, repertores malorum, parentibus dicto non audientes, ſine prudentia, ſine compoſitione vitæ, ſine*

*amore, ſine fœdere, ſine miſericordia. Qui iuſtam correctionem Dei cognoſcentes, quòd qui talia agunt, digni morte ſunt, non ſolum ea faciunt, ſed & probando conſentiunt facientibus.*

VIDES mi frater quanta ſylua malorum ex illo primo errore inducta in genus hominum ſit ea re quòd Deum quem cognouiſſe videbantur, repente deſeruerunt, & cultum, ac gloriam, quam deferre illi debuerant, ad muta ſimulacra potius, & ad fictas imagines hominum, aut brutorum contulerunt. Et ſanè æquum fuit, vel oportuit potius, vt Apoſtoli verbo vtar, vt qui tantum in Deo à veritate ſe remouerant, & qui tantum lumen diuinæ bonitatis non aſpexerant, ne in cæteris quidem partibus, actionibusq; vitæ aut mente, aut oculis rite vterentur. Non enim fuit dignum, vt qui in Deo veritatem falſitate commutaſſent, qui eſt ſumma, & prima veritas, in ſeipſis, qui ſunt imago, & ſimulacrum illius veritatis, veram legem poſſiderent, et ſi Deum non honorabant, vt ſuum honorem colerent, ſed in [illegible] tatis falſa opinione hallucinati, cum idola Deo præferrent, id quoque ipſis turpitudinem, & dedecus honeſtati anteferrent, vt eſt in Pſalmo ſcriptum, Homo cum in honore eſſet comparatus eſt cum iumentis inſipientibus. In ſe ipſis autem, id eſt, in corporibus ſuis. Qui enim de mundo ſunt, neque Deum creatorem, & remuneratorem hominis agnoſcunt, hi cum de immortalitate animi, & de cœleſtibus præmijs nihil admodum cogitent, corpus vnum habent, quod maximè excolant, ſibique totos in illo conſtituant, & collocent, qui cum idem opes, diuitias, lauta veſtimenta, equos, argentum, familiam, cæteraque huiuſcemodi, idcirco maximè expetant, vt honeſtiores, & præſtantiores cæteris eſſe videantur, nimirum ridiculoſe errant, vel miſerabiliter potius, cum ipſi omni dedecore, turpitudineq; tanquam cœno obliti, his externis rebus oculos intuentium ſeſe putant poſſe perſtringere. In quo & peccatum ſanè illis idem eſt, & pœna peccati. Ita enim peccant in ſemetipſos, vt ſeſe turpiſſimos, miſerrimosque oſtendant.

*Quapropter defenſionem nullam habes ô homo quicunque iudicas. in quo enim iudicas alium, teipſum condemnas. Eadem enim facis tu, qui iudicas. Nouimus enim quòd iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia faciunt. Putas autem ô homo iudicans eos, qui talia perpetrant, & ipſe faciens eadem, quod tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & tolerantiæ, & longanimitatis deſpicis? ignorans, quòd benignitas Dei in pœnitentiam te deducit, ſecundum duritiam autem tuam &*

impœ-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*impenitens cor, recondis tibi ipſi iram in diem iræ, & reuelationis, & iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius.*

DEMONSTRATA populorum omnium, qui cultum idolis impendebant, communi iactura, & clâde, quodque propter perſos cultus omnipotentis Dei in omnem turpitudinem, & dedecus cunctorũ ſcelerum lapſi erant, eos etiam nunc acrius coarguit qui in eiſdem criminibus inuoluti, cum ſeſe ipſi non reſpiciant, de aliorum vita, & moribus tam facilè obloquuntur, & felle liuoris maliuolentiæque ſuffuſi, ac ſtudioſe cæteris obtrectantes, proximi famam lædunt. De his enim potius eſt, quàm de illis ſermo Apoſtoli intelligendus, qui in magiſtratu, & poteſtate conſtituti legibus coguntur ad iudicandum. Illi enim legitimam iudicandi neceſſitatem habent, neque cum id iure faciunt, id illis vitio dari oportet. In eo potius errant, quòd quæ in alijs reprehenderunt, ſæpe eadem ipſi agunt. Hoc autem hominum genus, quod de altero ſponte iudicat, etiam à Domino in Euangelio notatum eſt, & reprehenſũm. Qui in Matthæo: Nolite iudicare, inquit, ne iudicemini. In quo enim iudicio iudicatis, in eo iudicabimini, & qua in menſura metimini, metietur & vobis. Quid aſpicis paleam in oculo fratris tui? & in tuo trabem non animaduertis? Et certe hoc genus dupliciter iniuſtum eſt, quod & facit ea, quæ non decet, & iudicat eos, quos non debet. quo quidem genere criminis, ac vitij, hominum genus imprimis laborat. Nihil enim ferè promptius, nec celerius eſt vel cogitatione hominis ad ſuſpicandum male de altero, vel detractione, & maledicentia, ſimulatque quis ſuſpicatus eſt: Ita hoc crimen reliquis criminibus, quæ in hominibus multa, & magna paulò ante dicta ſunt, maximum pondus, & momentum affert. Quid enim vel iniquius fieri poteſt, quàm iudicare alterum in eo ipſo, quo tu qui iudicas, damnandus es? vel improbius, quàm ea agere, & perpetrare, quæ in altero damnatione digna iudicaſti? Etenim ſatis eadem ipſe agis, & perpetras, cùm, quibus de altero ſuſpicionibus vt male ſentias, permouere, in eo ipſo te iudicas paria facturum, ſi eodem loco eſſes. Quandoquidem ſi eſſes bonus, nihilque in te mali recognoſceres, neque improbi, ne de altero quidem improbe ſuſpicarere. Ac illi quidem abs te qui iudicantur, ſpecie quadam fortaſſis ignorantiæ, & in aduerſione animi ſubleuari à grauitate delicti aliqua ex parte poſſunt. Tu vero qui eos iudicas, qui eo ipſo quo iudicas, notionem, & ſcientiam habere te confitearis eſſe illud crimen dignum damnatione, quod reprehendis, cum illud idem ipſe committis, qua nam defenſione aduerſus Deum es vſurus: cuius vnius iudicium in veritate eſt. Non enim leui coniectura, non ſuſpicionibus incertis, non ſtudio ob-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dio obtrectandi ad iudicandum ille adducitur, id quod tu facis, qui apertum crimen proximi, ſi vllam partem æquitatis haberes, & te ipſe reſpiceres, diſſimulare potius, tegereque debebas, vitro occulta patefacis, ſuſpicioſa coarguis, dubia in multo peiorem partem interpretare. Sed certiſſima cognitione & peccatorum, & cordium iudicat Deus. Eius enim vnius proprium eſt iudicare orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate, qui ſcrutatur ſigillatim corda hominum, qui intelligit omnia opera eorum. Tu ſola iniquitate ad faciendum iudicium de altero accedis. Putasne igitur, tu qui iudicas alios, & tu ipſe facis, quæ in aliis reprehendis, quod effugies iuſtum iudicium Dei? Cum tuum ipſius iniquum, iniuſtumq; iudicium proximus tuus non effugit. An forte eius tolerantia, & longanimitate, & patientia ducere ad deſpiciendum ipſius bonitatem, & moram, procraſtinationemque ad animaduertendum in te negligentiam harum rerum eſſe putas? longe falleris profectò, ſi ita arbitrare. Illa te bonitas Dei, illa patientia non te inultum ſinit, ſed ſpatium dat tibi aliquando reſipiſcendi, & ad pœnitentiam, ac veniam reuertendi. Quod ſi non flecteris animo, nec ad perfugium miſericordię illius te confers, ſed duro corde, & pectore pœnitendi neſcio diuinæ illius tolerantiæ, & bonitati: erumpet, crede, in aſperiorem longe, & grauiorem aduerſum te iram omnipotentis indignatio diuina, expectatione collecta, & acerbata; atque in die iræ, & ſeueritatis eius tibi apparebit. Nouit enim ipſe, & ſcit optime temporum menſuram, & ſuum cuiq; tempus, ſua ſpatia præſtituit, vltra quæ non eſt amplius veritatem iudicij ſui, & præmium, aut pœnam pro meritis prorogaturus. Illud enim in die iræ, & reuelationis iuſti Dei, quanquam de illo vltimo, generalique iudicio intelligi congrue poteſt, tamen melius refertur ad diem illum, quem ſingulis præſtituit, vt de illis iudicium faciat Deus, qui quidem dies ſæpe etiam in hac vita manifeſtus fit. Siue autem in hoc, ſiue in altero ſeculo, ſiue ad peculiare, & ſuum cuiuſque, ſiue ad cunctorum vniuerſum, communeque iudicium: ſingulis ſua conſtituta, & præſcripta dies eſt, qua ad diſquiſitionem anteactæ vitæ vocandi ſunt, vt vel iuſta ſeueritate Dei puniantur, ſi in malo ſe exercuerunt, vel bonitate, & clementia conſeruentur, ſi id bonis, & ſanctis operibus ſunt promeriti. Eſt enim vnicuique Deus ſecundum eius opera mercedem redditurus. At quomodo reddituru, lege quæ ſequuntur.

*His quidem per perſeuerantiam operis boni & gloriam & honorem, & incorruptibilitatem quærentibus vitam æternam: his vero, qui contentioſi ſunt, & non obediunt quidem veritati, obtemperant autem iniuſtitiæ, indignatio, & ira, compreſſio, &*

*angu-*

*anguſtia in omnem animam hominis perpetrantis malum. Et Iudæi primum, & Græci: Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, & Iudæo primum, & Græco. Non enim perſonarum eſt differentia apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti apud Deum ſunt, ſed obſeruatores legis iuſtificabuntur.*

REDDET, inquit, vnicuique ſecundum opera eius, reddet? inquam, his qui per boni operis perſeuerantiam quærunt vitam æternam, quid reddet? gloriam, & honorem, & immortalitatem, inquit. His verò, qui per contumaciam, & ſtudium contradicendi, contraque faciendi veritatem non audiunt, neque ſe illi tradunt faciles & dociles, ſed iniuſtitiam ſectantur, illiusque prauis perſuaſionibus potiùs obtemperant, indignatio adeſt, atque ira à ſummo Deo, oppreſſioque, & angor in omnem animam hominis malum perpetrantis, & Iudæi primùm, & Græci. His quidem qui iuſtitiam ſectantur & veritatem, præmium aderit gloriæ, vitæque immortalis. His verò, qui repugnant veritati, & ſe dant iniuſtitiæ, iam adeſt pœna indignationis ſummi Dei. Omnium enim talium anima iam oppreſſa angoribus, vexata ſollicitudinibus, ſtimulis prauarum cupiditatum puncta, atque exagitata, non habet locum, vbi reſpirare poſſit, ſed monſtris ſcelerum, quæ ipſamet in ſe perpetrando progenuit, aſſiduè perpetua premitur in anguſtum, nullumque in ſe ſibi ſolatium conſtitutum habet, ſed fallacium ſolamenta voluptatum interdum à corpore mutuata, poſt breuem illam, vanamque ſuauitatem, ad ſuos tamen mœrores inteſtinos redeat neceſſe eſt. Hæc, inquit, pœna iam adeſt omni animæ perpetranti malum, quæ non futuram gehennæ damnationem auferat, ſed quæ iram Dei iam in hac vita ſceleratis repræſentet: Quicunque ille fuerit, inquit, ſiue Iudæus antea genere, aut profeſſione, ſiue Græcus, & è contrario, qui bonum operatus fuerit, & in rectè faciendo perſeuerantiam adhibuerit, non alium ſibi finem propoſitum habens præter Deum, & vitam æternam, immortali hic honore, & gloria à Deo afficietur, ſiue ille antea Iudæus fuerit natus, ſiue Græcus, non enim perſonas Deus, ſed perſonarum facta, meritaque diſcernit. Atque in hoc loco quod ſuprà diximus, denuò repetimus. Illud, primum, non conditionis dignitatem vllam exprimere, ſed notationem temporis. Antequam enim fides etiam CHRISTI reconciliationem humani generis cum conditore hominum per ipſius Dei clementiam efficeret, æſtimabantur omnes apud Deum non ex nationis merito, ſed ex operibus bonis,

aut malis, in quo Iudæorum leuior & labor, & ratio multò facilior fuit adipiſcendi regni Dei. Legem enim habebant, qua inſtruebantur, ſed & de gentibus, ſi qui veritatis vim cognouerant, & Dei amore capti illi ſeſe in moribus, & voluntatibus ſuis conformauerant, ipſumq́; ſibi præmium, & vitam ab eo æternam depopoſcerãt: hos Dei æquitas, & miſericordia nullo modo patiebatur ſpe, & voto ſuo eſſe deceptos. Atq; hoc prouidè Paulus interpoſuit, vt Iudęorum reprimeret inſolentiã, ad quos more arguendos a reprehenſione gentium erat tranſiturus, vt oſtenderet curæ ſemper fuiſſe Deo, quocunque è genere eos homines, qui Deum ſibi ipſum, ſummum bonum propoſuiſſent. Iudæi enim cum magno ſe à gentibus diſcrimine ſeparari perſuaſum ſibi haberent, cognitione ſcilicet veri Dei, & obſeruantia legis, legemq́ue maximè & ſemper gentibus opponerent, & ſuperbiendo quodam modo gloriarentur, omnemq́ue in illa ſpem haberent repoſitam, ita ſe gerebant perinde ac Deus propter donum legis, quod Iudæorum nationi fecerat, ipſorum eſſet proprius Deus, & non cum aliis gentibus ſe communicaret. Quare vt hanc tantam Paulus arrogantiam contundat, idcirco legem in eneruare incipit, & omnem rationem ſalutis ante Euangelium quidem operibus bonis, in Euangelio autem fidei ipſam per IESVM Chriſtum acceptam ferri dicere. ERGO inquit FILIVS, antequam CHRISTI fides mundo eſſet denunciata, non Iudæis ſolùm, ſed vnicuique ex gentibus aditus ad cælum per bona opera patebat, in quo video a ſanctis viris de aliquibus dubitatum. Sed vt hoc ſic abeat, qui illud, quemadmodum accipiendum eſt? vt operibus bonis noſtris, non tam gratiæ omnipotentis Dei, noſtræ ſit ſalutis ſpes, & immortalis vita accepta referenda.

TVM EGO: Non mediocrem commoues diſputationem mi frater, ſed ego quàm breuiſſimè potero, quæſtionibus tuis occurram. Neque ita, vt mea dicta ſic accipi velim, quaſi ea rata fixaq́ue ſint, verùm cum hac conditione, hocq́ue pacto ſi auctoritate Eccleſiæ fuerint approbata, quod idem vbique, & in omnibus volo intelligi. Ac quod ad primum tuum poſtulatum pertinet, non videtur eſſe dubium, quin hoc apertè decernat Paulus: Antequam virtus fidei per IESVM Chriſtum mundo eſſet enunciata, licuiſſe veteribus illis tum Græcis, tum Iudæis, qui rectum ordinem vitæ ſecuti eſſent, & operibus bonis ſe exercuiſſent, ad cœleſte præmium peruenire. Sed quæ ſint opera bona, id enucleatius tradendum eſt. Bona opera ſunt, quæ & à bono initio oriuntur, & ad bonum finem pertendunt. Quicunque enim boni operis ſui finem aut in laude hominum (id quod ex gentibus, qui excelſiore animo eſſe videbantur, cuncti ferè faciebant)

aut

aut in pecuniæ præmio, aut in voluptatis, aut in opportunitatibus, & commodis vitæ degendæ ponit, is, vt illud aſſequatur, quod poſtulat, veruntamen fructum operis boni deperdit, qui eſt vita æterna. Rurſus ſi quis ipſam vitam æternam appeteret, & ad eam omnibus ſuis conſiliis, conatibusque contenderet, atque is opem tamen ſuo optato conſequendo auxiliumque precaretur ab iis, quorum illius dandæ, & concedendæ non eſſet poteſtas, hoc eſt à falſis diis, næ iſte quoque ſpe ſua, & ratione tota falleretur. In ipſo enim capite, & principio veritatis, errore lapſus in diuerſum longè tenderet, quàm ſibi ipſe ab initio propoſuiſſet. Quid ergo eſt? ex vtraque parte neceſſe eſt, ex capite videlicet, atque ex fine non falli eum, qui ſit honorem immortalitatis adepturus, & vt petat à ſummo, & vero Deo, & vt quod optimum eſt, petat, vitam ſcilicet æternam. Quapropter Paulus nouum hunc, & difficilem Iudæis proponens locũ, HIS, inquit, per boni operis perſeuerantiam quærentibus vitam æternam, gloriam, & honorem, & immortalitatem largiturus eſt Deus. Et ad Hebræos: Oportet accedentem ad Deum credere primum, quod Deus eſt, & ſit remunerator quærentibus ſe. His ergo, qui ab vno Deo & omnipotente quæſiuerunt vitam æternam, ſuique deſiderij conſequendi ſpem in ipſo illo eodem per perſeuerantiam in bonis operibus poſuerunt, nullo vnquã tempore, ſiue illi Græci, ſiue Iudæi extiterunt, defuit Deus. Verùm ita ſe res ante CHRISTI fidem habebat, vt Iudæi & Græci in capite quidem diſcordes eſſent, in fine ipſo conſentirent. Quærebant enim vulgò non vitam æternam, non enim eam, neque gentes agnoſcebant, neque Iudęi in lege propoſitam habebant: ſed fructus terræ, & vitæ commoda conſectabantur, opes, familias, liberos, regna, pacem, atq; otium, & eiuſmodi bona, quæ abſunt nimirum à ſummo bono, intraq; breue curriculum humanæ vitæ omnia concluſa ſunt. In eo autem diſcrepabant, quod Iudęi ita ipſa terrena bona ab optimo tamẽ authore Deo expetebant, gentes ab ementitis & falſis diis. Ex quo patet etiam alteri tuæ dubitationi reſponſio. Non enim ſine eximia, & peculiari gratia Dei, ſi quis ex hoc communi errore ſe emerſerat, & ad Deum verum ſuæ immortalitatis ſpem votumq; direxerat, poterat aut in tam præclaro conſilio inſiſtere, aut tanti præmij honore non falli. Ac quod ad Iudęos quidem attinet, plurimos eorum nouimus ab ipſo Deo edoctos non ſolùm de præſenti eius vi & maieſtate, ſed de CHRISTO futuro, ac venturis per ipſum in hominum poſteritatem Dei beneficiis, multa, & magna, & mira cecidiſſe. De gentibus verò partim ante legem datam multos ſcimus à Deo in veritatem, & ſanctitatem vocatos fuiſſe, vt Enoch, vt Noë, vt Melchiſedech, ipſumque imprimis Abraam, partim poſ-

quam lex fuerit tradita de ipſis Græcis, ſi qui verum, & vnicum Deum libenter agnouerunt, eumque adorando, & colendo venerati ſunt, beneficiaque ab eo, quæ eſſent optima, petiuerunt, illius bonitati, potentiæque confiſi, credibile eſt illos benignitate, & clementia ſummi Dei, ſui exitum deſiderij, & honorem immortalitatis eſſe aſſecutos. Quod enim gratiæ iam eſt, & liberalitatis ſuæ, bonis mentibus ſemper occurrit Deus, & illis oſtendit lumen veritatis ſuæ, neque in hoc munere benignitatis & iuſtitiæ, ſuæ vnquam bonitati finem, modumque præſtituit: nec in beneficiis ſuis dilargiendis hominem ab homine, aut Iudæum à Greco vult ſibi eſſe eximium. Itaque Petrus in actis: Re vera percipio, inquit, quod non eſt perſonarum fautor Deus, ſed in omni gente, qui operatur iuſtitiam, acceptus illi eſt. PROBE mihi iſta probantur, inquit IVLIVS, eſtq; mihi abs te ſatisfactū, ſed qui reſtare videbatur ſcrupulus huiuſmodi. Quid ergo attulit fides Chriſti, ſi ante eam licebat præmium adipiſci, quod ſola ipſi polliceri videtur? quoniam de hac re Paulus alio loco tractaturus eſt, ſuo loco potiùs id abs te petam. Nunc pergamus ad reliqua.

*Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.*

VIDESNE æquitatem diuinæ legis, & conditionis ſemper omni peccanti ſiue in lege, ſiue extra legem, iudicium nihilominùs, & damnatio eſt cōſtituta, neceſſariò omni rectè facienti ſiue in lege, ſiue extra legem, ſuū paratum præmium, & propoſitū eſt.

*Non enim auditores legis iuſti apud Deum, ſed obſeruatores legis iuſtificabuntur: vbi enim gentes legem non habentes natura ea quæ ſunt legis agunt, hi legem non habentes, ſibiipſi ſunt lex. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, conteſtante eorum conſcientia, & alternis inter ſe ratiocinationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus in die, quando iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per* IESVM *Chriſtum.*

AMPLIVS etiam confirmatur ab Apoſtolo hæc ratio, num enim legem habere, aut legem obſeruare iuſtificat apud Deum? Si tantum habere, nihil omnino tribuendum eſt operibus bonis, ſed ſolum nomen generis, & nationis valet apud Deum, omnesque prorſus Iudæi in tuto ſunt, etiam qui contra Deum, & legem peccando veniunt: Græci verò funditus & omnino ſunt perditi, quamuis probi eorum aliqui, & iuſti, de Deo & de iuſtitia Dei rectè ſenſerint, factisq; quod ſenſerunt, id præ ſe tulerint, & vitam cum pietate, ac ratione honoris Dei cauſa totam direxerint.

In te-

tamen vniuerſi & fruſtra in optimis actionibus ſe exercuerunt, fide qua ſpem locauerant in ſummo Deo, falſi, atq; decepti nihilominus intereunt, quod eſt à Dei veritate & iuſtitia remotiſſimum. Sin autem legis potius obſeruatio facit iuſtitiam, etiam qui legem iſtam in tabulis non habuerunt, opera autem legis & præcepta naturæ dono, & voluntatis propoſito obſeruauerunt, apud Deum iuſti ſunt effecti. Legem enim quam in literis expreſſam non habebant, in cordibus ſuis ſcriptura meliore impreſſam habuerunt, & quoniam non eſt ſatis rectè facere, niſi id etiam ſponte, & recto conſilio fiat, ideo adiecit Apoſtolus, Cõteſtante eorum conſcientia, & alternis inter ſe ratiocinationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus. Illud enim opus vere bonum eſt, quod non caſu, aut tantum vſu, ſed quod mente recti cõſcia, poſt variarum diſceptationes rationum diffinito conſilio quis facit, in quo vno conſiſtit virtus. Quod ſequitur autem in die, quando iudicabit Deus occulta hominum, traiectio eſt, ad id enim retro trahitur, quod ſupra dictum eſt, quæ enim in cordibus nunc ſunt ſcripta, hominibus occulta ſunt, donec ad illius ſupremi iudicij diem veniatur, quo tempore vtique illa omnibus patebunt, & palàm expoſita erunt. Cuius quidem iudicij denunciatio in veteri quidem lege pluribus locis notata, à Chriſto autem Ieſu in Euangelio clarius ſignificata eſt, qui eſt iudicium illud pro patre Deo exerciturus, atque ideo dictum ſecundum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Porrò Pauli Euangelium idem eſt, quod & Chriſti, ſed non eodem modo. Euangelij enim author Chriſtus, miniſter Paulus. Sed & cunctorum, qui rite credunt in Chriſtum, vnum atque idem, quod & Dei, & Pauli Euangelium eſt.

*Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquieſcis legi, & gloriaris in Deo & cognoſcis volũtatẽ, & probas quæ meliora ſunt inſtructus ex lege, perſuaſusq́ es te ducẽ eſſe cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, doctorẽ ſimplicium, vt qui habeas formationẽ cognitionis, & veritatis in lege. Atqui tu docens alterum, teipſum non doces, qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras: qui abominaris idola, ſacrilegium committis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhoneſtas. Nomen n. Dei propter vos vituperatur inter gentes, quemadmodum ſcriptum eſt.*

Hoc ſcriptum eſt in Eſaia dicente: Dominatores eius inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Ezechielis quoq; eſt: Cum dicit dominus non propter vos ego faciam do-

mus

mus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum, quod polluiſtis in gentibus. Verum illud vrget Apoſtolus, non eſſe legi, neque ſcientiæ legis, ſed bonis ex legis doctrina operib. confidendũ. Quamobrem Iudæi qui ſe Doctores aliorum, & tanquam duces cæcorum eſſe arbitrabantur, tumebantque faſtu quodam ex ſcientia, & cognitione legis, cum ijs quæ ipſi nullo ſuo labore, ſed tantum lectione diuinæ legis comparauerant admodum gloriarentur, ſibique plurimum arrogarent, cæteros autem vellent haberi ſubiectos ſibi, & veluti diſcipulos, & cum ea, quæ cæteris præcipiebant facienda, ipſi minime facerent, non modo nullam partem iuſtitiæ ex lege conſequebantur, ſed inſuper dedecorabant inter gentes, & legem, & authorem, ac latorem legis dominum Deum. Nam qua ait: Qui abominaris idola, ſacrilegium committis. De ſacrilegio hoc ſic intelligendum eſt. Iudæi qui propter Dei honorem idola abominabantur, & in hoc certe honorem Deo verum exhibebant, rurſum eundem Deum ex alia parte ſuis malefactis dehoneſtãdo detrahere illi conabantur, quod prius conceſſerant, & quem illa veneratione, illoque cultu habuerant dignum cuius causa idola deteſtarentur, nunc præ ſuis vitijs & cupiditatibus indignum rurſus ducerent, cui in bonis moribus honor, & pijs, ac ſanctis operibus haberetur. Ita abominatio idolorum, primum illis laudem erga Deum exhibebat. Rurſus autem Dei eiuſdem dehoneſtatio, quem alio genere criminum dedecorabant, ſacrilegij eiſdem notam inurebat. Sed poſſunt hæc verba alio etiam modo exponi: Quod Iudæi ſcilicet: qui idola abominabantur, & omnia, quæ honori idolorum data conſecrataque eſſent, eadem abominatione aſpernabantur, ſtatuebantque impura, & polluta eſſe, neque ſibi licere illa ipſa contingere, ijdem tamen hoc fas & legitimum, auaritia adducti, aut intemperantia violabant. Sæpe enim nonnulli eorum partim depeculabantur donaria deorum, partim ex ijs, quæ oblata fuerant dijs, eſculentis, poculentisque veſcebantur. Cum autem è ſacro loco in profanum auferre ſacrilegium ſit, ipſi contraria quadam ſpecie ex abominato loco, atque inceſto in ſacrum ſurripiebant, cum ſemetipſos illarum rerum furto, contactuque pollucrent, legemque Dei, & præcepta illius præuaricando violarent, quod ipſum erat proprium Iudæorum ſacrilegium.

*Nam circunciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſin autem tranſgreſſor legis ſis, circunciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſta legis cuſtodiat, nónne præputium illius in circunciſionem reputabitur, & iudicabit ex natura præputium legem complens, te per literam & circunciſionem tranſgreſſorem legis*

*lege? Non enim qui in aperto Iudæus, neque quæ in aperto in carne, circunciſio eſt: ſed qui in occulto eſt Iudæus, & circunciſio cordis in ſpiritu, non in litera eſt, cuius laus non ex hominibus eſt, ſed ex Deo.*

IAM intrat magis, vt inanes, irritoſque oſtendat exteriores ritus, & corporeas obſeruationes legis fiduciamque ſuper his, quã habebant Iudæi, penitus infringat, quodque veræ, & Deo acceptæ religionis eſt proprium, ritus externos, & corporeas obſeruationes legis omnia ad interiorem hominem, & ad ſpiritũ cordis reducat, in quo ſolo eſt veritas. Ac circunciſionem oſtendit prodeſſe quidem, ſi præcepta legis ſeruentur: ſi autem frangatur contrarijs operibus, & violetur lex, nihil iam inter illiuſmodi circunciſionem, & inter præputium gentium intereſſe. Si enim interſit, & carnis circunciſio vim habeat iuſtificandi, nullum iam apud Deum virtutis & vitij, boni, & mali diſcrimen amplius ſit, veraque vis diuinæ iuſtitiæ tota euaneſcat neceſſe eſt. Si vero hoc ſuſcipi non poteſt, illud econtrario eſt neceſſarium, vt ſi gentes, quæ circunciſionem carnis non gerunt, corde tamen circunciſæ ſint, expleantque naturæ quadam bonitate mandata legis, illarum præputium Deo pro circunciſione habeatur. Non enim qui ſe Iudæum profitetur, præſefertque abſciſſionem præputij, ille ſtatim Iudæus eſt, nec carnis circunciſio, ſtatim circunciſio, ſed qui in occalto Iudæus eſt, ille vere eſt Iudæus, hoc eſt, qui non in carnalibus ſignis, ſed in mente, & voluntate legem fert: qui vim legis intelligit, illique obtemperat, is Iudæus vere eſt. Item circunciſio cordis in ſpiritu non in litera vera circunciſio eſt. Nam circunciſio carnis ſignum illius eſt, quæ eſt in corde circunciſionis, decipere quidem poteſt, & mentiri quæ in ſigno eſt circunciſio, illa autem cordis fallere, aut falli neutiquam poteſt. Ac vt aliquid de toto hoc ritu circunciſionis loquamur, Abraham cum per fidem, & obedientiam probatus Deo fuiſſet, gratiamque eius ſibi iam comparauiſſet, non egebat ille quidem circunciſionis ſigno, quo apud Deum fieret gratior, ſed cum circuncidi iuſſus eſt, in eo id eſt quæſitum, vt initium ſigno faceret in totam poſteritatem ſuam, quo qui ſucceſſuri ſpatio temporum eſſent, indicium gererent generis, & proſapiæ Abraam à reliquiſque generibus diſtinguerentur, vt manifeſta foret ſuo tempore benedictio gentiũ ex ſemine Abrahę profectura, & ſimul vt circunciſionem illam ſignum obedientiæ patris ſui Abraam erga Deum præ ſe ferrent, cuius & ipſi in obtemperando Deo eſſe ſtuderent ſimiles, circunciſioque in cute facta, in ſpiritu tamen magis per illam vmbram corporis quæſita eſt, præſertimque in populo illo, qui duris ſemper fuit ceruicibus, ideoque in membro illo potiſſimum facta eſt cir-

circunciſio, quod maxime aduerſarium, & contumax eſt rationi. Hoc ſigno, vt diximus, non egebat Abraam. Eius enim erga Deum humilitas, & reuerentia, & in omni parendi ſtudio alacritas, atq; obedientia ſignum illud anteuenerat. Sed cæteris exemplo eſſe eſt iuſſus, vt per corporeum ſignum poſteriores moniti ad conſiderandam fidem, & obedientiam Abraæ, quam is habuit Deo, ac perinde ad eam imitandam ſe conferrent. Igitur in populo terreſtri, & carneo, & ad ea, quæ terræ ſunt potius ſemper anhelanti, valuit obſeruatio, & ſignum circunciſionis. Vmbræ enim illis, & ſigna pro veritate diu fuerunt. itaque illis, tanquam animalibus terror legis, & pœnæ, & ſacrificia victimarum, & omnis execratio aduerſus eos, qui à præceptis legis deficerent, propoſita eſt, vt adigerentur, qui ſua voluntate nollent, quacunque ratione ad cultum, & obedientiam veri Dei, inuitique facerent quod pater eorum Abraam ſponte ante feciſſet. Poſtquam vero aduenit plenitudo temporis eius, quod omnipotentis Dei ſilio ante fuerat præſcriptum, & in quo fractis legis, & omnibus repagulis, in omne genus criminum, hominum natura collapſa erat, tunc tanquam adultum iam hominem, non puerum iam, aut impubem amplius, ſed virum effectum, & ratione eum, non ſenſu dirigere valentem, non minis, & ſupplicijs diuinis, ſed clementia, & humanitate voluit ad ſeſe, & ad ſui ſtudium, amoremque reuocare. In quo multa, & magna ſuæ potentiæ, & bonitatis ſigna oſtendit. Nam quod omnino perditum reuocauit ad vitam, præſertim facillimo genere remedij, quod in credendo Deo per IESVM Chriſtum conſiſtit, potentiæ illius fuit. Quod ſibi rebelles, & maxime aduerſarios recepit in gratiam, infinitam hoc eius declarauit bonitatem, coniunctam pari iuſtitiæ, & ſapientiæ gloria. Sapientiæ, quod nullis culpis, & ſceleribus à beneficiendo deductus facilem viam oſtendit ad ſanitatem redeundi, & opus cæterorum propè nobiliſſimum, quod poſtremum operum ſuorum ipſemet effecerat, vitio ſuo corruptum, ad maiorem etiam quam prius integritatem reſtituit. Iuſtitiæ quod cogitauit & reſpexit, non quid nobis, ſed quid ſua immenſa virtute, & benignitate eſſet dignum. Egit autem nobiſcum, quemadmodum ante egerat cum patre noſtro Abraam: Iuſtius enim filij eius erimus, ſi fidei eius, quam ſi carnis reperiamur hæredes. Ita enim Apoſtolus: Scitis, quod hi qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Verò ita egit cum eo, vt eum euocaret, iuberetq; egredi ex domo & gente, & cognatione ſua, & in eas terras, quas ipſe eſſet illi monſtraturus, migrare, pollicens ſemini eius illas æternas ſe daturum, & nomenq; ipſum & progeniem Abraæ ſic multiplicaturum, vt numerari quondam non poſſet. Credidítq; Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Etſi enim in patria prius degendo, & inter po-

pulos

pulares, cognatoſq; viuendo, qui ad idolorum cultum deflexerunt, offenſam forte aliquam in Deum contraxerat, illiusque nomen, honoremq; violauerat: tamen eo ipſo, quod Deo facile credidit, iuſtus ſtatim eſt effectus. Maxima enim & potiſſima parte iuſtitiæ ſuſcepta, minores illas iniuſtitias facilè eliſit. Eſt autem maxima iuſtitia dare honorem Deo in cultu quidem etiam, & ſacrificio, & voce, geſtuq; corporis Sed hæc ſimulari poſſunt. Dare autem honorem in corde, & ſpiritu vera eſt Dei omnipotentis adoratio, quæ præcipue conſiſtit in eo, ſi credatur illi, & pareatur, quanquam qui credunt, qui poſſunt non parere? Quod ergo egit Deus cum Abraam primò, egit idem poſtea nobiſcum. Exciuit enim nos, eduxitq; ex domo & cognatione noſtra in qua ipſe parum rite colebatur, hoc eſt ex vitijs, & peccatis noſtris, & à falſorum cultu deorum. Sicut ſcriptum eſt: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. Nouamq; in vitam tranſtulit, quam, ſi illi pareamus, æternam eſt nobis, & immortalem traditurus. Omnia enim quæ tunc in corpore, & carneo homine humano modo facta ſunt, in ſpiritu, & veritate in nobis diuinitus implentur. Nam nec terram Chanaam, quam ſemini Abraę in æternum ſe daturum pollicitus eſt Deus, æternam tamen tradidit. Sunt enim Iudæi carnale ſemen Abraæ, iamdiu inde depulſi, atq; eiecti, nec rurſus innumerabile, vt cœli ſtellæ, ſemen Abraæ extitit, quod quidem in carne fuit deductum. Sed & nos filij fidei erimus innumerabiles, & poſſeſſio terræ æterna immortalis vita eſt. Omnis enim Dei promiſſio æternitatem continens, ſpiritualiter intelligenda eſt, quoniam in ſolo ſpiritu ineſt æternitas, terrena autem omnia caduca, & inſtabilia ſunt, & ab ipſo æternitatis iure perpetuo remota. Credidimus & nos Deo per Ieſum Chriſtum, & è vita priſtina emerſimus, in nouamque fuimus traducti. Fidesque iſta noſtra, & obedientia erga Deum, ad iuſtitiam nobis quoq; reputata eſt, in eumque ſtatum, gradumque amicitiæ, & gratiæ apud Deum ſumus prouecti, in quo fuit Abraam, antequam ſignum circuncisionis in exemplum futuræ poſteritatis acciperet. Sed nec ipſe tum circunciſione propter ſe egebat, neque nos egemus. Per fidem enim Chriſti intellecto circunciſionis myſterio, & eo vere, ac ſpiritualiter ſuſcepto, inanis penitus, & ſupervacanea facta eſt carnis circunciſio. Non enim amplius ſignum, pactumq; obediendi, & credendi, ſed fidem ipſam, & obedientiam obtinemus. Neque in carne opera legis, ſed in ſpiritu ipſo gerimus, qui filij Abraæ ſumus, non per carnem, ſed per fidem, in qua ne ille quidem eguit circunciſione, vt gratiam Dei acquireret. Ante enim circunciſionem illi & fides, & gratia Dei erat parta. Neque rurſus ſigno opus nobis eſt, quò à cæteris gentibus ſepare-

ſeparemur. Non enim genus vnum, & progenies vna, ſed omnes vndique homines ad fidem Chriſti inuitati, vocatique ſunt. Circuncidamur igitur nos corde, quæ eſt vera circunciſio, carnis autem vmbras, & ſignacula repudiemus. Atque vtinam rectè circuncideremur, amputatiſque omnibus terrenis curis, affectionibuſque, ſtudio, & amore raperemur ad vnum Deum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui extitit nobis huius diuini beneficij, gratiæque largitor, vt cum maxime oppreſſi, & cooperti omnibus flagitijs, criminibuſque eſſemus, illamque etiam iuſtitiam penitus amiſiſſemus, quæ in bonis operibus eſt ſita, repente præter ſpem, nec opinantes ad multo maiorem, præſtantioremque iuſtitiam veniremus, vt credentes Deo, & per fidem credulitatis noſtræ ipſius diuinæ iuſtitiæ ſignaculo inſigniti, non hanc, illamue virtutem, ſed totum, & vniuerſum, quod eſt virtus, idque diuino propè modo, per Dei eiuſdem gratiam aſſequeremur, vt quidem, vt non reconciliati ſolum, tanquam amici, ſed adoptati à Deo, tanquam filij ſummum gradum honoris, & gloriæ ſimus adepti. Sed pergamus ad reliqua. Nam quã ait Apoſtolus Cuius laus non ex hominibus eſt, ſed ex Deo, affirmat in omnia prorſus ſpiritus veritatem qui ſimulatione nulla ſemetipſum obducit, ſed rectus, & ſimplex fertur ad ipſum Deum, ſeſeque illi vni oſtendit, & probat, neque alium extra quærit ſpectatorem ſui ſpectatorem, aut iudicem. Caro autem contra ſe habet, & tota foras conuerſa eſt, quæque in carne ſigna impreſſa, notiſque ſunt, oculis hominum iudicantur, nõ approbatione ſummi Dei. Quod ſi animi motus, & appetitiones, & conſilia ad humanam laudem, aut cupiditatum terrenarum expletionem foras & ipſa ſpectant, carni iam coniuncta & cum ea conflata carneum hominem efficiunt, qui totus pendet extrinſecus ex hominum iudicio, non approbatione Dei, & laude, atque is cum varium, & mutabile ſit illud, ad quod ſe accommodat, nihil enim eſt opinione hominum & popularibus ſtudijs, neque rurſus affectu cupiditatum leuius aut inconſtantius, varias & ipſe ſpecies, ac formas ſubeat neceſſe eſt, vt ſimulare, vt mentiri, vt fallere, vt nunc hoc præ ſe ferre, nunc illud continue cogatur. Qui vero in vno Deo, & vnius Dei iudicio ac voluntate fixus ſpiritus eſt, is ipſe quoque rectus, & vniformis, ęternęque, & immutabilis compos veritatis, ſemper & vbique ſibique ſibi conſentiens eſt, nec fallaciam vllam, aut vmbram, neque item fluctum varietatis admittit. Ex quo etiam patet iſta noſtri temporis or Maumethanorum lex, quæ ex duabus prioribus legibus Moyſis, & CHRISTI decerpta, maleque cohærens neutrius earum virtutem imitatur, quam praue, quamque peruerſe acceperit Euangelium, & à ſpirituali intelligentia illius auerſa fuerit, quæ à corporalibus ad ſpiritualia diuini ordinis fuerit proceſſio ad

huma-

humanum genus ſalutari doctrina imbuendum, atque erudiendum, ipſa retro rurſus à ſpiritu ad carnem, corpuſque redacta eſt. Quid ſi illa in corporeis hiſce rationem ſalutis eſſe poſitam putauit, quid attinuit legem nouam condere? & ab ea quæ Iudæorum eſt vel tantulum deflectere? Quanquam de iſta nihil quidem dubium eſt, plena etenim eſt tota ineptiarum, & inſulſitatis. Quominus reſipiſcant, qui ex ea infatuati ſunt, omnem bonarum literarum, & bonorum authorum lectionem, omnia ſtudiorum optimarum ſectatoribus ſuis inania ducit. Itaque fit, vt homines ſua ſponte carnales huius legis inſtitutione ferrei penitus fiant, nullumque ſpirituale agnoſcant hominis inteſtini cum Deo commercium. Tum IVLIVS: Ita ſe res habet, vt tu dicis, inquit. Sola enim recta eſt intelligentia, quæ ſpiritualis eſt, neque vllam habere poteſt rationem, id quod in corpore fit ad ſalutem, & vitam æternam neceſſario pertinere, niſi quatenus forte aut indicium aliquod præſeferat, & velut teſtimonium interioris hominis voluntatis, aut ad reprimendos carnales affectus valeat, quanquam hoc poſterius, ſi ratio ipſa per ſe exprimat, totum videri poteſt ſuperuacaneum. In ſigno autem atque indicio maior ſæpe ineſt religio. Qualis apud nos baptiſmus eſt, qui eius eſſe virtutis perhibetur, vt abſque eo ad vitam æternam non liceat aſpirare. Quod & ipſe teſtatus eſt CHRISTVS, Qui crediderit, inquiens, & baptizatus fuerit, is ſaluus erit, perinde ac ſine baptiſmo non queat quis ſaluus fieri. PLVRIMVM mi frater, inquam, noſtræ baptiſmi rationi ab illa Iudæorum circuncisione intereſt. Illi enim in corporeo illo ſigno penitus inhærebant, nihilque ex eo inteſtinum, aut ſpirituale ex legis litera cogitabant. Nos hunc ex aqua baptiſmum ſine Spiritu ſancto, nos intus lauante infructuoſum eſſe ducimus. Neceſſaria illis ad vitam, neque eam æternam, ſed mortalem, talis erat circuncisio præputij manu videlicet facta. Quemadmodum ſcriptum eſt, quod maſculinum non circuncidetur carnem præputij ſui octauo die, anima illa diſpereat è genere ſuo quoniam teſtamentum meum diſſipauit. Nos nec tam præciſam & aſperam præceptionem habuimus, nec tantam neceſſitatem huius per aquam baptiſmi agnoſcimus, vt ſine eo ſalui eſſe non poſſimus. Sæpe enim ſanguine ſuo, ſæpe ipſo per ſe Spiritu ſancto, ipſaque fide in Chriſtum, ſine aqua, & miniſtro baptizati ad vitam æternam ſunt euecti, ſicut & ille in cruce latro, & puerorum Bethleemitarum, multorumque præterea martyrum, aliorumque ſanctorum res, & geſta indicant. Sed quoniam de hac eadem re aliquantò poſt erit diſputandum, pergamus modo ad ea quæ ſequuntur.

*Quod ergo eſt id plus, quod habet Iudæus? aut quæ vtilitas circunciſionis? multum per omnem modum: primum quidem enim quod credita ſunt illi oracula Dei.*

Abiecta iam circunciſione, qua maxime Iudæi gentibus ſe anteferebant, & ſine ea ad Christi fidem venientes ſaluos poſſe eſſe negabant, ne inſultarent ex altera parte Iudæis, & illos inciperent gentes contemnere, reuertitur ad illorum cauſam, famamque defendendam, & ſibi ipſe opponit, ſi circunciſio, & cerimoniæ, & legitima Iudæorum nullius ad iuſtitiam momenti ſunt, quid eſt, in quo gentibus Iudæus præcellat? Plurimum, inquit. Digna enim ſola ea gens à Deo antehac habita eſt, quam ille & familiarem ſibi haberet, & quam peculiari lege inſtrueret, ſibique perpetuo tanquam ſemen foueret, ac conſeruaret, ex quo promiſſum patribus Iudæorum æternæ hæreditatis mundi authorem in lucem ſuo tempore eſſet producturus. Oracula Dei ſunt, quæcunque ad docendum, regendum, & maximarum rerum promiſſionibus confirmandum populum Iſraeliticum Deo prolata ſunt, quæ illi generi ſunt credita, quod erat nota circunciſionis ſignatum, quoad pro ſemine genus illud fuit, ſemine enim poſtea vniuerſæ ſalutis in omnes homines effuſo, & ianua fidei paſſim omnibus demonſtrata, non amplius ſignaculi differentiam, ſed nec ad vnius gentis diſtinctionem circunciſione vlla fuit opus. Sed rurſus de indignitate Iudæorum.

*Quid enim ſi infideles eorum aliqui fuerunt, num infidelitas ipſorum fidem Dei abrogabit? Abſit: ſed ſit Deus verax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.*

Cvm opponeretur à detractoribus Iudæorum multa quidem & magna promiſiſſe illis Deum, ſed quoniam ipſi, quæ viciſſim promiſerant Deo, nempe quòd eum vnum Deum colerent, ſignumque credendi & obediendi illi, quod in circunciſione ca gerebant, ipſo opere, effectuque præſtarent, atque complexi eique & ducibus præpoſitis ab eo obtemperantes eſſent, leges & præcepta cuſtodirent, multo maiore ex parte non ſeruaſſent: tametſi Apoſtolus, quod vniuerſi fere egerunt, vt aduerſus Deum & legem contumaces eſſent, ſignumque circunciſionis [illegible] haberent, oratione ipſa lenit, & mitigat, quoſdam eorum non omnes infideles appellando. Cum ergo exprobraretur, quod fidem ipſi non ſeruauerant, nec Deum quidem ipſis fidem, quam dediſſet, præſtiturum eſſe, aut quæ pollicitus eſſet, re impleturum. Ne ſit hoc, inquit Apoſtolus, vt fides Dei propter perfidiam ho-

minum

tuum imminuatur, imò quo nos mendaces magis, & perfidi ſumus, hoc magis fides illa Dei, & veritas elucet: ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, vt nunquam ſermo tuus ò Deus ſit irritus: & vincas, cum iudicaris. Cum oritur diſceptatio, quiſita conſtans tu tibi, cum qui ex aduerſo tibi obſtricti ſunt, à fideſua ipſi deficiant, nempe ideo vt tua vincat veritas, vt ipſa ſola emineat, quæ non emineret, ſi tibi æqua fide ab hominibus reſponderetur. Vincere enim eſt pellere, & deijcere aduerſarium, non pari cum eo marte contendere. Vincit ergo, & eminet tum maxime Dei veritas, & iuſtitia, cum nobis à noſtra parte neutram illarum præſtantibus, ipſe ambas nihilominus inuiolatas retinet, & conſeruat. Atque vt eſt Apoſtolus quæſtionibus denſus, & circumſpiciens omnia quæ contra dici poſſunt, ſic obijcit ſibi ſtatim, id quod & à multis fuerat oppoſitum, & quotidie ab amatoribus mundi opponebatur, qui ex ſermonibus anſam quærentes, quo ſuis cupiditatibus liberius obſequerentur, verbis tamen conſequi volebant, vt Deum nequaquam viderentur offendere.

*Si autem iniuſtitia noſtra Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? Num iniuſtus Deus, cum infert iram? ſecundum hominē loquor. Abſit. Quoniam quo pacto iudicabit Deus mundum? Si enim veritas Dei meo mendacio eminentior facta eſt in gloriam ipſius, quid amplius velut peccator, ego iudicor, & non vt nos infamulamur, & ſic vt affirmant quidam nos dicere; quòd faciemus mala, vt veniant bona, quorum iudicium iuſtum eſt.*

Si Iudæorum infidelitas fidem Dei magis illuſtrat, & mendacium hominum illius veritatem: Itemque iniquitas iuſtitiam, nónne maius eſt hoc bonum, quo amplificamus honorem, & gloriam ſummi Dei iniuſte agendo, quàm malum iſtud ipſum, quod eſt iniuſte agere? hoc alij fortaſſe ſic ſentiebant, alij nouæ ſectæ Chriſtianorum tanquam ita ſentienti pro magno ſcelere obijciebant, & vtriſque occurrit Apoſtolus. His quidem ſic ſentientibus, atque ita perſuaſis & reputantibus iniuſtam eſſe iracundiam Dei, qua iniquis pœnam inferat, cum illorum iniquitas eius iuſtitiam reddat clariorem, obuiam id hac ratione, quod ſi ita res ſe haberet, vt iniuria talibus iraſceretur Deus, non poſſet amplius ipſe mundum iudicare. Quo pacto enim iudicaret, ſi ſcelus illi pro virtute, & virtus pro ſcelere eſſet iudicandum? Alijs vero, qui hoc cultoribus Chriſti obijciebant, cum eos & ita eſſe ſententia dicerent, & quod ſentiebant, re ipſa efficere, vt mala agerent, quò bona ſequerentur, hoc eſt, vt ipſi quidem ſo flagitijs polluerent, quò gloriā Dei immortalis in veritate & iu-

ſtitia oſtenderent ampliorem, atque illo potiſſimum modo Deo gratiam inirent, qui hac inquam de re Chriſtianos accuſabant, & quod de illis ſuſpicabantur, ſtatim aſſenſione animi ſui confirmabant inauditosque, & indefenſos ſuæ duntaxat opinionis iudicio condemnabant, cum eſſent de illis, contra quos Paulo ſupra fuerat inuectus, qui ſcilicet tam facilè ſuſpicantur & iudicant de altero, ait de iſtis ipſis iudicium iuſtum eſſe, vt iudicium accipiat hic pro damnatione, quemadmodum & alibi accipit, vt cum ad Timotheum ſcribit de viduis iunioribus: quæ ubi luxuriari cœperint, aduerſus CHRISTVM volunt nubere habentes iudicium, quod priorem fidem abrogauerint, id eſt, damnationem. Ita & horum detractorum dicit condemnationem iuſtam eſſe, quaſi temere quidem iſti alios iudicent, ipſi autem à Deo cum veritate ſint iudicandi. Nam quà ait, Secundum hominem loquor, excuſat temeritatem loquendi. Cum enim Deum tanquam reum iniuſtitiæ in quoddam quaſi certamen deducit, id ab ſeſe dici affirmat humano modo. Sicut ad Galatas, cum de teſtamento, & firmitate teſtamenti, in Deo dicturus eſt, ait, fratres, ſecundum hominem loquor, id eſt, humanum de teſtamentis exemplum ad Deum transfero.

*Quid ergo? antecellimus? non omnino. Ante enim accuſauimus Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe, quomodo ſcriptum eſt: Non eſt iuſtus, ne vnus quidem, non eſt intelligens, non eſt quærens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, ſepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe egerunt, venenum aſpidum ſub labijs eorum, quorum os execratione, & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, Contritio & miſeria in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.*

Hoc teſtimonium ſcripturæ, quo omnes comprehendi ſub peccato dicuntur, partim ex pſalmis ſumptum, partim ex Eſaia eſt, licet in libro pſalmorum legatur hæc à Paulo facta ex Dauidis & Eſaiæ dictis compoſitio. Aduocat autem ſcripturam in hunc rem, vt retundat denuo Iudæos extollentes ſe ex honore, quem habuit illis Deus, quod credidit eis oracula ſua. Ipſi enim ſunt, qui dicunt. Quid ergo? antecellimus? Quibus reſpondet, nó omnino, id eſt, non prorſus antecellitis gentibus reliquis. Nam ſi eas paulo ante oſtendimus ſub peccato eſſe, vos quoque ſcriptura in eadem culpa eſſe coarguit.

Non-

*Nouimus autem quod quæcunq; lex loquitur eis, qui in lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & obnoxius ſit omnis mũdus Deo, quoniam ex operib. legis non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo. Per legem n. cognitio peccati. Nunc vero ſeorſum à lege iuſtitia Dei manifeſta facta eſt teſtificata ab lege, & à prophetis, iuſtitia, inquam, Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes credentes. Nõ n. eſt diſtinctio, omnes n. peccauerunt, & egent gloria Dei, vt iuſtificentur gratis ipſius gratia per redemptionem quæ in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus placamentum per fidem in ipſius ſanguine, ad demonſtrationem iuſtitiæ ſuæ ex remißione præteritorum peccatorum in tolerantia Dei ad demonſtrationem iuſtitiæ ſuæ in præſenti tempore, qualiter ipſe iuſtus eſt, & iuſtificans eum qui eſt, ex fide Ieſu.*

ALLATO ex lege teſtimonio, quo omnes etiam de populo Iudaico ſub peccatum ſubiecti arguuntur, confirmat illud de Iudęis eſſe dictum, Quæcunq; enim loquitur lex his qui in lege ſunt, id eſt, lege illa tenentur, & illi ſunt ſubiecti, edicit, & loquitur. Legẽ videlicet appellans, ſicut & ſæpe alibi, ſcripturam veterem omnem, vt omne os, inquit obſtruatur, & obnoxius ſit totus mundus Deo. At quomodo omne os, ſi tantum lex Iudæis loquitur? Quia de gentibus ſatis ſuprà eſt demonſtratum, eas eſſe cum prima ſuarum profeſſione, qua falſos Deos & mentitam religionem conſectantur, tum omnium peccatorum, ac vitiorũ colluuione à Deo alienas. Atq; illarum quidem facilis, & perſpicua fuit accuſatio. Iudæi vero qui ſe populum electum, gentem ſanctam, genus mundum eſſe exiſtimabant, qui reliquos omnes prę ſe & præ lege ſua, veluti pollutos, contaminatosq; deſpiciebant, nõ Apoſtoli verbis, ſed legis teſtimonio redarguendi fuerunt. Ita Iudæis, Gręcisq; ſub peccatum omnibus concluſis obnoxius eſt mundus Deo, ex eo illius arbitrio totus penitus dependens, ſiue ille iure damnare mundum velit, ſiue per clementiam, & benignitatem conſeruare, quoniam ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo. Per legem enim cognitio peccati. Non ſolũ nemo iuſtificatus eſt, inquit, omnes enim peccatorum cumulo obruti ab ea ipſa lege demonſtrati ſunt, in quo vitium & culpa ipſorum conſiſtit: ſed ne ſpes quidem eſt, ſi reuertantur ad legem, & mandata legis opere compleãt, vt ſic etiam poſſint iuſtificari. Nõ enim iuſtificant opera legis, quæ iam eſt legis imbecillitas propria. HIC IVLIVS: Locum ſanè difficilem & diu mihi dubitatum attigiſti, inquit, quo pacto ex operibus legis nemo iuſtificetur, cũ videatur ſi quis legem ſeruauerit diligenter, & decem illa man-

data, quæ duabus tabulis perſcripta à Deo, vel ab Angelo Dei ſunt, ac populo Iſraëlitico per Moyſen tradita, pia mente perſecutus fuerit, merito illum cum Deo in gratia futurum. Sed & paulo ante quà dixit Apoſtolus, Non legis auditores apud Deum, ſed eos, qui legem opere ſeruauerint, iuſtificatum iri: ſatis aperte mihi dicere viſus eſt, ex operib. legis iuſtificationem coram Deo etiam eſſe. Hæc ego ita quæro, vt habeá aliquid quidem ipſe, quod proferam, ſed tamen ex te audire malim, quid ſentias. IMO MI FRATER inquam, fare quæſo id quod habes, audacterque mecum communica, quando hoc imprimis fraternum eſt, cogitationum quoque me tuarum ſicut & mearum te participem eſſe. TVM IULE: Faciam, inquit, quando ita me hortaris, & quod mihi videatur exponam, quod eſt huiuſmodi, vt cum hoc propoſitum ſibi habeat Apoſtolus, vt inanem & vacuam virium fide CHRISTI iam inuecta oſtendat eſſe legem, duplici id comparatione efficere conetur: Vna, qua Iudæos cum gentibus comparat, altera, qua legem cum fide in contentionem deducit, ac quod ad Iudæos, & gentes pertinet, cum eſſet nimia Iudæorum de lege gloriatio, per quam ſerui gentium cum eſſent, illis tamen ſe proponebant, perinde atq; à Deo ſoli habiti digni, quibus ille legiſlator exiſteret. Hanc eorum gloriam paulo ſupra infringere voluit Apoſtolus, dicens, nõ ex eo gloriari eos oportere, quod legé haberent, ſed inde potius, ſi legé opere ſeruarent: cú non lex, ſed legis opera ſint, quę faciant iuſtitiam. Quod ſi gentes, quæ legem non habent, opera ipſæ legis implerent, verius ipſas tanquam adeptas vim iuſtitiæ gloriaturas, quam Iudæos, qui non in operibus legis, ſed in ipſa lege ſcripta ponerent ſuam gloriam. In quo apparet ſubtilius inſpicienti legis opera Apoſtolum non in illis corporeis, & carnalibus, neq; in circuncisione cutis præputij, aut horum, ac illorum eſculentorű abſtinentia (hæc n. gentes, quæ legem non habebant, nullo modo noſſe, neque aſſequi poterant) ſed in ſinceritate cordis, & in ſpiritualibus operibus intellexiſſe, in quibus ſolis vera eſt legis obſeruatio, quæ in illis corporeis, tanquam ſignis, & imaginibus, longe degenerans tamen & ſimulationi obnoxia relucet. Hanc enim legis, & operum ex lege ſpiritualem obſeruantiam habere etiam poterant ipſæ gentes, ſi vnius tantum Dei virtute, & veritate cognita cor ſuum ad cultum, imitationemque illius, quoad homini fas eſt, conuertiſſent, cuius pietatis, & iuſtitiæ caput fides nihilominus & profeſſio hæc fuiſſet, Deum vnum eſſe, & pie ſe colentibus remuneratorem exiſtere. Ac prima quidem iſta fuit inter ſcripturam legis, & inter opera, ab Apoſtolo facta comparatio, tanquam iuſtius ex operibus, quàm ex legis dono apud Deum quis iuſtificetur. Quod iuſtificandi verbum, eo enim varie vtitur Apoſtolus,

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non pro plena, & integra iuſtificatione hic accipitur, ſed pro ea, quam conferre, & tribuere lex poteſt: ſicut etiam & publicanus, qui confeſſus ſuam indignitatẽ, diſceſſit iuſtificatus domum ſuam, non ex vniuerſa, abſolutaq; iuſtitia, ſed ex vna parte iuſtitiæ iuſtificatus eſt, quòd ſe humilem, & peccati pœnitentem exhibuit Deo. Hoc autem in loco iuſtitia fidei, cum iuſtitia operũ ex lege adducitur in contentionem, vt doceat id quod facere inſtituit, ſolam eſſe iuſtitiam fidei, & non legis, quæ vere, pleneque iuſtificat apud ſummum Deum. Ita opera quidem legis, magis quàm eiſdem legis profeſſio apta erant ad iuſtificandum. Simpliciter vero neque ipſa apta, ſed ſola ex fide iuſtitia eſt, quæ coram Deo credentes iuſtificat. Quare cum in exortu fidei CHRISTI Iudæi etiam qui crediderant, ægrius tamen ferrent abijci, & pro nihilo haberi legem, illamque neceſſariam fidelibus eſſe dicerent, ſiue ſimulantes quæſtus, & compendij ſui cauſa, ſiue etiam verò ita exiſtimantes, hoc loco, & alijs multis, his ſe opponens Apoſtolus legem omninò irritam, & opera legis caſſa eſſe confirmat, ea re quidem, quoniã ex operibus legis nulla eſt carni iuſtificatio, vbi ſatis demonſtrat ſe de eis operibus intelligere, quæ ad carnem pertinent, & corporea ſunt, quà videlicet dicit ex operibus legis non iuſtificari omnem carnem coram Deo, hoc eſt omnem carni deditam, & carnis operibus fidentem hominem. Etenim ſi poſſit haberi ex lege iuſtificatio, magis illa ex ſpiritualibus, quam ex eis, quæ in carne fiunt, operibus expectanda ſit. Caro enim coram Deo comparere omnino non poteſt, nedum vt poſſit coram eo iuſtificari: & qui ſolus prodit in Dei conſpectum ſpiritus non ex operibus carnis, ſed ex ſuis recipit iuſtificationem. Commode MI FRATER, inquam, omnem hanc repugnantiam, quæ non exigua eſſe videbatur, ex Apoſtoli verbis, cum alibi ille opera legis abijcere, alibi adſciſcere videatur, ſuſtuliſti, ſcripturamque legis, minus quam opera, ſed neque opera ipſa legis præ fidei iuſtitia multum valere ad iuſtificandum poſuiſti. Sed cernis ipſe profecto, quam ex eiſdem verbis nacti anſam hi, qui modo exorti fidem CHRISTI optime conſtitutam perturbare nituntur, opera abs ſeſe legum remoueant, fidem ſolam retineant, verbo tenus, vnam illam magnifacientes, opera deſpicientes, quò impune ipſi, & libere obtineant poſſe peccare: tanquam fides omnibus criminibus diluendis vna ſatis ſit, nec ſolum pellendo illa, & abſtergendo, cum ipſa adueniat, & ſuſcipiatur: ſed poſtquam etiam aduenerit, fueritque ſuſcepta, ferendo ea, ac tolerando. Atque hi ſtute admodum & callide, dum obſcuram, occultamque hominibus cordis ſui ſententiam, qua ſe habere fidem Deo prædicant, ſuis facinoribus prætendunt, imponere ſeſe cæteris arbitrantur, & eos qui audiunt, tanti Apoſtoli authoritate conſtringere.

Ipſi autem interea cum Deo ſpectatore cordium agunt familiarius, & dum imperitis hominibus exterius ſe venditent, Dei intus iudicium, voluntatemque contemnunt. Et Apoſtolus quidem aperte, atque præciſe non vno loco poſuit ex operibus legis non iuſtificari omnem carnem: ſed quomodo hoc intelligendum ſit, qui interpretari, atque exponere conati ſunt, auxerunt potius, quam ſuſtulerunt difficultatem. Sunt enim adducti aliqui vt diſtinguerent opera legis partim in ea, quæ ad cerimonias pertinerent, partim in ea, quæ ad mores. Ac cerimonias quidem tanquam inanes ab iuſtificando reijcerent, mores amplecterentur, perinde quaſi nos, qui verum Deum colimus, & filium Dei IESVM Chriſtum, nihil in cerimonijs omninò momenti, & ponderis ad ſalutem noſtram conſtituamus, ſicut tu mi frater paulo ante, de baptiſmo, & de confeſſione quoque, ac de ieiunio, alijſque multis poteſt proponi. Alij vero non iuſtificari ex operibus legis quamquam ita expoſuerunt, eo quod legis opera ad vnguem perfecerit nemo. Quid ſi quis perficiat, num idcirco erit iuſtificatus? aut quomodo nemo illa perfecit, cum etiam ſi quis aduerſus legem aliquid commiſerit, indicta habeat ſacrificia, & expiationes, per quas ad legis iuſtitiam ei liceat reuerti? At nec qui ſumme obſeruauerit legem, ille propterea iuſtificatus fuerit. Quod enim nemo ex ea poſſit iuſtificari, non eſt id hominis vitium, ſed ſcriptæ legis, & omnino neminem legi obtemperaſſe, illiusque mandata diligenter cuſtodijſſe incredibile dictu eſt, cum præſertim ſcriptura non paucis det ſeruatæ legis teſtimonium, vt de Tobia, & de Daniele, & tribus pueris ſcriptum eſt, & in Euangelio de eo, qui petens à Domino beatæ vitæ conſilium omnia ſe legis mandata ab ineunte ætate expleuiſſe, eſt profeſſus. Quod item de Zacharia, & Eliſabethe, & Simeone, deque ipſo Ioſeph eſt teſtificatum. Quare illa probabilior meo iudicio eſt expoſitio, quam tu mi frater paulo ante ſtrictim attigiſti, idcirco coram Deo non iuſtificare opera legis, quia lex nec menti, nec ſpiritui vim afferre imperando poteſt, ſed tantum corpori, atque carni. Sui enim arbitrij ſemper eſt ſpiritus, caro autem præcepto, & præſenti pœnæ, ſi imperium legis detrectet, eſt obnoxia. Porrò autem in carne, & corpore nulla coram Deo eſt iuſtificatio. Etenim qui ita præcepta legis obſeruant, vt omnem illorum cultum præ ſe in operibus ferant, ipſi vero intus à Deo alieni humanis tamen opinionibus, quæ exteriora intuentur, quærunt ſatisfacere, hi legi quidem iuſti, de his enim ſolum, quæ in aperto ſunt, iudicat lex, ipſum autem penes Deum iniqui, & iniuſti iure optimo habentur. Quid ſi dixerit quiſpiam, aliqui ſint, qui mandatis legis cuſtodiendis Deo potiſſimum placere, moremque illi gerere ſtudeant, num hi ex legis operibus iuſtificati erunt? cum præſertim

illa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illa quoque in lege præcipiantur, vt vnum Deum colere, nomenque eius ſanctum venerari, ipſum vero amare ex omni anima, & ex omni corde, & in proximum quoque eadem, qua erga ſe beneuolentia affici, vnicuiq; ſit præſcriptum. HIC IVLIVS: Non video mi frater, inquit, quid contra dici queat: atque illud quo modo ſuſtineri hunc qui iſta egerit ex operibus legis non eſſe effectum iuſtum. Itaque expecto mox quid ipſe dicas. QVID DICAM, inquam? Enimuero id quod neceſſe eſt, ſcilicet me his Apoſtoli verbis potiſſimum fidem habere, præſertim cum ille idem in alijs locis confirmet. Quemadmodum ſcribens ad Galatas, inquit: Nos cognoſcentes, quod non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem IESV CHRISTI, & nos in CHRISTVM IESVM credidimus, vt iuſtificaremur ex fide CHRISTI, & non ex operibus legis, quoniam non iuſtificabitur ex operibus legis omnis caro. Et rurſus, ſi ex lege eſt iuſtitia, CHRISTVS fruſtra mortuus eſt. Videtur ergo nobis ex Apoſtoli verbis, ne ſi vim quidem legis totam, quatenus ſcriptura loquitur & præſefert non ſolum operibus externis, ſed inteſtina etiam mentis religione erga Deum quis comprehendat, ſic plene, & vere iuſtificatum eum eſſe. ET ILLE: Mirum profecto hoc, inquit, ſed explana mihi quæſo, qui res tibi ita ſe habere videatur. AGGREDIAR, inquam, ſed te prius id monebo, cum anceps tibi locus in Paulo occurrerit aliquis, quem ſit difficile explanare, atq; diſſoluere, tu nihil in eo humile, nihil vſitatum, nihil terrenum vt conſideres, ſed omnia alta, ſingularia, diuina, ſi veros eius ſenſus voles conſequi, veluti in hoc loco, cum de iuſtitia, & de iuſtificatione mentio fit, concipiendum eſt in animo excelſis quiddam, quã id, quod de vi, & notione communis iuſtitiæ in mentibus hominum inſitum eſt. Ac quod diximus nuper, cum de iuſtitia Dei, quæ reuelatur in Euangelio verba faceremus, idem nunc repetimus, Iuſtitiam non ſingulare genus virtutis, ſed vniuerſam in Paulo ſic nominari virtutem. Quam quidem in nobis humana etiam philoſophia inuenit, vt iuſti illi dicantur, qui nullo prorſus crimine cuiuſq; generis, quod legibus vetitum improbatumque ſit, impliciti ſunt, neq; quicquam omninò contra leges committunt. Sed vt tunç diſſeruimus, & nunc de integro confirmamus hac humana iuſtitia, vniuerſo videlicet genere virtutis poteſt quiſpiam homo ex lege, & operibus legis iuſtificari, coram Deo autem nequaquam poteſt. Sed is poteſt ſolus, qui diuinæ iuſtitiæ honore, atq; dono ab eodem Deo fuerit illuſtratus. Quantum autem Deus homini, & diuina ratio noſtræ rationi, tantum genus generi, & illa Dei iuſtitia huic legum & hominũ antecellit iuſtitiæ. Porrò hanc ſuam iuſtitiam Deus, tum propter fidem, quæ habeatur ei, exercet ipſe, & adhibet erga nos, tum etiam in

ipſa fide, hoc eſt, in habentibus ei fidem informat, atq; imprimit. Quod paulò ante dixit Apoſtolus, reuelari iuſtitiam Dei ex fide in fidem. Neque eam poteſt aſſequi iuſtitiam quiſquam vel legis, vel hominis vllius eruditione, diſciplinaque inſtructus, niſi is per fidem CHRISTI ad Deum ſe adiunxerit. Qualis autem illa Dei iuſtitia ſit, & quo è genere cenſenda, ac definienda, vtinam quidem planè poſſemus exprimere: ſed tamen de ea, vt aliquid dicamus adnitendum nobis eſt. Non enim deſunt, qui dicant perfecta quoq; ad beatam vitam conſilia in lege veteri expreſſa fuiſſe, eademq; prorſus mortalia præcepta, & Iudæis, & nobis [illegible] quod nos gratia Dei per fidem magis adiuuamur. Sibi cum ipſi in lege, & ſuæ tantum opi, atque auxilio homines fuiſſe relictos, qui nunc in fide CHRISTI diuinæ gratiæ dono, & illuſtrantur magis, & ad melius Deo obtemperandum roborantur. Quod extremum vt verũ ſit, (certè enim paratior nobis à Deo eſt gratia) non tamen nobis videtur neq; de perfectionis conſilijs, neque moralibus præceptis in lege ſcripta Moyſis tam facile eſſe credendum. Sed quomodo in fide CHRISTI planè iuſtificemur, quod in lege non poſſumus, ratio nobis, quantum adiuuerit nos Deus, altior eſt inueſtiganda, ad quam aditus primum nobis ex Apoſtoli verbis ſit. Qui poſteaquam oſtendit, omnes omnino, & Græcos naturæ, & legi Iudæos præuaricatos eſſe, mundumque reum totum ancipiti euentu, è Dei omnipotentis iudicio dependere, ne forte obijciat aliquis, & dicat, Redeat ergo ad Moyſis legem mundus, illiusque mandata cuſtodiat, & iuſtificabitur vniuerſus: refutat ſtatim huiuſmodi oppoſitionem, & diſertè confirmat, neminem poſſe coram Deo non ex lege modo (hoc enim ante dixerat) ſed ne ex operibus quidem legis, quod hic aperte pronunciat, iuſtificari: affertq; rationem dicti ſui, Quoniam per legem, inquiens, cognitio eſt peccati. Quaſi dicat iuſtitiam illam, quæ acquiritur ex lege, cognitionem tantum eſſe peccati, ad eum finem, vt peccatum vitetur. At illa, quæ ex Deo eſt, iuſtitia, num cognitio & ipſa peccati eſt, eiusq; vitatio? Minimè illa vero. Nullum enim ea cognoſcit, aut ſaltem non animaduertit peccatum, neque in peccatis vitandis, ſed in omnibus præclaris, atq; ſublimibus rebus, actionibusq; tractandis, ac ſuſcipiendis occupata tota eſt. Quod totum, vt videamus cuiuſmodi ſit, intelligamus prius in quo Moyſis lex à fide CHRISTI differt. Quia vtraque vnum Deum proponit colendum, atque amandum, conſentiunt in idem ambæ. Vbi vero lex cultum Dei & amorem hominibus proponit, vt ſit hominibus ipſis præſens, & propitius, ad bona terrę acquirenda, & poſſidenda Deus, in hoc ſtatim CHRISTI fides ab ea incipit diſcrepare. Fides enim ſic nobis amandum Deum proponit, vt omnẽ ex nobis amorem terrenorum bo-

norum

rerum penitus ejiciamus, atque illum vniuerſum in vnũ Deum conferamus, vt ſit nobis non tam author, & donator cæterorum bonorum Deus, quàm noſtrum ipſe bonum: neq; ab eo nos perfecti ad alium finem contendamus, ſed in eo ipſo vno, vt fini noſtro inſiſtamus. Nam ſi in alienis ab ipſo Deo bonis, & terram redolentibus infixa ſint vota, & deſideria noſtra, atque ita Deum nobis adſciſcamus, vt ipſe dator nobis, & donator illiuſmodi bonorum ſit, quod Moyſis lex, quatenus ſcripta eſt, ſemper, & præcipuè hominibus proponebat, quis non intelligat potiorem nobis tanquam Deum alterum illum eſſe, ad quem cupiditate potiundi anhelamus, quàm eum, à quo noſtræ huiuſmodi cupiditati ſperamus ſubuentum, & ſuppeditatum iri? Et enim finis ſemper præpollens, & præcipua cauſa omnium cauſarum eſt, in eamque maximè amore, & ſtudio contendimus, vt appareat, cùm Deum ita amamus, vt bona alia quędam ex eo conſequamur, nos illa magis bona, quàm Deum ipſum amare, & veluti Deum potiorem nobis ducere, in quem peruenire deſideria noſtra, quàm à quo illa dirigi, & ad finem deduci volumus. In hoc ſtatu lex Moyſis, & filij legis eius fuerunt, vt colerent quidem, & venerarentur vnum Deum, verum idcirco colerent, vt eos ipſe in terrã expetitam deduceret, propriamque eis illius poſſeſſionem traderet, quo regno terrenarum cupiditatum in populo Iſraël à lege permiſſo, cùm homines illa ſuos, patiatur magni æſtimare diuitias, honores, imperiaque expetere, procreationi operam dare, familias augere, ſuum ius perſequi, iniurias illatas liti, & iudicio vlcisci, atq; his deinde in hac tanta colluuione affectionum, & cupiditate rerum earum quæ certatim expetuntur, ab omnibusq; ambiuntur, quaſdam regulas apponat, quantum, & quo pacto, & aduerſus quos agere, quęrere, vindicareque ſit licitum, hanc legem qui adſciuerint, eiusq; mandata ſeruauerint, iuſti fuerint illi quidem, ſed apud homines tantùm, & legi illi iuſti. Apud Deum verò ipſum nullam veræ iuſtitiæ, quæ ſola diuina eſt, laudem obtinebunt. Nam neq; Deus ipſe hoc genere iuſtus eſt, vt eadem ſibi expetat bona, quæ homines concupiſcunt: in eis verò expetendis à violatione legis, & ab iniuria omni caueat. Sed eſt iuſtus Deus, omnibus diuitias bonitatis ſuæ diſtribuens, nihil ipſe omnino infra ſe appetens, nullam à quoquam iniuriam, tanquam ipſe lędatur, agnoſcens. Quod faciunt eodem propè modo, in eoque Deũ imitantur, qui per fidem CHRISTI illius exemplo imbuti, neq; ſtudio neq; cupiditate vlla inhæreſcunt in terrenis, ſed omnem vim ſuam amandi ac cupiendi in Deo ipſo, vt fini, & ſuo vnico bono conſtituunt. Hi enim hanc Dei iuſtitiam, & bonitatem æquabilem omnibus, bonum omnium expetentem, omnib. opem ferẽtem, nemini incommodũ, ne inimico quidẽ, aut hoſti

molien-

molientem, ſalutarem cunctis, expertem terrenæ cupiditatis, a-
liorum maleficia ſuis beneficiis obruentem, hauriunt ipſo Deo
donante, & largiente ampliter, & in ſemetipſis accipiunt, Deoq;
ſimiles effecti, quoad quidem homini fas eſt, humanis animorũ
morbis omnibus ex ſeſe eiectis, deferunt imaginem in ſe omni-
potentis Dei: neque regulas iſti quærunt concupiſcendi, ſed ni-
hil mortale, & caducum concupiſcunt omnino, tantumq; abeſt,
vt alienum quid appetant, vt ipſi vltrò ſuimet, ſuarumq; rerum
omnium omnibus indigentibus ſint liberales. Hæc nos pen-
dem opera iuſtitiæ, longè diſiuncta à legalibus iuſtitiis & factis,
& colere vult Paulus, ad Philippenſes ſcribens, vt ſynceri, & inof-
fenſi ſimus, in diem CHRISTI, inquit, plenique fructibus iu-
ſtitiæ his, qui per IESVM Chriſtum ſunt in gloriam, & laudem
Dei. His talibus iuſtis vt Paulus idem alio loco ait, Lex non eſt
poſita, ſed ipſi magis ſunt lex, quorum ſi reliqui regerentur ar-
bitrio, aut ſi ſimiles eorum eſſe vellent, inutilis in totum lex &
ſuperuacanea exiſteret, quæ illis tantum dominatur, atque præ-
ſcribit, qui vias carnales, & lubricas inſiſtentes, à prolapſione o-
mni propter metum ſupplicij debent cauere. At hæc minimè præ-
clara, neque apud Deum magni momenti vim obtinens iuſti-
tiæ eſt ratio, vt ex ea poſſit verè quiſquam apud ipſum iuſtificari.
Illa præclara eſt, & ſolida, & integra, totiusque iuſtitiæ nomen ve-
ram Deo obtinens, quæ ſibi factorum, morumque ſuorum ex-
empla ex Dei virtute, atque factis iudicat eſſe petenda. Hoc ſic
poſito, videamus eadémne ſint in fide CHRISTI, quæ & in le-
ge morum præcepta, vel ipſæ morales potiùs actiones, quæ & ſi
vtrobique à Deo deductæ ſunt, illæ tamen legis, ad terram penitus
conuerſæ ſunt, noſtræ & ex Deo, & in Deo conſtituuntur. Illæ
humanam quandam iuſtitiam reſpiciunt, vt cum hominibus, &
inter homines tutò, pacatéque viuere liceat, & in eo tamen gra-
tia Deo habeatur. Noſtræ illius diuinæ iuſtitiæ eminentis, & ſin-
gularis exemplo, & imitatione ſunt inſignes. Nam vt de liberali-
tate nunc, & de beneficentia potiſſimùm loquamur, exemplum-
que in his virtutibus proponamus, num poteſt videri eodem mo-
do fore liberalis is, qui pecuniam quidem propter alias etiam
cauſas, & propter ipſum ſe maximè diligit, atque conquirit, qua-
runtamen ita conquirit, vt neque iniuriam propterea cuiquam
vllam afferat, & apud ſe liberalitati quoque ex illa, & opitulatio-
ni egentium eſſe velit locum, & is, qui pecuniam non aliquam
ſus nomine amat, nec vllum ex ea fructũ alium cognoſcit, quàm
benignè facere cæteris, atque egenis opitulari? magnam profe-
ctò, iam oportet inter hæc duo liberalitatis genera intercedere di-
ſtantiam. nam qui ex illo priore genere fuerit liberalis, is pru-
dentim, & cautè ſibi ſemper primo proſpiciens, ſemper ſuorum

commo-

commodorum potiorem rationem ducens, erogabit de ſuis bo- is pauperibus, tanquam ancipiti cura diſtractus, quemadmo- dum poſſit rebus ſuis ſaluis, cęterorum quoque ſaluti, & neceſ- ſitati ſubuenire. Noſter verò nulla illiuſmodi ratione ſui habita, qui confidens Deo alias ſibi opes, alias diuitias in cœlo para- tas habet, de his terrenis opibus duntaxat id cogitabit, quo pa- cto per eas poſſit incommodum, & egeſtatem proximo ſuo de- pellere. Deus porrò qui vtrique & Iudæo, & fideli in agendo ope- re miſericordiæ verſatur ante oculos, quemadmodum verſatur? nonne per terrorem Iudęo, fideli per amorem? Quod quidem ſic ſe habere neceſſe eſt: Etenim Iudæus, qui bona terræ facit pluri- mi, Deumque ſibi datorem illorum bonorum inuocat, & preca- tur, parebit Deo imperanti, & monenti, vt proximum ſuum ex il- lis bonis, cùm is eguerit, iuuet, & ſuſtentet. Parebit autem ob eam cauſam, ne ſi minus illi dicto fuerit audiens, offenſus, atque iratus Deus ab eis illum bonis, ad quæ ipſe præcipuè amore, & cupiditate labitur, abducat, & abſtrahat. Qui eſt in lege Moyſis, quatenus litera fert, propoſitus imprimis legem illam adſciſcen- tibus timor, vt colant vnum Deum, illique obediant: quo diu- tius terræ bona comedere, & tranquillè illis eos liceat frui, Deo obtemperantes. Qui ſi minus obtemperauerint, tum intelligant, & vereantur ſe & terra ipſa & fructibus terræ quibus tantoperè delectentur priuatos & ſpoliatos ab eodem Deo fore. Nos verò fide CHRISTI instructi, cum inopibus, & miſeris ſubuenimus, idcirco opus miſericordiæ præſtamus, quod confidimus illo mo- do ſummum bonum noſtrum nos adepturos ipſum Deum, in quo, non in alio fini aliquo nobis propoſito omneis ſpes noſtras, & omnia deſideria figimus. Qui ergo poſſunt eadem eſſe mora- lia, ſi atque ex eodem iuſtitiæ, & bonitatis fonte depromuntur, neque ad eundem finem reſpiciunt? Sed in illis Iudaicis auaritia quædam ſemper commixta ſit, quæ & in fini ipſo ſpectatur: opes enim & bona terræ præcipuè expetit, & in agendo, operandoq; coniungitur, nunquam enim ſolutam & liberam ſinit progredi miſericordiã. Nobis verò & ex Deo ad operandum, faciendum- que rectè profectis, & in Deum ſemper intuentibus, neque vſpiã alibi pręmium actionum noſtrarum conſtituentibus quam in eodem Deo, virtus, & iuſtitia non humano modo, ſed diuinitus, neque ex præceptis legis, ſed ex Dei exemplo, imitationeque ſuſcepta eſt, quod in vna à nobis virtute dictum eſt, de omnibus eodem modo dictum. Quo etiam patet nullum perfectum cõ- ſilium dari in lege, quod datur in fide. Ad terram enim tendenti- bus, & in terra, ſpe, atque amore conſtitutis, reputantibus ex bonis, & fructibus terræ ſubſidium ſibi ad viuendum, & lętitiam, atque expletionem animi eſſe euenturam, nullum inſigne conſi-

lium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filium dari poteſt, quod euadat ad perfectionem. Et ſi poſſet, n[illegible] ille, qui omnia legitima legis impleſſe ſe dixerat in Euangelio audiſſet à Domino, ſi vellet perfectus eſſe, vt abiret, venderetque omnia, quæ haberet, & diſtribueret pauperibus, reuerſusque ſe ſequeretur. Hæc enim perfectio & operis, & conſilij in CHRISTO ſolo, & in Euangelio eſt: ea re quidem, quod nullus eſt [illegible] tibus conſiliorum, & operum, niſi Deus ipſemet finis propoſitus, qui verò alios fineis, alia bona, ad quæ ſpe, & amore tenderent, ſibi deſignauerunt: hi non modò ab imitatione diuina [illegible] longè abfuerunt, ſed ne ipſam quidem humanæ iuſtitiæ [illegible] rationem cumulatè ſunt adepti. Quod ergo dictum eſt, [illegible] piùs à Paulo, quod ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coram Deo, & liberè eſt, & ſimpliciter dictum, quoniam vera iuſtitia ex lege non acquiritur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, vt idem ipſe pronunciat ad Hebræos ſcribens: Eſt[illegible] prioris mandati abrogatio facta propter imbecillitatem eius, [illegible] inutilitatem. Sed hæc de lege veteri, vt in litera deſcripta eſt, intelliguntur. Nam ſi ſpiritualiter illam accipiamus, idem [illegible] illi ſpectatus finis, qui nobis præſens, & cognitus iam eſt Chriſtus. Accipimus autem hîc iuſtificationem non pro remiſſione duntaxat peccatorum, quod nonnulli interpretati ſunt, [illegible] eſſet & in lege iuſtificatio, in qua pro peccato offerentibus ſacrificia illa in expiationem ſui facientibus identidem [illegible] miſſio peccatorum proponitur. Sed hæc eſt iuſtificatio [illegible] quędam, diuinorumque iuſtitia, quæ ex ſimilitudine Dei ab eo in nos fidem illi habentes ducta, & deriuata eſt. Quam Paulus vt aſſequeretur, illam humanam ex lege iuſtitiam [illegible] ſibi haberi confirmauit. Hæc demonſtrata, & cognita in [illegible] Chriſti iuſtitia legem veterem Moyſis antiquauit, & [illegible] enim illius omnino cerimonias, tanquam vmbras abiecit, [illegible] morum, & religionis præcepta ad ſublimiorem finem erigere [illegible] conata. Si tamen antiquare eſt explere, atque abſoluere, quod [illegible] de antea erat, & tantummodò inchoatum. Hæc, inquam, [illegible] tia ea ipſa eſt quam in Euangelio CHRISTVS turbas, & diſcipulos docens, exponere erat ſolitus, cùm ita dicebat, Niſi abundauerit veſtra iuſtitia plus, quàm illa Scribarum, & Phariſæorum, hoc eſt, plus quàm illorum, qui ex lege, & ex legis operibus [illegible] tiam ſunt conſectati, non ingrediemini in regnum cælorum. Quam eandem iuſtitiam ipſe deſcribebat, enucleateq; [illegible] in quibus lex deficeret, demonſtrans, & quomodo Deum [illegible] mus in ipſis diuina illa iuſtitia imitari vbique nobis [illegible] Per legem autem quod cognitio eſt peccati, ad eum [illegible] ctum eſt, quoniam lex populo Hebraico lata eſt, [illegible] tanquam adhuc puero & adoleſcenti pædagogus, [illegible]

tum Dei cultu contineret, præciperetque & doceret, quæ eſſent ſemper & cauenda, & fugienda, quoad tempus & opportunitas ſanctioris præcepti adueniret, ſicut ad Galatas ſcribit Paulus, lex transgreſſionum cauſa appoſita eſt, inquiens, quoad veniret ſemen, quod fuit promiſſum. Porrò imbecillitatis eſt ſigillatim monere, & monſtrare hoc, & illud deuitandum eſſe, & in eam quaſi viam nos deducere, quæ omnibus periculis infeſta, & obſeſſa difficilem vbique & anxiam habeat cautionem. Illa via eſt commoda, & longè magis nobis ſalutaris, quæ tutiore quadam ſemita nos ſine ſuſpicione, & metu ad optimum finem perducit. Propoſita itaque eſt in lege peccati cognitio, vel vt illud, quoad poterat, vitaretur, ac effugeretur: vel ſi id minimè poterat, quemadmodum quidem non potuit, ad remedium præſtantius confugeretur, quod eſt in Euangelio datum nobis, atque oblatum. INTELLIGO, IVLIVS inquit, & nunc demum mi frater confiteor ignoratum mihi hunc diu in Paulo locum, aperiente nobis Deo, patefactum nunc planè, atque illuſtratum eſſe: & reuelatum eſt, vt ex communibus hominum ſenſibus, atque ex quotidianis rerum terrenarum conſiderationibus nequaquam poſſit Paulus intelligi. Sed in cœlum aſcendendum eſt, & ex diuinis illic virtutibus, atque conſiliis huius hominis virtus, mensque inueſtiganda, qui non iuſtificationem in carnis operibus, neque iuſtitiam Dei in humanis virtutibus, ſed vtramque in Deo, & ex Deo diuiniore quodam modo, ſupra omnem rei creatæ captum ſitum. In nobis verò per fidem CHRISTI imitanda Dei natura, & bonitate poſuit, quod eſt maximum ipſum nobis à Deo beneficium. Itaque lumine hoc ſemel veræ intelligentiæ illato, non ſolùm iſte locus, ſed tota ferè epiſtola, quæ ad Galatas ſcripta eſt, mihi videtur eſſe declarata. ATQVI MI FRATER inquam, quod & hic, & ibi confirmat Paulus, iuſtum ex fide viuere, & ſi de eo nobis antè eſt dictum: tamen dicendum aliquid etiamnunc eſt, vt imbecillitatem legis melius comprehendamus, & ea quæ paſſim in Paulo tanquam ſemina diuinarum virtutum ſparſa ſunt, altosque, ac reconditos illius ſenſus percipere valeamus. Eſt igitur vita quædam quæ illam fidei noſtræ donatam à Deo, impreſſamque in nobis iuſtitiam profectò comitatur, illi ipſi iuſtitiæ dignitate par. Sicut enim iuſtitia illa ex Deo in nobis ineſt, ſic & vita. Et quemadmodnm iuſtitiam ille nobis ſuæ bonitatis, iuſtitiæque effigiem, obſidemque erga nos optimæ voluntatis, ſic & vitam præbet, imaginem ſuæ immortalitatis. Cumque Dei illa iuſtitia, qua credentes ſibi fidemque habentes Deus ipſe inſignit, ita excellat, atq; emineat, vt cum ea legis iuſtitia comparata humanã iſtam omnem obſcuret æquitatẽ, iniquitatemq; eam quodã modo potiùs videri cogat: ſic vita illã,

quæ

quæ diuinæ comes eſt iuſtitiæ, mortalem vitã hanc morti, quam vitæ oſtendit coniunctiorem. Etenim profectò bonus, & iuſtus eſt Deus, eosque, quos ſui dedit eſſe imitatores, non ſolùm in virtute, atque in iuſtitia, ſed in vitæ quoque genere voluit ſe imitari, vt immortalitatem Deo ſimilem aſſequerentur, qui ſimiles Deo eſſent eius ſingulari beneficio, iuſtitiam aſſecuti. Atque vt ipſe ſemper vno modo beatiſſimus, ſic hi, qui ſe ad eum per Chriſti fidem adiunxiſſent, in hac quidem vita beati, in altera verò eſſent ſeipſis etiam beatiores. Proinde totus iſte ordo [illegible], ſeriesque deducitur, vt nos quidem fidem erga Deum aſſumamus, quæ quanquam ipſa diuino munere alitur, & confirmatur nobis, aliqua tamen eſt pars in ea noſtræ voluntatis. Deinde hæc fides Dei omnipotentis iuſtitiam excitat, per quam ille vt eſt verè bonus, non ignoſcit ſolùm ad ſe accedentibus, & per fidem ſe illi dedentibus: ſed eos eadem propè iuſtitia, qua eſt ipſe præditus, & eodem genere bonitatis exornat. Tum autem ſic ornatos, & effectos ſanctos in gratiam, in amicitiam, in cognationem recipit, adoptatque in filiorum nomen, vitamque illis beatam & immortalem tribuit, longè abhorrentem ab hac vita, quæ mœroribus, & doloribus, & periculis, quæ denique morti, & corruptioni tota addicta eſt. Quam quidem fragilem, ac mortalem vitam non iuſtitiæ illius donum, ſed tantum naturæ munus, iuſtisque ea, atque iniuſtis promiſcuè data eſt. Cuius enim auferendæ, aut relinquendæ lex habet poteſtatem, tribuendæ verò nequaquam. Si quis enim commiſerit in legem eo genere peccati, cui pœnam mortem lex ipſa ſanxerit, is lege interimitur, nec habet poteſtatem lex pœnam illi remittendi, peccatumque condonandi. Nihil enim præter præſcriptum, & conſtitutum nouare, nec quod ſemel in ea ſanctum eſt, lex commutare [illegible] poteſt. Qui verò legem ad vnguem ſeruauerit, neque in ea offenderit, quamobrem morte eſſe dignus cenſeatur, huic non noua aliqua vita donatur, ſed quam ipſe per ſeſe habet, ei vita illa relinquitur, quæ eſt naturæ, non iuſtitiæ vita, vt illud tantum legis ſit donare vitam, quibus non eripiat. Quod ſi iuſtitiam illam quam intelligimus ex iuſtificatione, & quærimus, ſua certa vita conſequitur, quæ non naturæ ſit, ſed eius ipſius iuſtitiæ propria: nullius aut donandæ vitæ habet lex facultatem. Igitur nec quidem iuſtitiam donare lex poteſt, per quam vita acquiritur præſtantior. Quo perſpicuum ſit, non eſſe ex lege, neque operibus legis iuſtificationem. Atque ego hoc non planius oſtendere poſſum, quàm ipſemet Paulus, ad Galatas ſic inquiens: Si data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia: ſed concluſit ſcriptura omnia ſub peccatum, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Quibus ex verbis patet: quoniam

vitam

[illegible] dare lex nobis ſuo, & proprio munere non poteſt, ne eam quidem poſſe ab ea dari iuſtitiam, quam neceſſariò vita illa conſequitur. PRORSVS tibi aſſentior, IVLIVS inquit, & quoniam de quo antea ſæpe dubitaueram, nunc ſoluto, & pacato ſum animo, ſatis in memetipſo concipiens neminem poſſe ex lege, neq; ex operibus legis iuſtificari, quando altior quædã iuſtitia, quàm humana ad iuſtificandum quæritur, quæ vni fidei donatur a ſummo Deo, vt is, qui ei credit in ſimilitudinem, ac imitationem diuinæ iuſtitiæ deducatur, quoniam, vt dico, inquit, hæc iam mihi percepta eſt iuſtificatio, locusque difficilis, & arduus in Paulo explanatus, peto nunc à te, vt de ipſa fide, quid ea ſit, & unde tantum honoris, & gratiæ apud Deum obtineat, velis mihi explicare. Tametſi enim magnam partem per me ipſe, quid illa ſit, quantumque valeat, intelligere mihi videor, tamen non ita mihi ipſe ſatisfacio, vt ſpero abs te iri ſatisfactum. RECTE HOC, inquam, mi frater exquiris, & ab hoc aditu, ac tanquam veſtibulo noſtræ diſputationis, ſi dux, & mõſtrator nobis affuerit Deus, ad illa ſecreta, occultaque veniemus, in quibus poſitum eſt ſummum & maximum fidei CHRISTI myſterium. Quare eiuſdem Dei ſpiritum, opemque implorantes ab ipſa ordiamur verbi vi. Eſt enim multiplex in communibus hominum ſermonibus, & in ipſo quoque Paulo verbi huius ſignificatio. Interdum enim fides eſt in dictis veritas, & in factis integritas, cùm fictè nihil, nec ſimulatè agitur, aut dicitur, ex quo vſus latini ſermonis ita loqui conſueuit, cùm quid ſine dolo & fallacia factum ſit, bona fide id fuiſſe actum. Itemque bona exiſtimatio eorum qui negotiantur, fides appellatur, cùm rectè illis res pecuniaria committi exiſtimatur, qua fide & forenſia commercia, & omnis mercatura potiſſimùm continetur. Quod etiam latiùs patet in omni opinione integritatis, & iuſtitiæ, cùm eum, qui muneri alicui, imperióue præpoſitus ſit, fidem ſuam præſtaturum eſſe confidimus, vt cunctis affectis iniuria, & ad fidem illius confugientibus, paratum videatur eſſe in illius prudentia, æquitateque præſidium. In ſacra ſcriptura aliquando fides eſt ipſa conſcientia intus dijudicans, quid verum ſit, & quid falſum, in his quæ aguntur, & quid ſimulatum, ac fucatum, quid ſincerum, & ſimplex. Quo ſenſu Paulus: Quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt, inquit, ex fide idem, quod ex veritate, & ſynceritate conſcientiæ intelligens. Nonnunquam etiam fides conſtantia eſt in præſtando, quod quis promiſerit, vt paulò ſupra Paulus: Nunquid horum infidelitas fidem Dei abrogabit? hoc eſt, ſi hi non ſteterunt in his, quæ Deo promiſerant, num item non ſtabit promiſſis ſuis Deus? Sed vt hæc, & cętera fidei ſignificata omittamus, quæ ad nos minùs pertinent, veniamus ad id, quod noſtrum eſt, vt fidem intelli-

gamus eſſe credulitatem, non eam, qua faciles ſumus ad credendum, ſed eam, qua credimus, qua in ſententia, & ſacerdotes [illegible] dem, & habere, & in ea fide eſſe vulgò homines loquuntur, quod eſt in omnibus credere, & vel perſuadere aliis, vel perſuaſum ipſum eſſe. Sed nos, qui ſcripturarum more loquimur, fidem CHRISTI cùm pronunciamus, in vno hoc [illegible] totum id intelligimus, quod eſt credere Deo, & CHRISTO, illique confidere. Non enim fides noſtra ſimplex eſt [illegible], quanquam ſedes, & fundamentum fidei credere eſt. [illegible] in Deum plena, atque integra eſt, ita credere, vt confidamus, hoc eſt, vt non minus ſpei inſit in ea, quam credulitatis. [illegible] nim ea credimus, quorum magna pars ad nos ipſos pertinet, & ſemper confidere, credere etiam eſt. Credere verò [illegible] continuò confidere, vt cùm credimus, Deum eſſe, [illegible] quidem eſt, & neceſſarium, & fidei debitum. Sed tamen [illegible] teres etiam Græci, gentesque ferè omnes crediderunt, [illegible] propterea tamen fidei tenuere. Vbi ergo iam incipit [illegible] fides? cùm id, quod ſequitur, etiam credimus Deum [illegible] neratorem omnibus quærentibus ſe. Hæc nimirum a Deo [illegible] muneratio cùm eſt a nobis credita, quoniam quidem pertinet ad nos, facit, vt confidere incipiamus Deo, & cum [illegible] ipſa ſpem iunctam habeamus, ſi eum quæſierimus, [illegible] amore, ac deſiderio ad eum fuerimus conuerſi, [illegible] bonorum, benignitatisque participes. Quod [illegible] eſt, & non ſolùm Deo, ſed etiam in Deum credere. [illegible] cum authoritate de fide ipſa loquamur, definitionem Apoſtoli in medium adducamus. Qui ſic ad Hebræos inquit: Fides eſt ſuſceptio rerum earum, quæ ſperantur, index earum, quæ non cernuntur. HIC IVLIVS: Fidei, inquit, definitionem ex Paulo affers, quæque obſcura ſemper habita fuerit, conſtitutio [illegible] ferè interpretum demonſtrat. Sed tu mi frater verbum [illegible] Græcum hypoſtaſis, quod cæteri tranſtulerunt ſubſtantiam, cur ſuſceptionem conuerteris, audire ex te aueo. Certè [illegible] verbi huius ipſius cognitio, cùm ritè percepta fuerit, quaſi [illegible] men quoddam extiterit ad huiuſce loci obſcuritates, & tenebras illuminandas. SVSCEPTIONEM voco, inquam, [illegible] tentiam Græci verbi ſecutus, quo ὑφιστάναι non ſolùm [illegible] re, hoc eſt, manere, atque hærere in ſeipſo, quo ſenſu [illegible] diuinitate ὑποστάσεις eſſe dicimus, quas nos tranſtulimus perſonas: ſed ſuſtinere etiam quoddam eſt, & ſubmittere, [illegible] nere ſe, ſiue negotium aliquod, munúsue recipias, [illegible] ſubire, aut pro altero paratus ſis, ſiue cuipiam ſpei, aut [illegible] aut ſententiæ temetipſum ſubjicias. Atque hoc verbum [illegible] que locis Apoſtolus: vt ad eoſdem Hebræos: Cohortamini [illegible]

ipſos per ſingulos dies, quoadusq; vocatur hodie, ne quis veſtrûm obdureſcat ex deceptione peccati: Participes enim facti ſumus CHRISTI, ſiquidem principium hypoſtaſeos vſq; ad finem firmum retinuerimus, hoc eſt, ſi permanebimus in eo, quod à nobis eſt ſuſceptum, ſi non exciderimus ſpe, & fiducia erga Deum. Et ad Corinthios: Miſi fratres, inquit, vt ne gloriatio noſtra de nobis inanis ſit in hac parte, vt quemadmodum dicebam, parati ſitis, ne ſi fortè veniant mecum Macedones, & offendant vos imparatos, erubeſcamus nos, ne dicamus vos in hypoſtaſi hac gloriationis, quod idem eſt, ac in eo, quod ſuſcepimus, vt gloriaremur de vobis. Indicat autem hæc hypoſtaſis non leuem quandam, neque improuiſam, ſed meditato conſilio ſuſceptam actionem. Vt item ad Corinthios: Quod loquor, non loquor ſecundum dominum, ſed velut in inſipientia in iſta hypoſtaſi gloriationis, quoniam multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor. Vbi oſtendit ſe volentem, & ſcientem ſuſcipere hanc prouinciam gloriandi, quæ tamen non ſecundum Deum ſit, ſed ſecundum iactantiam, & gloriationem carnis. Verùm omiſſis vocabulis vt veniamus ad rem, cùm fides definiatur ab Apoſtolo, ſuſceptio earum rerum, quæ ſperantur, index earum, quæ non cernuntur, ſic intelligamus huiuſmodi definitionem, vt fides ſit, vel ſperare ea credendo, quæ oculorum viſioni ſubiecta non ſunt, hoc eſt, ſpiritualia, & æterna, vel credere ſperando, quanquam fidei fundamentum ſit credere, tamen ſpes ipſa continet in ſe fidem, & abſq; ſpe fides inanis tota eſt. Atq; hæc eſt propria fidei CHRISTI diffinitio. Nam & Iudæi cùm vnum eſſe Deum crederent, eumque colerent, & venerarentur, atque illi confidere ſe dicerent, ſpemque in eo ponerent bonorum aſſequendorum: ea tamen ab eo ſperabant bona, quæ oculis, & ſenſibus percipiuntur, hoc eſt terrena, atq; humana. Nos verò, qui & Deo credimus, & in Deum per vnigenitum filium eius IESVM Chriſtum ita confidimus, & permittimus nos Deo, vt nihil ab eo mortale, nihil interiturum expetamus, neq; digna iſta huiuſcemodi munera tanto authore eſſe exiſtimemus: Sed ea potiùs ſperemus, & expectemus ab illo, quæ tribuenti, & donanti conſentanea ſunt, magnitudine eximia, perpetuitate æterna. Eſt igitur vera fides CHRISTI & Deum, & Deo, & in Deum credere, quod eſt illi confidere, vt ſperes ab eo, quæ æterna bona ſunt, ea porrò huiuſmodi, vt nullis ſenſibus comprehendantur, ſed ſint tota in illa fide, & ſpe, ſi Deo confidamus, & ſi eum amauerimus, expectationi noſtræ repoſita. AVDIO mi frater, IVLIVS inquit, & de verbo hypoſtaſeos, Chriſtique fide, quo pacto illud intelligendum, hæc accipienda ſit, tuam ſententiam probo. Sed cur Apoſtolus de fide CHRISTI ſpeciatim loquens, exempla fidei

conſtitu[e]rit ex illis, qui longè tempus Euangelij anteceſſerunt, & in Abel, Enoch, Abraam, Iacob, cęteriſque Patriarchis, fidem hanc, quam diffiniebat, fuiſſe affirmauerit, hoc eſt, quod cupio mihi abs te explanari. Non enim videbatur propriè fides, in illorum rebus geſtis, ſed in Apoſtolorum, & Deo credentium per Ieſum Chriſtum diffiniri. QVONIAM, inquam, IVLI, & ad Hebræos Paulus ſcribens eos in patribus ſuis voluit commonefacere, vt plus haberet hortatio ſua ponderis, & cùm exemplorum graue ſit, ſi ex antiquitate depromatur, ad vetuſta, [illegible] maiorum facta eos reuocauit, veteresque illi tamen, etiam quæ gererent, in corpore, atque in vmbra tanquam figuras, & ſimulacra præmitterent venturæ poſt aliquot ſecula [illegible] veritatem ipſam nihilominùs iam tum ſpiritu ſancto edocti perceperant, & ſic crediderant in futurum CHRISTVM, quemadmodo nos in eum, quem non vidimus, credidimus. Sed vt redeam ad ſuperiora: Fides CHRISTI hoc habet peculiare in ſe, vt quæ nec cerni oculis, neque vllo ſenſu percipi poſſunt, [illegible] la, & potiſſima expectemus, confidamusque illius benignitati & veritati nos ipſius diuino munere illa aſſecuturos. De quibus idem iſte Apoſtolus, Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, [illegible] diligentibus eum. Et alio loco, Breuis, leuisque afflictio nobis, inquit, æternum pondus gloriæ creat, dum non [illegible] ea, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Nam quæ videntur, ad tempus tantùm ſunt, quæ non videntur, æterna. Quòd verò [illegible] ipſa ſperare, & concupiſcere à Deo ſolo debeamus, quæ æterna & inuiſibilia ſunt, illa ratio docet, quòd hoc ſolum verè eſt Deo credere, atque confidere. Nam ſi ita confidamus, ac credamus, vt iſta appetamus ab eo nobis dari, quæ ſunt terræ bona, non vnum iam Deum, ſed complureis eſſe Deos ſuſcipiemus: quot quot enim extiterint, ex quibus nobis ſit ſpes potiundi bonorum mortalium & caducorum, illorumque fruendi, tot ac deos, & dominos profectò conſtituemus. Nam ſiue à populo ſperandus honos fuerit, aut poteſtas aliqua, aut emolumentum, populus ipſe nobis erit Deus, plusque illius voluntati, quàm [illegible] opi confidemus, ſiue eadem poſtulabuntur à principe, Dei apud nos locum princeps obtinebit. Denique in amore terrenorum bonorum, qui ſuppeditauerit amori noſtro, cupiditatique ſuffragatus fuerit, is noſtram ad ſe omnem conuertet [illegible] ex quo Iudæi, qui ad hæc terræ bona potiſſimùm aſpirabant, ad aſciſcendos quoque & colendos falſos deos, faciles [illegible] rò, & prompti extitere. Non enim neque in rebus [illegible] triſtibus, illa bonorum ſpe à Deo inſenſilium ſe ſuſtentabant, & ſępe oblatis aliunde præmiis, aut voluptatibus à Dei [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne deficiebant. Quod cùm ſæpe aliàs, tum in Ieroboam præcipué, & decem tribubus Iſraël fuit manifeſtum. Ille enim vt regnum ſibi ſtabiliret, quod ex diſſenſione populorum ceperat, vt ii regem haberent fauentem ſibi, atque propitium ferè omnes à vero Deo, & cultu Dei, temploque ipſius ſancto auerſi, ad commentitos Deos, & falſa idola transfugerunt. Proinde nos quoque qui fidem CHRISTI profitemur, cùm Deo nos credere, & Catholicæ Eccleſiæ enunciamus, ſic debemus de nobiſmetipſis cogitare inanem eſſe fidem hanc, niſi etiam in Deo ſperemus, & confidamus, atque ab eo illa expectemus, quæ futura ſunt immortalia bona. Itaque qui cupiditatibus rerum terrenarum, & carnis illarum dediti, & vel etiam ambitione, vel auaritia excæcati ſummum in his bonum, quæ ſenſibus comprehenduntur, & ſuum omne ſtudium collocant, atque conſtituunt, hi fidem, quam voce vſurpant, corde nullam retinent, neque Deum ſibi, ſed mundum dominum conſtituunt. Ex quo fit, vt in aſtutia, in malitia, in fraudando, in vlciſcendo, in vim afferendo, in omnia miſcendo, omnibusque modis attentando magis quàm in Deo, & Dei ope fidentes, conentur ad ea peruenire, quæ peruerſa opinio, corruptaque cupiditas fingit, atque conſtituit ſibi eſſe bona. Eſt omnino aditus, & tanquam ianua ad ipſam ſolidam ac perfectam fidem iſta animi credulitas annuentis Deo ſe, & CHRISTO atque Eccleſiæ credere. Sed non in eo plena fides, quandoquidem ſine firma ſpe, atque fiducia in ſummum Deum fides vera non eſt: ſpes autem, & fiducia eſſe non poteſt, ſi hæc interitura bona potiùs expetimus, de illis æternis minùs laboramus. Sed tamen qui ſuum in iſta credulitate nomen profeſſus Deo, & in nomine ſancto CHRISTI baptizatus eſt, ad explendos fidei numeros omnes profectò ſit paratior, quàm is, qui ne iſtam quidem fidei CHRISTI nominationem æquis auribus accipit. Verum in eo tamen eſt fides, vt credatur, & confidatur, idque certo conſilio, & deliberata fiat voluntate, Fidem enim habere etiam ſperare eſt, & confidere. Qui verò tantummodò verbo, nulla meditata in corde ratione ſeſe annuunt credere, cùm in mundo iidem multò maximam ſpei ſuæ partem fiduciæque ponant, hi non tam fidem ipſam tenere, quàm ad fidem quendam introitum habere ſunt exiſtimandi. Quòd ſi is eſſet Deus, qui non omnia poſſet, & valeret vnus, aut ſi quæ ab eo ſuis cultoribus propoſita ſunt, non eadem eſſent optima, ac præſtantiſſima, profectò & alios deos conſtituere, eiſque confidere, & alias res appetere hominibus foret licitum. Vt enim diximus, qui quopiam confidit, Deum ſibi quodammodo illum facit, in quo ſuam ponit fiduciam. Sed cùm & omnipotens Deus, & nihil illius donis cœleſtibus ſit præſtabi-

 lius,

lius, atque adeò illa ſola ſint, quæ nobis à Deo oſtenduntur, [illegible]
promittuntur vera bona, ideo nec illis eſt quicquã à ſalute [illegible]
aberrantius, qui à CHRISTI fide alieni ſunt, neq; iis [illegible]
qui fidem ipſam CHRISTI ore, verbiſq; profeſsi alias [illegible]
& alios penè Deos, quibus potiùs confidant, ſibi proponunt, [illegible]
rigunt. Quocirca ſic concludamus, certam, & veram fidem [illegible]
eam, quæ ea, quæ cernit oculis, manibuſq; comprehendit, [illegible]
feſta, & indubitata mortalis vitæ cõmoda abjicit vltrò, [illegible]
gat ab ſeſe, vt ea, quæ ſperat, & credit, adipiſcatur à ſummo [illegible]
quæ quidem etiam fides hominem ex carneo & corporeo [illegible]
tualem prorſus reddit, agnoſcentem cognationem, [illegible]
Deo eſt, & ad Deum ipſum, tanquam ad ſuum ſummum [illegible]
credendo & confidendo, illumq; imitando prorſus erectum, [illegible]
eo ſolo eorum bonorũ, quæ ab omni ſenſu remota ſunt, [illegible]
que & ſumma & immortalia exiſtunt, ſpem, atq; [illegible]
omnem ſuam aſſequendorum reponentem, per quam [illegible]
poſtquam ita credidimus Deo, vt ſpem omnem noſtrã, [illegible]
que fiduciam in illo conſtitueremus, amoremq; erga [illegible]
ſtrum his terrenarum rerum ſtudiis atque amoribus non [illegible]
mur decerpi, neque diſtrahi, illæ in nobis præclaræ, [illegible]
virtutes gignuntur, quæ diuinam in nobis referunt [illegible]
militudinem. De quibus ad Galatas Paulus, Qui [illegible]
ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus [illegible]
ex auditu fidei id agit? & re vera, cui iſta ſordent [illegible]
mortalia, ſolumque is ad cœlum, & ad Deum [illegible]
nis cœleſtibus erectus eſt, quis hunc poteſt, aut [illegible]
tinentem, aut beneficum, & miſericordem ex hoc [illegible]
virtutum genere æſtimare? altiùs ſe multò attollit ille in [illegible]
genere virtutis, & proximè ad Deum imitatione [illegible]
doquidem promptior eſt illi, & paratior benefaciendi [illegible]
qui ea, quæ communicat cum aliis, & diſtribuit, [illegible]
aut nihil putat pertinere, ſolamque præclaræ actionis [illegible]
tem cum Deo omnia conferens ſibi retinet, operæ autem [illegible]
& pecuniæ in alios diſpertit quàm is, qui eiſdem rerum [illegible]
rum affectionibus implicatus, quas à ſuo proximo [illegible]
tates depellit, in eas ipſe veretur, ne quandoq; poſſit [illegible]
Certè enim ille prior ab omni rerũ harum affectione [illegible]
genus benefaciendi ſingulare, & propè diuinum in [illegible]
met: hic poſterior, bonus tantùm & iuſtus, inter homines [illegible]
tur. Atqui poſteriorem hunc lex, illum ſuperiorem C[illegible]
fides conformat. Eſt enim fidei CHRISTI, vt ſæpe iam [illegible]
negligere omnia humana, & mortalia, neq; illa nobis [illegible]
ſtimare, quæ hîc tenẽtur, & poſſidentur, ſed ad ipſa cœleſtia, [illegible]
interitura aſpirare, eorumq; locare, & ponere aſſequendorum [illegible]
[illegible]

tuam in Deo, & confidentiam noſtram. Sed quoniam de his, quoniam ſæpe locis ab Apoſtolo fit mentio, erit nobis item locus differendi alias loquendi. Nunc redeamus ad Apoſtoli verba, qui tamen rationem reddiderit, cur ex operibus legis nemo iuſtificetur, quod per legem cognitio peccati, hoc eſt, quoniam lex nihil ipſa maius demonſtrat, neq; altius, ſed ſolam tibi notionem peccati inſinuat: aliud autem eſt vitare humanam iniquitatem, & quod diuinam adipiſci iuſtitiam, longeq; diuerſum, diſiunctumque eſt noſſe peccatum, & ad gratiam aſpirare, ſubiungit: Nunc vero ſeorſum à lege iuſtitia Dei manifeſta facta eſt, teſtificata ab lege, & à prophetis. Nunc inquiens illa iuſtitia Dei, quæ ſola faceret vere iuſtos, in lucem eſt edita, atq; apparuit, de qua lex, & prophetæ dederunt teſtimonium, neq; id parce, atq; anguſte, ſed pluriminis in ſcripturæ locis. De qua Eſaias in perſona domini, Propè eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Ac vt non de humana, neque de legis iuſtitia appareat dici, quæ in præcipiendo, aut vetando, damnando, abſoluendóue tota ferè conſiſtit, etiam ſubijcit: Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiū. Sola enim Dei eſt iuſtitia, quæ cum animorum pace, & ſilentio colitur, tanquam ſtirpes omnium cupiditatum ipſa ex animis elidens, neque vllum penitus in mentibus relinquens diſſidium huiuſmodi, quo pacto hoc appetendum, atque idem rurſus alia ex parte fugiendum ſit. Vel cum dicit huius diuinæ iuſtitiæ effectiones operaque demonſtrans: Vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi & in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de incluſione vinctos, & de domo carceris ſedentes in tenebris. At hoc legis certè iuſtitia non facit. Hos enim ipſa potius incluſerat, & vinxerat. Cui ergo eſſe poteſt dubium, talem Dei iuſtitiam viuificantem eos, qui in peccatis mortui ſunt, & cæcos mente illuminantē, eam eſſe, quæ non in lege expreſſa ſit, ſed quæ cū fide conſerta, atq; coniuncta cingulum circundat renibus, ſicut ſcriptum eſt: Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius: & hanc à prophetis, & lege teſtificatam, tametſi nos pauca è multis teſtimonia, ſubiecimus, quæ plurima paſſim in tota ſcriptura, & de hac ipſa iuſtitia, & de vniuerſa pariter gentium vocatione ſcatent, quas huius lex iuſtitiæ erat excitatura, & ex illis eccleſiam ſanctiorem conſtitutura, de qua ſic aperte, & perſpicue Eſaias, vt hæſitationi non ſit locus: Vniuerſi filij tui, inquit, erunt docti à domino, & multiplicabit pacem filiorū tuorum, in iuſtitia fundaberis. Hæc inquam Dei iuſtitia ſeorſum nunc à lege manifeſta facta eſt, cui nihil cum lege rationis eſt, atque commercij. Alio n. ex genere, & ex alio ordine tota eſt, diuinarum virtutum videlicet in nobis creatrix, non humanarū, iuſti-

tia inquam Dei manifeſta facta per fidem IESV Chriſti in omnes, & ſuper omnes credentes, hanc inquit, iuſtitiam Dei fides IESV Chriſti in lucem extulit. Antea enim in Deo quidem ſemper erat, & radios interdum ſuos, occulto tamen tramite in aliquorũ mentes & corda iaciebat, præſertimque eorum, qui eſſent ex ſemine Abraæ. Illud enim genus præcipue electum fuerat a Domino, vt quomodo ex eo author, & promulgator maximi myſterij edendus erat, diuino indicante ſpiritu prænoſceretur ab eiſdem pa-bus parturiebatur. Nunc vero IESV Chriſto docente, monſtrante Dei illa eminens, præcelſaque iuſtitia in toto mundo patefacta eſt meridiano ſolis lumine multo clarius. Non ſolum enim nouere homines, qui IESV Chriſto crediderunt, illam in Deo iuſtitiam cuiuſmodi eſſet, ſed eam ipſi in ſemetipſis ſunt experti. Etenim quemadmodum Deus fidem intuens eorum, qui ſibi dederunt, & credendo, fidendoque permiſerunt, nullas vero iniurias, nihil priſtinæ impietatis, nec iniquitatis illis exprobauit, ſed omnium præteritorum ſcelerum memoria ſtatim oblirata: omnibus eos vltro affecit beneficijs, non vt liberarentur tantummodo pœna, & ſupplicio: ſed etiam vt ſanctos efficeret, ac iuſtos, quo patre Deo digni effecti, cœli hæreditatem adire poſſent: ſic nos eadem Dei iuſtitia, eadem benignitate imbuti atque ornati, ipſum illum, vnde eam hauſiſſemus, imitemur, nihil odio, neque iræ, nec libidini vlli tribuentes, ab earum etiam cupiditatibus alieni, per quas perturbationes huiuſcemodi in animis noſtris exoriuntur, ad benefaciendum tantum, & ad benemerendum intenti, quod ſola fide in Deum nobis adeſſe poteſt. Eadem enim fides per IESVM Chriſtum tradita nobis, & inſinuata, & iuſtitiam talem in Deo vt cognoſceremus, efficit, & vt in nobis ſimilem ab eodem Deo inſitam & datam acquireremus elargita eſt, quæ credentibus data eſt, hoc eſt huius ipſius fidei, & credulitatis nomine non tanquam legem habentibus, nec [illegible] ſus tanquam probitate, & innocentia præditis, quippe cum nec gentes legem cognoſcerent, & omnes omnino homines peccatis eſſent oppreſſi: ſed data eſt gloriæ, & gratiæ, & beneficentiæ ſummi Dei. Nam ſi Hebræis tantum data fuiſſet, vbi Dei æquè pari ſtudio affecti ad omneis conſeruandos, quos pariter creaſſet: Si tantum probis, & innocentibus, vbi Dei gloria: aut cuius benignitati, & voluntariæ liberalitati fuiſſet locus? Data ergo ea, & donata credentibus, qui ſuum nullum meritum habuerunt, non enim credere, mereri eſt, & ijdem maxime ornant, atq; magnificant gloriam omnipotentis Dei. Proinde in hac communione indignitatis, & peccati, qua cuncti comprehenſi erant, nulla erat prorſus diſtinctio, quamobrem huic potius, quam illi tribuenda eſſet, ſed omnes pariter egebant gloria Dei, vt iuſtifica-

rentur

[illegible] gratis eius gratia. Opus erat, inquit, vt ſuam gloriam oſtenderet Deus, quatenus gratis, & ſua innata benignitate, non ipſorum vllo merito eos iuſtificaret. Hæc enim eſt vera virtutis, bonitatis, & diuinæ iuſtitiæ gloria, facere omnia gratis, & properè, neque expectare, quoad quis mereatur, ſed vltro ſuam gratiam, & benignitatem credentibus offerre. At quo interprete, quo inſtrumento hoc fecit Deus, per redemptionem, inquit, quæ in CHRISTO IESV, quem propoſuit Deus placamentum per fidem, in ipſius ſanguine. TVM IVLIVS: Adhuc mi frater, inquit, quæ abs te dicta ſunt de iuſtificatione noſtra, de fide in Deum, & de ipſa Dei iuſtitia ita mihi inhæſerunt, vt nihil habeã certius, neque firmius, quàm ita habere ſe rem, neque id credulitate tantum ſimplici, ſed clara & valida ratione adductus. Nihil enim eſt melius, quod attribuamus Deo, quam eum talem eſſe, qualem hæc ipſa iuſtitia demonſtrat. Quod ſi in Deo omne ineſt, quodcunque eſt optimum, & hoc, quod optimum eſt, ineſſe in eo neceſſe ſanè eſt. Neque intueor tamen, omnibus meæ mentis viribus, & omni intentione animi circumcirca aſpiciens, quid illuſtrius offerat, & quid magis perſuadeat intelligentiæ noſtræ illa tantopere laudata apud homines philoſophia, cum argumentis & rationibus, quid concludit, atque firmat, quàm hæc pura, & ſimplex virtutem, & iuſtitiam & beneficentiã ſummi Dei ſummatim narrans oratio. Itaque ea non me docuit ſolum, ſed etiam vehementer accendit, vt hæc mundi bona quotidie magis, magisque deſpiciens in illis tantum bonis, quæ cœleſtia, & æterna ſunt, à Deo expetendis ſtudium omne meum, & omnem curam reponam. Video enim non ſecus ac ſi oculis idem cernerem, neque falli nos ſpe noſtra, ſi verè confidamus Deo, neque ipſum Deum à natura, à iuſtitia, à bonitate ſua poſſe deficere. Vnus adhuc reſtat ſcrupulus, is iſte, ipſe, in quo Paulus nunc verſatur, nec mihi ille quidem, ſed his, qui fidei CHRISTI libenter ſæpe obtrectant, qui cum reliqua forte omnia conceſſerint, fidemque in Deum cauſam omnium virtutum in nobis aſſenſi fuerint, nec ſine ea ad gratiam poſſe veniri annuerint, illud tamen dicant, quod quotidie dicunt, nihil opus fuiſſe CHRISTO, nec CHRISTI morte, ſed potuiſſe mundum inſpirante Deo, nihilominus, in hunc ſenſum & fidei myſterium ſine CHRISTO peruenire, quaſi hoc in nobis reprehendant, quod in iſtud fidei negotium, CHRISTVM ita admiſceamus, vt abſq; eo de ſalute & de Dei gratia penitus diffidamus. Nam quod Dei filiũ fatemus, quod æqualẽ Deo, quod virtutẽ Dei omnem in ſeipſo deferentẽ, alia fortaſſe diſputatio ſit, neq; propria huius loci. Quòd vero ſine eo erga Deũ fides non ſit, & quod hac vna omnino ianua ad vitã ſit introitus, cuperem admodũ mi frater à te aliquid

proferri in medium, quod poſſemus horum talium moleſtiſſimis percontationibus reſpondendo opponere. DIVINVM eſt hoc conſilium, quod quæris mi frater, diuina conſideratio, quam nos homunculi non tam indagare rationib. & ſcrutari, quam venerari, ſuſpicereq; debeamus. Eſt enim hoc fidei præcipuum & proprium, non inueſtigare curioſe, quod ſuſcipias, ſed id ſimpliciter, & ſyncere credere. Veruntamen quoniã quod cũ pietate agitur, nunquã ingratum id Deo, neq; infenſum eſſe ſolet, afferemus aliqua non tã expreſſa in ſcripturis ſanctis, q̃ adumbrata pro, per quæ hæc poſſit quæſtio diſſolui, Deum ante deprecantes, vt ſenſum nobis rectũ ita tribuat, induca tq; in omnem nos ſcilicet ſuo veritatem, ſi eum nos verentes, & honorem ei toto animo ferentes ipſius benignitatis, & ſapientiæ gloriam cupimus magnificari. FACIET mi frater, inquit, nam & ipſe dixit, Quæcunque popoſceritis patrem in nomine meo, dabit vobis. HAC fide Deum freti inquam, aſſeueremus primum illud, quod indubitatum, certumque retinemus ſola fide erga Deum per Ieſum Chriſtum poſſe nos ſaluos fieri, neque aliud nomen eſſe ſub cœlo, vt Lucas inquit, in quo ſalus mundo ſit propoſita. Quorum enim vtrunque cognoſcere vita eſt æterna, & eum, ſcilicet, qui eſt, Deum patrem, & eum, qui miſſus eſt, IESVM Chriſtum filium Dei. ASSEVEREMVS, inquit, neque de huius fidei conſtantia vlla omnino vnquam vis nos, vllius ſententia deducet. Et quod inquam, huiuſce perſuaſionis noſtræ & fidei argumentum, primum illud, & quaſi fundamentum totius aſſenſionis habemus, quod euentus rerum ita habere ſe rem cõprobauit. Hoc & miracula CHRISTI, quæ ab eo patrata ſunt plurima, & maxima indicarunt, & mors ab eodem non ſuſcepta ſolum ſed prænuntiata etiã, & ſæpius prænuntiata, & poſteaquam obijſſet tertio die a mortuis eiuſdem conſurrectio, ac ſui viuentis diſcipulis oſtenſio: Deinde palam in cœlum tot conſpecta oculis fidelium aſcenſio, poſt Spiritus ſancti è cœlo diſcipulis miſſa, & diſpertita in ſpecie linguarum, & ignis donatio. Virtutes quoque maxime illis, ab eodem ſpiritu immiſſæ & inditæ ſanandi ægrotos, liberandi a malis dæmonibus obſeſſos, mancos, & debiles integrandi, integros interdum in debilitatem inijciendi, conſiſtendi ſine timore, & perturbatione vlla aduerſus magiſtratus & potentes, ac ferendi ſæpe minas ſuperborum hominum ac tyrannorum, in mortem ſicubi opus eſſet, & veritatis defenſio poſtularet, alacri animo eundi, atq; hæc omnia tot atque tanta, vt aptè, & facilè, & admirabiliter agerent, non ſolum vis quædam inaudita cœleſtis caritatis ac ſapientiæ, ſed etiam omnium linguarum vſus & cognitiones illis repente è cœlo datæ. Quarum quidem virtutum, & eius, qui in Apoſtolis operabatur, Spiritus ſancti tãta vis extitit, vt

mun-

ndus, qui auaritiæ totus, & ambitioni, ſuperbiæ quoque, & omnibus turpibus illecebris deditus erat, quiq; ea ſola bona indulgebat, quæ ad corpus, & ad corporeas cõmoditates, aut quæ ad gloriam, & laudem inter homines pertinerent, nullam autem animorũ immortalitatem, nullum Dei regnum, nullam alteram vitam, & eam quidem multo potiorẽ cogitabat, ſtupefactus homin hominum, ſi illos ex mundo ſpectes, ignobiliſſimorũ, & despectiſſimorum, ſi ex Deo altiſſimorum, & maximorum, vita, oratione, miraculis, atq; ea imprimis conſtantia, qua cruciatus corporum pro CHRISTO, & mortem fortiter ſuſtinebant, conuerſus repente ad Deum verum priora vitæ inſtituta relinqueret, & ſeſe IESV Chriſto fidelem, ſubiectumq; traderet. Num paruum hoc tibi aut obſcurum veritatis fidei noſtræ argumentum videtur eſſe? MINIME, inquit ille, ſed & illuſtre, & magnum, nequaquam enim ſine Deo, nec ſine diuino numine nouæ fidei myſterium inexpectatum præſertim, & inſolens, hominumq́ue quotidianis & communibus ſtudijs repugnans, atque contrarium tot ſanctiſſimorum vita & virtutibus, tot miraculis, tantarum nationum concurſu & cõuerſione ad puriorem vitam potuit frequentari. QVID ILLA inquam, quæ in ſuſceptione fidei, & in Euangelio nobis præcipiuntur, eiuſcemodi ne ſunt, vt aut plauſibilia ſint hominibus, aut cum aliarum legum præceptis, atque inſtitutis videantur comparanda? Cuiuſmodi ſunt, quòd humanæ legibus, quibus ſunt latæ, non ſtabilitatem ſolum & otium, & ordinem vitæ in cõmunione iuris, ac libertatis, ſed etiam opes, imperium, potentiamq; inter finitimos conantur acquirere. NOS CHRISTI præceptis vitaq; eruditi humilitatem animi pro magnitudine, ſimplicitatem pro ſapientia, credulitatem pro cautione, patientiam pro vlciſcentia, ignobilitatem pro gloria, pro diuitijs paupertatem, pro potentia imbecillitatẽ, pro delitijs aſperitatem vitæ eligimus, atq; in his ſpem maximi boni conſequendi ponimus, quæ cæteris primo ipſo aſpectu moleſta, difficilia, ſumma mala, iudicantur. Hæc ne tanta commutatio opinionũ, atque rerum, tamq́ue contrarius & diſcrepans à perpetuo hominum vſu, & voluntatibus animorum ſenſus aut veritatem in ſe melioris vitæ retinere, aut ſine Deo adipiſci tantum authoritatis potuit? NE HOC quidem fieri vllo potuit modo, inquit, cum tamen nobis iam expertis, & ab IESV Chriſto edoctis, quantum cœlum a terra diſtat, tantum hæc vita, quæ oculis carneis deſpicabilis, & ſordida, plenaque miſeriæ, & ſtultitiæ videtur eſſe, illis mentis, & ſpiritus integrioribus oculis cœleſtis lætitæ & veriſſimarum iucunditatum plenam ſeſe oſtendat. NEMPE quia à mundo penitus auulſa eſt, & in Deo tota defixa, eumq́ue ſuum poſſidet bonum, quod ſummum eſt in omni natura bonum.

HAQ

HAC ratione ipſa inquit. HIC inquam IVLI neceſſe eſt hoc vt conſideretur, quale ſit, quo quid mundi dicitur eſſe, aut Dei. Sic enim pronunciamus, atq; ſentimus quaſi alterutrius tantum nos eſſe neceſſe ſit, vtriuſque vero eſſe nequaquam ſit licitum. EXPECTO, inquit, quid dicas. HOC inquam, quod videtur repugnare inter ſe, & contrarium eſſe Deo ſeruire, & mundo, ſicut ipſe dixit. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Id porrò verbum Syrorum lingua diuitias ſignificat, quarum quidem nomine omnis cura rerum terrenarum, omnis procuratio corporum comprehenditur. Sed Deus, & mundus Domini noſtri ſunt, non tamen ſimul, id enim fieri nequit, ſed alteruter eorum, prout nos magis voluerimus dedere, illumque, quē elegerimus Dominum & Deum nobis voluerimus conſtituere. Vtri enim hæſerimus arctius, & in vtro magis deſideria noſtra collocauerimus, is nobis potior, & præſentior habebitur Deus: qui ſi mundum praepoſuerimus Dominum, carnales homines reddemur: ſi Deum, ſpirituales. Verum, vt opinor, diſtinguendum perſpicue eſt inter ſpiritualem hominem, & inter carnalem, vt quod ad myſteriū CHRISTI pertinet, fidei noſtræ rationem melius poſt exponamus. Porrò fiet hoc percommode, ſi operationes carnis, & operationes ſpiritus ex eiuſdem huius Apoſtoli verbis in medium proferemus, qui ſic ad Galatas inquit, ſcribens. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc, Adulterium, ſcortatio, impuritas, petulantia, falſus deorum cultus, veneficium, inimicitiæ, iurgium, contentio, iracundiæ, rixæ, ſeditiones, factiones, maleuolentiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & ſimilia his, quæ vobis prædico, quemadmodum prædixi, quod qui talia agunt, regni Dei non erunt hæredes: Manifeſta ſunt opera carnis, inquit, quoniam carnalia, & corporea ſenſus feriunt, & à carnalibus oculis conſpiciuntur: quæ quidem carnis opera, alia finis nobis ſunt, & id, ad quod tendimus, extremum: alia ſunt in his, quæ ſpectant, & pertinent ad finem. Finis corpus eſt, & corporis commoda, quæ in Græco epigrammate ſatis expreſſa ſunt, quo dicitur optimum eſſe benevalere, honorari pulcherrimum, ſuauiſſimum eo frui quo quis maximè cupit. Ita valitudo, ſuauitas, dignitas carnalium hominum ſumma, & maxima bona ſunt, & ille ex Euangelio hoc idem indicat, qui plenis domi horreis, ac cellis omnibus dicit animæ ſuæ, Anima habes bona multa repoſita in plures annos, requieſce iam, comede, bibe, gaude. Hæc enim bona ſi cum pace, & ſine dimicatione quærerentur, aut iam quæſita, & parta poſſiderentur, nimirum in his humanorum in corpore votorum ſumma conſiſteret. Quoniam autem affectata, anhelata, auide vndique quæſita ſunt, neque omnibus pariter queunt communia eſſe, idcirco in his oppugnandis, inſidiandis, contra petendis ſedu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

as, & rixas excitari neceſſe eſt, & reliqua mala facinora omnia ſequi, quæ non ſponte ſua, ſed horum obtinendorum bonorum gratia perpetrantur. Iſta igitur carnis opera, & qui hiſce dediti operibus ſunt, carnales homines habẽtur, qui omnes curas ſuas, ſtudia omnia ad carnem, corpusq́ue referunt, nihil cogitationibus rerum à ſenſu remotarum, nihil futurarum poſt hanc vitam expectationi, nihil Dei prouidentiæ, nihil immortalitati, nihil denique fidei erga Deum tribuentes: ſed illud tantum ſolidum & verum tenere ſe arbitrantes, quod manibus comprehenſum ſit. Atque hi tales ipſi cum ſint, non modo regnum Dei, legemque rectè, & ordine viuendi nullam, ſed ne ius quidem vitæ perpetuum, & firmum poſſunt recipere. Moritura enim caro, & carnalem ſecum hominem in eandem mortem rapit, ipſaq́; Dei legibus nequaquam ſubiecta eſt, idcircoq́ue omnis eius ſapientia apud Deum ſtultitia eſt, quoq; abſcedit à Deo longius, quod hi faciunt, qui diuitijs, & poteſtatibus inhiandis quotidie magis in mundum ſe inuoluunt: hoc fit terrena iſta tractando, appetendoque dementior. Atque hic homo carnalis à Ioanne Euangeliſta notatus, qui non ex Deo, ſed ex ſanguinibus, & ex voluntate carnis, ac viri natus eſt, à quo ſe cupiebat Dauid liberari, cum inſtaret apud Deum, Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ, inquiens. Hic eſt, quẽ Adam nobis primus pater progenuit poſtquam peccatum fecerat, & Dei dicto nõ fuerat audiens, cum carnem nihil etiam tum admodum appetentem, neque arrogantem ſibi, ſed rationi prorſus, atque menti ſubiectam & deditam inſperata illa victoria, quam nec ipſa quidem valde concupiuerat, ad ſuperbiam excitauit, in eamq́ue extulit inſolentiam, & temeritatem, vt maius illa deinde ius ſuum in homine quam rationis ſemper pugnauerit eſſe. Quod carnis regnum mors iure eſt conſecuta, quandoquidem caro cum operibus ſuis vitæ perpetuitatem non recipit, idq́ue ab origine primi parentis peccatum vna cum morte in nos quoque, qui ſumus progenies ipſius, & in vniuerſam poſteritatem propagatum eſt. Huic autem carnali è contrario ſpiritualis ille homo opponitur, qui fructus eos appetit, & ea ſibi prima proponit, quæ ſunt propria ſpiritus. Porrò autem illa ſunt, Charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia. Quorum quidem omnium ſi ex origine, atq; ex authore illa ſpectentur, Deus caput eſt. Hauriuntur enim ab eo iſta omnia, & referuntur rurſus ad eum. Si vero ex noſtra parte, illa propter fidem nobis inſinuantur, ſimulac primum enim confidere incipimus Deo, & præmia ab eo illa expectare velle, quæ ſunt ab humanis ſenſibus abſcondita, ſtatim dimiſſa carne ad ſpiritum nos reuocamus, repudiatisque mundanis, & terrenis bonis cauſas omnes vnà excindimus ſo-

mus ſolicitudinum, & cupiditatum, animoque inteſtinis morbis ac perturbationibus liberato pacati, atque modeſti, omnibus benigne facientes, nunquam obtrectantes cuiquam, neque ad corpus velut ad finem aliquid referentes, ſed omnia in Deo noſtra reponentes, agimus beatam etiam in hoc ſeculo vitam, plenam lætitiæ, & veriſſimæ iucunditatis, cui nimirum vitæ neq; le[illegible]pta, neq; mors dominatur. Immortalis enim ſpiritus eſt, & eius opera æterna. Atque hi ſunt, qui per fidem naſcuntur cœlo, & filij Dei fiunt. Primum quia illi ſimiles in omni illa diuinitate, atque iuſtitia contendunt fieri, tanquam filij parentum: deinde quoniam abdicato patre mũdo, & priſtino repudiato generis nomine in aliud nomen, & familiam aliam transferunt, vt in cœleſte genus adoptati, vnamq; illam, & ſolam expectant hereditatem, quam de cœleſtibus bonis illis largiatur Deus. AVDIO inquit IVLIVS, & hanc admirabilem fidei potentiam iam atq; etiam magis noſco, cuius certè & author, & doctor fuit CHRISTVS, de quo ſi aliud argumentum nullum haberemus fuiſſe illum filium Dei, eundemque humani generis redemptorem, hæc vna quidem ratio, mea iam ſententia ſatis ſit, quod geſtum, & fructum diuinæ huius ſapientiæ attulit ipſe in mundum, cæcisq; hominum mentibus lumen prætulit, quod nulla noſtra lucubratio, nulla ingenij vis, nullum vnquam ſtudium potuiſſet inueſtigare, idq; niſi ipſe è ſinu & gremio patris proſiliens eodem patre Deo ad nos detuliſſet, iaceremus adhuc omnes ſine mente, & erraremus ſine duce, & nullo bono conſilio actiones noſtras, vitamq; dirigeremus. Quamobrem perge tu quidem, vt cœpiſti. Et ſi enim ſatis edoctus ſum, nam perſuaſus ſemper antea fui, tamen audire etiam nunc expeto, quæ dicturus es. ATQVI mi frater, ne alterum quidem illud argumentum ſilentio prætereundum eſt, quod Paulus ad Epheſios ſcribens innuit magis, quam explicat, quã ait: In quo habemus (CHRISTO videlicet) redemptionem, per ſanguinem ipſius, dimiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ ipſius Dei, per quã exuberans fuit in nos in omni ſapientia, & prudentia notificando nobis myſterium voluntatis ſuæ ex beneplacito ſuo, quo propoſuerat in ſeipſo, diſpenſata plenitudine temporum ſub vnum caput redigere omnia in CHRISTO, quæcunq; in cœlo, & quæcunq; in terra. In ipſo, id eſt, per CHRISTVM conſtituit Deus reuocare omnia ad cultum, & ad honorem ſui, vt ipſe eſſet omnium Deus, cuius fuiſſet & creator, vt ne tam diuturno errore laberentur homines ponentes in mundo, & in mundanis dijs ſpem, & inani fiducia ad interitum deducti: PRÆCLARVM & hoc argumentum eſt, inquit, dignaq; imprimis Dei bonitate, & ſapientia deliberatio, cuius vtique deliberationis vnicus in omni æuo tranſactor &

anima-

miniſter fuit CHRISTVS, cuius & actio iſta ipſa, & actionis euentus ſatis planè indicauit, & in tanto Dei conſilio intelligendo fuiſſe in illo diuinā ſapientiam, & in exequendo, ac perficiendo diuinam etiam poteſtatē. Nunquam enim homo duntaxat ſi fuiſſet, aut tam altè ille ſapere, aut tantum complecti poteſtate valuiſſet. At nunc quidem orbis ab eo edoctus vniuerſus, quanquam diuiſus poſtea in ritus, atq; ſectas: vnicum tamen omnium dominum, & Deum vnum agnoſcit, ac veneratur. Ipſum autem conſilium ſummi Dei, quo per CHRISTVM is voluit cuncta ſub ſe caput reuocare, & redigere, cum venerabile per ſeſe eſt. Nihil enim illius maieſtate dignius, quàm repulſa, atq; illuſa inanium deorum turba gloriam ſuam æque omnibus hominibus, nationibusque patefacere, in quo Iudæi ſanè quàm ridicule ſtulti ſunt, qui tantum cœli, terræque effectorem peculiarem ſuum, & proprium vocant Deum, quaſi aut cæteri quoque homines non ſint, aut ſi ſint homines, nō tamen ab eodem Deo facti, aut creati exiſtant, aut ſi vtrunque horum ita eſſe ſuſcipiatur, pacto tamen aliquo & conuento Iudæis obſtrictus ſit Deus, non ſe alium præter eos populum in fide, & beneuolentia ſua recepturum eſſe. Sed, vt dicebam, cum venerabile eſt per ſe conſilium Dei, & hæc illius communis atque æqua erga omnes homines voluntas, cumque omnibus nobis commodum, & ſalutare (illo enim cuncti conſilio ad perpetuam ſalutem vocati ſumus) tum vero ratio, & via conſilij illius perficiendi non modo inaudita, & noua, ſed admirabilis, ſed incredibilis, ſed neſcio vnde inuenta, atque in lucem educta extitit. Quid enim tam nouum, tamque præter omnium opinionem accidere vnquam potuit, quam ita inſtrui, atque erudiri homines, qui in mundo verſarentur, & haſce tam varias, tamque innumerabiles oculis & manibus, omniq́ue corporis contactu perciperent voluptates, quosq́ue ad conſectandas corporum commoditates vita, ad dominandi cupiditatem natura, ad appetendam laudem animi vis quædam erectior ſtimularet, vt hoc ita conſtituerent, idq́ue certiſſimum exiſtimarent, ſi veram vitam adipiſci cuperent, haſce omneis res, quæ de mundo expetantur, diuitias, ſcilicet, honores, voluptatesq́ue relinquendas, & pro nihilo eſſe habendas, vt cum hæc, quæ cernimus, & tangimus dimiſiſſemus, tum ea ſperaremus atque expectaremus, quæ ab oculis, & ab omni ſenſu prorſus remota eſſent, præceptumque CHRISTI adimpleremus, ſic nos adhortantis, dum ait, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quando quidem repudiare, & abijcere mundum, vnum atque idem propemodum iudicatur, ac ſemetipſum exuere, atq; abnegare. Atq; hoc cum mirabile admodum, & nouum ex parte imperantis, ac præcipientis CHRISTI, tum

etiam

etiam mirabilius ex eorum factis, qui paruerunt. Creditum enim eſt, aſſenſum eſt, concurſum eſt in hanc rationem vitæ, & ſcientiam, neq; id infrequente populo, ſed totis generibus hominum, & nationibus. Quodque tu frater paulò ante dicebas, tanta ratio viuendi in contrarias partes commutata eſt, vt quæ apud mundum deſpicatui ducuntur, ea prima, & præcipua Chriſtianis homini habeantur, quæ autem in mundo plurimi ſiunt, poſtrema. Sed ego nimis longe progredior, tuæq; curſum impedio orationis. Tu vero ad inſtitutum ſermonem reuertere, & perge reliqua. ADIVVAS me inquam mi frater, non impedis, ſuccurris orationi meæ, viamque mihi aperis, qua facilius, & iucundius ad illa diuina myſteria adniti queam, quæ ſunt in omnibus humanis conſiderationibus cæterarum longe altiſſima, vel [illegible] non humana nobis, ſed diuina mente, inſpirationeq; tradita. vt ego nunc ex his, quæ à te dicta ſunt, ſancto inſtante ſpiritu mihi ſentio arcani conſilij euidentius rationē, & CHRISTI myſterium totum patefieri. De quo idem Paulus ſcribens ad Coloſſenſes perobſcure mihi loqui videbatur, qua ſic ait: Pro corpore CHRISTI, quod Eccleſia eſt, cuius ego factus ſum miniſter, ſecundum diſpenſationem Dei datam mihi erga vos, vt impleam verbum Dei, myſterium abſconditum à ſeculis & generationibus, quod nunc manifeſtum factum eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus notificare. quæ diuitiæ ſint gloriæ myſterij in gentibus, qui eſt CHRISTVS, in vobis ſpes gloriæ. Hæc, vt dicebam, Pauli verba mihi admodum abſtruſa videbantur, cum hoc myſterium non CHRISTI, aut de CHRISTO, ſed ipſummet CHRISTVM eſſe diceret, nunc intelligo plane myſteriū fidei noſtræ non tam de CHRISTO eſſe, quam CHRISTVM ipſum: ipſe etenim noſtræ myſterium eſt fidei, & fides illa ipſa, ſine qua nemini apud Deum gratiæ, neque [illegible] diuinæ locus vllus eſt. Quòd ſiquis cum admittat fidem erga Deum, CHRISTVM tamen reijciat, is eam ipſam fidem, quam admittit, ſpernere eo ipſo in quo admittit, & repudiare arguendus eſt. ATQVI INQVIT IVLIVS, hoc quidem certe abſtruſius eſt, quam vt poſſit per me ſtatim percipi. Itaque ſuſpenſo ſum animo, quorſum tandem euaſura ſit oratio tua. [illegible] PIES IVLI, inquam, ſimul ac paulò amplius progreſſi fuerimus, & aliquid adiunxerimus ad ea quæ ſuperiori oratione a nobis tractata ſunt, cum noua, & mirabilia fidei Chriſti [illegible] opera recenſentes maxime mirabamur in tam contrario mundo, repugnantibusque ſententijs, vt quod paupertatem, quod ignobilitatem, quod iacturam, quod laborē illis commodis [illegible] reponeremus, quæ ſunt his è regione oppoſita: locum [illegible] habuiſſe, & authoritatem ſibi vindicaſſe hanc tam inſolentem [illegible]

...ſtrum, maximeque aduerſantem communibus hominum ſen-
ſus ſententiam Chriſti, Deique voluntatem, vſque eò quidem, vt mundum totum pertraheret ad ſeſe, ipſumque à ſeipſo deficere, & in alienam naturam quaſi tranſire cogeret. DICTA SVNT ... inquit, & in his myſterij Chriſti maxima vis demonſtrata. ... ENIM IVLI adhuc ſupereſt, inquam, maius quiddam, & ...ſtantius, quod diuinam illam iuſtitiam, de qua ſæpius à nobis ...dictum eſt, maximè in nobis depingit, atque format: cuius ...ſtitiæ, tantiq; cœleſtis boni ac muneris fides noſtra erga Deum ...ipſomet Deo nobis ſola eſt conciliatrix. QVIDNAM illud ...dem, inquit? ID INQVAM, quod non ſolum tolerare, ac ...ni, atque æquo ferre animo iniurias, iniquitates, contumelias, damna, & detrimenta cuiuſque modi in animum inducimus, ſed quod excelſius multo atque maius, diui... æque illi iuſtitiæ maximè ſimile, ac genuinum eſt, etiam inimicis benefacere: bona pro malis reddere: quibus odio ſumus, eos ipſos diligere: poſtremò quas ſolicitudines, atque curas rerum humanarum noſtra cauſa non ſuſcipimus, eas non recuſare pro aliorũ ſalute, ſolatio, commodiſq; ſuſcipere; vt hoc ipſum quod ſumus, quod viuimus, nõ modo nemini omninò fraudi, damnóue ſit: Sed etiam quod Dei ſummi, & præpotentis proprium imprimis eſt, ad commodum, & vtilitatem valeat vniuerſis. PLANE ISTVD eſt inquit, quo diuinæ iuſtitiæ, & bonitatis ſimilitudinem imitando maximè aſſequimur. Sed hæc mi frater nequaquam terrena cogitata ſunt, verum cœleſtia prorſus. Quando enim ſponte ab hominis meditatione, atque cura, aut animaduerſa omnino, aut ſiquis aliquando in eam cogitationem incidit, non irriſa illico, & repudiata exterunt? ATQVI IVLI tum, inquam, cœleſtia exiſtimanda ſunt, cum ad cœlum, & ad Deum ſunt conuerſa. Qui ſi Deus iuſtificat eos, qui à carne ad ſpiritum, & à mundo ad eum ipſum per fidem ſe recipiunt, accipitque in gratiam ſuam, quæ quidem gratia hærere ibi non poteſt, vbi æſtus mundanarum feruent cupiditatum, nónne neceſſe eſt ad Deum per fidem illam accedenti, per quam ipſe iuſtificat impios, mundana hæc ſtudia vniuerſa reijcere, & in eo vno ſpem ſuæ ſalutis ponere? PRORSVS, inquit, neceſſe eſt, ſed ita, vt qui opes mundi non poſſident, hoc ipſo gaudeant bono, quòd ad ſectandum viam vitæ ſoluti ſunt, & liberi, qui vero poſſident, ab eis nihilominus amore, animoque diuellantur, & cum Deo conglutinentur. PROBE ...hic, inquam, ſed & hoc puto te mihi conceſſurum, non poſſe ...eodem & mundum diligi, & Deum, nimium enim abſunt, ni...miúmque diuerſa ſunt, & ambo iſta inter ſe, & quæ ad vtrunque ducunt curæ, ſtudia, voluntates, quod ſignificare ſolebat Dominus, cum diceret neminem duobus dominis ſeruire poſſe, quod aut

vnum dilecturus, alterum deſpecturus, aut huic adhæſurus, ab illo autem altero diſceſſurus eſſet, & quod eſt apertius, qui animam ſuam diligeret, perditurum eam, & qui in hoc mundo illam odio habuiſſet, in vita æterna reperturum eam. CONCIDO, inquit, etenim quid poteſt contradici: QVO QVIS igitur, inquam, in hoc mundo tanquam in theatro aliquo, & velut ſpectaculi, ac ſcenæ tragico apparatu hiſce popularibus ſtudijs & cupiditatibus ſe dedens maior honoribus, opibus, diuitijs, ſuperimperio, poteſtate, gloriaque exiſtit, & quo illius inceptis ſecundibus fortuna magis ſuffragatur, vt vel inter ciues authoritate antecellat, vel in prælijs, & certaminibus victor, ſpolia, trophæa referat in vrbem ſuam, maximiſque cum plauſu clamoribus & gratulationibus accipiatur, hunc neceſſe eſt amantem, & ſtudioſum rerum talium, ſi dictis, & confeſſis conſtare volumus, arctioribus mundo vinculis alligatum, & tanquam clauis affixum ita implicari his terrenis bonis, & vſque eo hærere in mundi cupiditatibus, vt inter illas alacritates, lætitias, ouationes, conuiuia à ſummo Deo magis magiſque auertatur, & terrenis ſtudijs illaqueatus, ac deuinctus, a ſpe ſalutis, verique boni limine longe abſit. QVIDNI abſit, inquit, cum non ab Deo ſolum, ſed à ſeipſo quenque, & à bonitate naturæ ſæpe ſuæ, conſilijs parum recto fortunæ euentus proſperi cogant deficere? Et tamen iſti ſunt, inquam, quæ ad mundum, & ſectatores mundi homines, quorum ſemper multo maxima extitit multitudo, ſibi iuſtitiæ & fortitudinis, & ſapientiæ obtineant appellationem. SVNT inquit, ſed perturbato iudicio, quando ſola animi bona probat Deus. MEMINISTIN' inquam, eius, quod ait Paulus? Quæ ſtulta, & imbecilla, & quæ pro nihilo in mundo ſunt, elegit Deus, vt ſapientia, & fortia, & illuſtria mundi confunderet? Et item eius, quod in Euangelio eſt, quod altum in hominibus eſt, id abominationem eſſe coram Deo? MEMINI inquam, idque mihi videtur prorſus per fidem Chriſti fuiſſe factum. RECORDARE igitur, quod paulò ante poſuiſti, cum dixiſti ſic poſſe quæri, quid opus fuit Chriſto, & morte Chriſti? nónne potuit mundus Deo inſpirante per fidem in eum totus iuſtificari? Nam enim tibi præciſè reſpondeo non potuiſſe, niſi forte noſtri libertatem arbitrij qua hominis naturam præcipuè conſtare voluit Deus, idem etiam eam ſub vim, & ſub neceſſitatem redigere voluiſſet. Nam inſpiratio illa ex Deo, ſi ijs, qui inſpirabantur, vim allatura erat, eoſque in id, quod voluiſſet Deus, etiam nolentes, aut inopinantes omnino pertractura, non tam inſpiratione, quam imperio, & poteſtate ſummi Dei ad iuſtificandos homines fuit opus. Sin autem ſuaſione duntaxat agere voluit Deus, & quos inſpirabat, non vim illis afferre, ſed tantum hortando,

& do-

& docendo illos ad ſeſe adducere intendebat, quemadmodum quidem in ſanctis illis viris Patriarchis, & Prophetis fuit factum, non omneis mouebat illa inſpiratio, ſed tantum voluntate, & conſilio bono ad accipiendum paratos, qui cum perpauci exiſterent, quippe qui ſinguli per interualla inſpirabantur, non fuit diuinæ bonitatis & beneficentiæ largitatem cœleſtis boni in tam exiguo numero concluſam velle. Igitur ſuaſione ſemel & doctrina ad omneis homines, tanquam qui liberi, & ſuæ ſpontis eſſent, non vi, neque poteſtate vti voluit. Suaſione autem non per inſomnia, neque per obſcuras prophetarum voces, quibus eruditi pauci, & ad Deum conuerti poterant: ſed illuſtri, & euidenti, & ea, qua oculi cunctorum, & animi maximè permouerentur, vt & qui tardi ingenio, & qui moribus agreſtes, & qui opinione de ſe inflati eſſent, & qui mundo, carnique dediti, omnes pariter claritate, magnitudineque exempli admoniti, atque edocti intelligerent, ſi cum Deo frui immortali vita vellemus, contemnenda nobis eſſe terræ bona, & appetenda cœleſtia. Itaque hominem vnum elegit, & formauit ipſe Deus, qui diuini huius documenti veritatem totam in ſemetipſo deferret, ſuoque omnibus exemplo oſtenderet, quantum veræ felicitatis, & gloriæ ſequeretur eam vitam, quæ in terris miſera, deſpectaque habeatur, dummodo illa non ingratis, neque contra animi ſententiam, ſed libenter ex Deo, & propter Deum ſuſcepta eſſet. TVM IVLIVS exclamans, mi frater, inquit, diuinum profectò hoc conſilium, diuina veritas, quam quidem diuinam illam veritatem niſi patefeciſſet nobis Deus, ratio hominis nulla vnquam apprehendiſſet. At quanto lumine iam effulget bonitas & conſilium miſericordis Dei, & erga humanum genus beneuolentia? ſed tu perge quæſo, & exple auiditatem meam, qui ſtudio feror incenſus, vt ea auribus percipiam, quæ tamen propemodum mente iam præcipio. VOLENS inquam, homines Deus veritatis non ignaros ſolum, verum etiam negligentes, conuertere ad amorem, & deſiderium ſui, atque vt beneficium ſuum latiſſime diffunderet, filium ſuum carne humana indui voluit, qui tum verbo, & doctrina, tum ipſo opere, & facto quaſi manu duceret eos in adeptionem ſummi boni, vt cum doceret eos ſpernenda eſſe terræ bona, ferendas iniquorum iniurias, labores ſi res poſceret, pro veritate ſubeundos, mortem oppetendam, princeps ipſe iniret eam viam, quam cæteris monſtraret, qui primus in crucem tolli, primus ludibrio ab hominibus haberi, primus in omni vita, omnibus vitæ commodis, iucunditatibuſque deſtitui, non ſolum æquo, ſed etiam læto animo perferret, ac pateretur. Qui item cum prædicaret, & annunciaret, quanta eiuſmodi vitam, quam agebat ipſe vnà,

ac docebat, plenam patientiæ videlicet, & laboris, cœleſtium do-
norum præmia, quanta felicitatis magnitudo, quæ vita, quæ
gloria ſequeretur, non probaſſet iſta hominibus in mundi cu-
ris inuolutis, niſi conſurgendo ipſe à mortuis, & in cœlum palam
aſcendendo impleta in ſe oſtendiſſet, quæ cæteris pollicebatur.
Illo etenim imprimis facto, illo exemplo moniti, qui & docen-
tem illum antea audierant, & mox mortuum, ſuſcitatumque vi-
derant, euntemque in cœlum conſpicati fuerant, pauloque poſt
ſanctum illum è Deo ſpiritum etiam hauſerant, conuerſi ad con-
ſiderationem ſui, ſpernere mundum tum maximè, & pro nihilo
ea ducere, quæ terrenis hominibus prima exiſtimantur, fi-
demque in IESVM Chriſtum ad amorem ſolius Dei totos
ferri, tendereque cœperunt, cum ita ſtatuerent, atque decerne-
rent, quæcunque IESVS dixiſſet, atque egiſſet, ea ſola vera, fa-
cta, rataque apud Deum eſſe, & de eius imprimis conſilio ac
ſententia allata in mundum fuiſſe, ſoloſque ad Dei gratiam ad-
mitti poſſe eos, qui per fidem in IESV Chriſto ſub poteſtatem
ipſius Dei ſe ſic ſubieciſſent, vt nihil mundo iuris, aut dominium
in ſeipſos eſſe ſinerent: quæ viuendi ratio & conditio ipſe eſt
Chriſtus myſterium fidei noſtræ. Nec tantum illi hoc modo ſenſe-
runt, ſed dimanante ab eorum cordibus, & linguis variis ſpi-
ritus ſancti auxilio illa incenſa erga Deum, & proximum arden-
te totus penè correptus terrarum orbis eodem igne amoris in
Deum conflagrauit, fidemque IESV Chriſti, atque adeo Chri-
ſtum ipſum ſtudioſe eſt complexus. Nunc videamus quid iam
iſta concludunt, vt poſſimus neceſſitatem aduentus Chriſti, non
commodum iam duntaxat, & vtilitatem cognoſcere. Nam ſi fi-
dem habere Deo, hoc eſt, illi credere, & planè confidere, nemo
ſatis poteſt, qui mundo etiam confidit, & mundi præmijs, ho-
noribuſque ducitur: nam qui per fidem quærit apud Deum iu-
ſtificari, quò dignus bonis cœleſtibus efficiatur, is mundum, &
glorias mundi renuntiet, neceſſe eſt, quod tamen aut ſua, aut pa-
rentum voce profitentur omnes, qui baptiſmum accipiunt, dum
ſeſe Deo dedunt, & permittunt totos, pompaſque Satanæ repu-
diare ſe teſtantur, & penitus eas ab ſeſe, atque ab animo ſuo amo-
uere. Neceſſe eſt itaq; mundum relinquere, & mundi res omnes
eum, qui cupiat ad Deum ſe adiungere, quando præſertim nemo
iuſtificari poteſt coram Deo, hoc eſt, veram illam, & integram
diuinæ iuſtitiæ vim nequit obtinere, qui mundo, & mundi ſtudio,
cupiditate, atque amore ſit affixus, porrò autem hoc fieri non
poteſt, niſi credatur CHRISTO, & tanti ex illo exempli diſcipli-
na accipiatur. Igitur ille, qui ſic docuit, & fecit, vnus ipſe eſt per
cuius fidem iuſtificamur apud ſummum Deum. Atque hoc eſt
myſterium fidei noſtræ, vt ſpernamus mundum, & in Deo vni
ſpem

ſpem bonorum omnium conſtituamus, quod myſterium ipſe eſt Chriſtus, qui quatenus homo extitit, quæſo, quidnam aliud re vexerit, quàm contemptio mundi, atque in Deum fiducia? Ille ad hoc factus, & in hunc mundum editus, quemadmodum ipſe teſtificatus eſt, vt teſtimonium daret veritati, idemq́ue ipſe veritas, at quæ veritas? Nempe iſta, quòd verè viuere eſt mundum contemnere, & in Deo ſpem totam ponere: hæc eſt fides, hoc myſterium, hæc ſola hominis apud Deum iuſtificatio, in hoc ſalus noſtra, in hoc Dei gloria, in hoc nobis cum Deo non ſolum pax, amicitiæque & amicitiæ vinculum, ſed cognatio etiam, conſanguinitasque conſiſtit, vt habeamus illum in patrem, cuius & mores imitanda eius bonitate iuſtitiaque accepimus, & hæreditatem expectamus, quæ non per mortem parentis ventura nobis ſit, ſed per noſtram in terris quidem mortem, in cœlo autem immortalitatem nos cum æterno patre in perpetuum ſit coniunctura. Fuit igitur, fuit neceſſarium prorſus venire Chriſtum, qui non tam doctrinam ex Deo tanti myſterij ad homines deferret, quàm eſſet ipſe illa ipſa doctrina, nec tantum documentum in ſeipſo vitæ ex fide erga Deum, & ex contemptu mundi agendæ, ſed exemplum etiam vitæ gloriæq́ue illius præberet, quæ huic tali erga Deum fidei eſſet propoſita atque coniuncta, vt quos res aſperæ, & dura illa à mundo diſiunctio, humaniq́ue affectus deterrerent, eos ſurrectio à mortuis incitaret, & in cœlum aſcenſio, & beatæ vitæ, ac immortalis adeptio. Itaque naſci eum, & mori, & conſurgere demum oportuit, vt plenum haberemus & integrum à Deo omnipotente in filio eius IESV Chriſto & ſuæ voluntatis ac beneuolentiæ erga nos, & noſtræ, ſi illi obtemperauimus beatitudinis documentum. Cui quidem IESV Chriſto qui non credunt, hi Deo quemadmodum credent? Non enim Deus familiariter loqui nobiſcum putandus eſt, neque Græco, Hebraicóue ſermone ad nos vti, ſed vt is infinitam ſuam poteſtatem per motus, & curſus cœleſtium orbium, ac luminum nobis explicat, ſic admirabilem bonitatem ſuam, ſtudiumq́ue noſtræ ſalutis, & immortalitatis procurandæ, hac oratione, quæ eſt Chriſtus, nobis eſt effatus, nos per eum ſcilicet à mundo, ad ſe vocans, & ſpem fidemq́ue noſtram ab his terrenis auellere, & in eo ipſo conſtituere nos edocens, vt eius ſermo, & vox, & doctrina totus eſſet ipſe Chriſtus: Ita qui Chriſtum à fidei erga Deum myſterio excludunt, neque hi fidem intelligentia, neque Deum complectuntur. Quod enim iſti aliud habebunt iudicium, atque argumentum Dei voluntatis, & beneuolentiæ aduerſus hominum genus? Quod ſpei & fiduciæ ſuæ in Deo firmamentum? quo authore, quo doctore nitentur? vt intelligant hanc vnam certam viam, & rationem ad Dei gratiam, & ad veram vitam perue-

niendi, ſi mundi commoda poſthabeantur, & in ſolo Deo ſumma bonorum conſtituatur: nónne ſit perſpicuum, iamq; manifeſtè apparet eos, qui Chriſto non conſentiant, terrenos homines eſſe, mundo, carniq; deditos? cum ſimulac primum à mundo ſe quis auellat, & abſtrahat, ſtatim illi in mente, atque in fide [illegible] Chriſtus, non vt doctor ſolum tanti myſterij, ſed vt ipſe [illegible]-rium, qui eum ad Deum deducat, & quaſi de manu in manum parenti ſuo tradat ab illo in filium, ab ſe in fratrem, & coheredem regni cœleſtis adoptandum, adſciſcendum. Quæ igitur [illegible]-tas eſt rationis, atque conſilij hanc tam amplam, & tam [illegible] Dei præpotentis in Chriſto Ieſu filio ſuo ſuaſionem ad [illegible], atque doctrinam, quemadmodum vita hîc degenda, & quo-nere in cœlum perueniendum ſit, contemnere, ac requirere, occultior alia quædam & penè ſingularis via exquiratur, [illegible] mentis cæcitas diurni ſyderis lumen ad vitæ viſus non admitte, peculiare aliud lumen quærere? Significata eſt per Dominum Ieſum via, patefacta, monſtrata, quæ recta, & [illegible] quam ad cœlum, & ad Deum ingredientibus iter ſit, [illegible] ſolum indicata, ſed ipſo præeunte munita, & complanata, [illegible] tu non probes? & deuiam eſſe contendas? quæ ſine [illegible] & nullis anfractibus eſt, vt calles occultos quoſdam & [illegible]-uerticula quæras, ac perſcrutere, per quæ ad Deum, & ad Dei gratiam accedas? Cum ad Deum niſi per tale [illegible] perueniri non poſſit, quòd myſterium eſt CHRISTVS. Tu vero in ipſo ſtatim initio ab infidelitate ducas exordium? Et adhuc de CHRISTO perinde vt de homine duntaxat locuti ſumus, qui idem & fuit, & ſemper eſt Deus, non ſuis quidem [illegible] origo ipſe diuinitatis, ſed ſempiterna manatio ex patre continenter effluens, tanquam lumen à ſole, qui eſt eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem à patre omnia facta ſunt, alius quidem ille à patre, ſed non alius Deus, quoniam in diuinitate, [illegible] in eſſentia vna eſt amborum & ſpiritus ſancti cum illis, eademque prorſus naturæ ratio, quæ ſit ipſa ſumma, & abſoluta [illegible]-tas. Sed quoniam de his dabitur aliud dicendi tempus, redeamus ad CHRISTVM, qui niſi Deum ſibi perpetuo adiunctum habuiſſet, & ſi non extitiſſet idem ipſe & Deus ſimul, & homo: quæro fuiſſet ne potis errare illum aliquando, an etiam [illegible]-ſet? Quis enim eſt homo, tanta firmitate animi, tanto [illegible] robore munitus, tamque ſibi admirabiliter, & inuicte conſtans, qui non aliquo lapſu aliquando, aliquoque deflexu ad mundum, & carnis deſideria protrahatur? quem nulla vnquam animi affectio, nullus cupiditatum motus perturbet? Atque ego de illis loquor, qui cum Deo viuunt, & illius voluntati, ac gloriæ ſunt dediti, quos (non enim ſemper in vna illa Dei [illegible]

cont-

exhibere humanæ cogitationi eſt datum) ſimulatque deſpexerunt, ſuſpirare aut appetere aliquid mortale, ac terrenum neceſſe eſt, & ad ſemetipſos aliquid referre. Quod ſi CHRISTVS à vitæ ſuæ primordio vſq; ad crucis mortem id de ſe præbuit ſpecimen, vt nuſquam inclinaſſe ad curam, & cogitationem ſui, nihil ſua cauſa omnino voluiſſe, nullis mundi illecebris exhilaratus fuiſſe, ſed pro ſalute cęterorum cuncta dixiſſe, egiſſe, perpeſſus eſſe intelligatur, quis eum cùm talis eſſet, hominem ſolum duntaxat, ac non Deum vnà & hominem audeat exiſtimare? Miſſa nunc facio miracula, miſſas mortuorum ſuſcitationes, etiam quatriduanorum, ſurdorum, mutorum, cæcorum redintegrationes mitto, qui in priſtinum naturæ ſtatum contra omnem naturæ vim, & conſuetudinem ſolo verbo reſtituti ſunt, qualia agere & poſſe eſt vnius Dei. De illa humana ſpecie in eo loquor, quæ perfectam, & ſummam veritatis vim, hominis penitus à mundo, & ab omnibus mundi illecebris, & contagionibus ſoluti, ac liberi profectò ferre nunquam potuiſſet, niſi eadem cum Deo aſſidua conſtata, copulataque fuiſſet. Atque hoc argumento vſus eſt ipſemet CHRISTVS, cùm ſtuderet mentes Iudæorum elatione animi, maleuolentiaque cæcatas ad intuendum lumen veritatis conuertere. Sic in Ioanne loquens: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, ſed à morte tranſiit ad vitam. Qui verbum meum audit, inquit, & credit ei, qui miſit me, verbum ergo illius eſt, cui per hoc verbum credendum eſt, ac non tuum verbum bone IESV, niſi tute verbum illius eſſes, cui vt credamus, nos hortaris, quaſi Iudæis hoc inſinuans. Nam tum quidem orationem de aliis rebus illis non explicabat IESVS, neque verba apud eos faciebat, quemadmodum credendum, aut quo pacto agendum erga Deum eſſet, ſed ſemetipſum credendum, noſcendumq; proponebat, tanquam ipſe eſſet Deus, & fides, & myſterium, quo verbo inquiens, pater meus, qua nos doctrina, quibus pręceptis melius queat inſtituere, ac docere, quàm me metipſo, mea oratione, vita, factis? Ego enim euidens Dei ſermo ſum, non in ſomniis oſtentatus, neq; ambiguis prophetantium vocibus nunc prolatus, non in lege ſcripta adumbratus, in qua carnis opera pleraque ſunt. Ego autem carnem omnem vobis abjiciendam eſſe oſtendo, & ad ſpiritum ſolum tranſeundum, in quo qui cum Deo viuunt coniuncti, hi in iudicium non adducuntur. Non enim legi vlli ſubiecti ſunt, ſed ipſo facto habent vitam æternam. Ego, inquit, annuncio veram vitam vobis, ex Deo, vt illi credatis, Deus enim veſter eſt, & mihi item tanquam verbo Dei credatis. Si enim ſomnio vt à Deo miſſo, ſi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prophetis, ſi legi creditis, in quibus aut non tota, aut certè non
illuſtris, ſed obſcura veritas ſignificata eſt, mihi quare non credi-
tis, qui ſum vniuerſa, & perſpicua veritas, qui totum hoc, quod
ſum, doctrina vobis ſum, qui meipſum nudum, atq; apertum vo-
bis exhibeo, hominem nihil omnino de mundo habentem,
nihil meum prorſus, nihil proprium volentem, ſed omnia ad
Deum patrem referentem, cui ita credere debetis, vt mihi illius
verbo etiam credatis. Et rurſus: Mea doctrina non eſt mea, ſed
eius qui miſit me, ſi quis voluerit voluntatem eius facere, cogno-
ſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui
à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quæ-
rit gloriam illius, qui miſit eum, hic verax eſt. Si nulla igitur
eſſe poteſt doctrina præſtantior, quàm iſta, qua ego hominem
totum à mundo ad Deum retraho, & ipſo illo autore Deo ista
me agentem, ac docentem vobis indicare confirmo, omnis in
me planè eſt veritas, & verbum ſum patris, qui non diſcedo à
patre, neque ſeparor, nec me in memetipſo ab illo diſiunctum
conſtituo, & me vobis finem vltimumque propono. Etenim ſi
ita eſſet, nec Dei ego ampliùs verbum, neque in me veritas eſſet,
& vobis hæc quæ prædico, talia non prædicarem, meam po-
tiùs quærerem, quàm alterius gloriam. Sed ſi quis hæc, quæ de-
monſtro, patrem velle, & petere à vobis, voluerit experimento co-
gnoſcere, & huius meæ doctrinæ, atque vitæ guſtum aliquem
percipere, ſtatim vnà is intelliget, hanc Dei veram doctrinam,
& voluntatem eſſe, vt nemo ad ſe quicquam, ſed ad ipſum Deum
referat omnia, ſeſeque vnuſquiſque à mundo abſtrahens, in Deo
totum collocet, quod ego princeps & facio, & factus ſum, qui
ſum ad eam rem natus, atque factus, vt vobis, & ipſi mundo à
Deo verbum ſim, & ſermo, & hortatio. Deo autem à mundo, &
à vobis ſum victima, qui iuſtitiam ad vos, & vitam ex eo Deo
affero. Vitam, inquam, illam, quæ in Deo eſt optima, eadem-
que immortalis. Ad patrem autem refero mundi, & carnis mor-
tem, quam in mea carne ſum ipſe interfecturus, vt vos in volun-
tate veſtra eandem perimatis. Animam enim meam deuoueo ouibus
bus meis, tantumque abeſt vt quicquam propriè mihi appetam,
vt me totum prorſus mundo donem, atque adeò ei à patre
natus ſim, vt vitam pro his ſanguinemque effundam, qui
mundo ad Deum voluerint ſe transferre. Hæc IESVS & alia
multa in populis illis exponens, ſpiritualis vitæ veram beatitu-
dinem, & diuinitatem, naturamque ſuam docere illos conaba-
tur, qui tamen carnis impliciti illecebris, & mundi conſuetudine
pati vim illam ſpiritus capere non tam nequibant, quam nolebant.
bant. Torpebant enim & pigrabantur commouere ſe, & ex illis
terrenis ſordibus extollere, atque ejicere, quæ illis conſuetu-
ne ſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne ſictæ erant perquàm ſuaues. Repugnabat verbo Dei hominum illorum ambitio, obſiſtebat auaritia, aduerſabatur voluptas, & qui eſt angelus Satanæ violentiſſimus, liuor & maleuolentia omnem in illis vim rectè intelligendi, & iudicandi penitus corrumpebat, cùm tamen morte pòſt obita à Chriſto IESV, è cruce, illo cœleſti ſanguine cruentata, impletoque omni noſtræ redemptionis myſterio perfracti obices, & repagula Satanæ deiecta ſunt, vicitque Dei ſermo, & factus eſt IESVS mortuus, quàm ante mortem fuiſſet, multò potentior. Qui cùm etiam tum viuens prædicaret, & doceret, Iudęisque ſe credendum, noſcendumque offerret, nunquam eos tamen in eam animi aduerſionem potuit inferre, vt attenderent atque intelligerent, & ſi ipſe quoque ſibi aſſumere videretur diuinitatis honorem, nunquam eum tamen ſuam vllam omnino, ſed tantùm patris ſui gloriam ab illis expetere. Quemadmodum pulcherrimis, & optimis de rebus oratio aptè, commodeque pronunciata non ſuam ipſius, ſed oratoris gloriam in animis eorum, qui audiunt, conſtituit. Hoc ipſe indicat de ſe in Ioanne, ad Iudæos inquiens: Non poſſum ego facere à me ipſo quicquam, ſicut audio, iudico, & iudicatio mea iuſta eſt, quoniam non quęro voluntatem meam, ſed voluntatem mittentis me patris. Et rurſus alio loco: Ego ex meipſo locutus non ſum, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandauit, quid dicerem, & ſcio, quòd mandatum eius vita æterna eſt. Iſtud autem ipſum mandatum paulò ſuprà expoſitum fuerat, granum frumenti in terra mortuum, multum fructum ferre. Et, qui amet animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam eam perdere. Et, tollendam crucem, Chriſtumque ſequendum, & ſimilia. Porrò quonam ſermone alio, aut quo genere orationis commodius, & aptius ad homines loqui, & voluntatem ſuam expromere potuit Deus, quàm CHRISTO filio ſuo? qui cunctus fuit concio patris ad ſeſe vocantis homines, & eos ſibi in filios adoptare cupientis, cunctus fuit, inquam, non ſolùm quod dixit, & fecit, ſed illud ipſum quoque quod Deus, & homo extitit. Quà Deus, vim & maieſtatem patris in ſeipſo miraculis indicans, & voluntatem eius illis miris, & inſolitis operibus enuncians. Quà homo, in contraria omnino parte mundo ſeſe, & mundanis omnibus affectibus conſtituens, ludibriaque & ærumnas, & crucem, & mortem ſponte perferens, vt cunctis fieret palam, iam non per ambages obſcurè dictorum, nec per viſa dormientium, ſed per geſta, mores, vitamque IESV Chriſti eos, qui ad diuinitatis præmium velint peruenire, à mundi ſpe, ac fiducia oportere eſſe remotos. Hoc diuinæ doctrinæ pulcherrimum & maximum documentum hanc ſummam veritatis vim exemplo vnius in carne hominis in poteſtate Dei mun-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do toti exhibitam, & demonſtratam, Maumethanæ legis ſectatores, qui CHRISTVM alioquin miris laudibus extollunt, vt eum quaſi intueri, atque agnoſcere velle videantur, neſcio quo pacto mox hallucinati aſpernantur, atque illa hac quà dedecoroſum putant eſſe CHRISTO, ſi is raptus ad mortem, & in crucem actus ſit, mundani homines nimirum, nihil niſi terrenum, & carneum meditantes, vt qui inſpicere non potuerint, quæ ſit gloria ſpiritualis viri, quamque contraria æſtimationibus humanis. Sed illi quidem ita contagionibus mundi infecti, immerſique penitus ſunt, vt videatur noua illis reperta, quæ eos non ab ignorantiæ tenebris extractos ad veritatis lucem excitaret: ſed quæ vltrò omne in illis lumen, omnem aciem ſpiritualis hebetaret, atque extingueret, penitusque in corpore, atque in corporeis cogitationibus infigeret, quæ primùm eos ad Iudaicas redigit obſeruantias, vt ſpem non minimam ſalutis in illis ponant, deinde nullam artium liberalium atque optimarum magnoperè illis conſectandam proponat. Poſtremò ea illis præmia actæ vitæ in cœlo dat, quæ ſint in hac quoque vita modeſtis, & probis, & ſapientibus hominibus turpia. Sed vides mi frater, dum de iuſtificatione legis, & fidei loquimur, quam multa ſimus de CHRISTI fide perſecuti, per quam ſolam iuſtificari homines apud Deum aſſerimus. FRALE: Hodierno die, mi frater, inquit, omnis mihi ignorantiæ caligo penitus ex animo diſcuſſa eſt, egoque & dies, [illegible] tutus ſum. Nunc enim lucent mihi planè in animo [illegible] myſteria, quæ antè perobſcura eſſe videbantur, cùm quod credendum erat, facilè id quidem, & incunctanter crederem, ſubmitteremque me & ſanctorum patrum doctrinis, & ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ decretis: hodie verò primum quod noſcendum etiam de illis fuit, Dei beneficio, vt noſcam ſum conſecutus. Itaq; quod ſolebat crebrò vſurpari in diſputationibus æqualium meorum, cùm ſic objiceretur, cur tanto tempore pòſt CHRISTVS ad ſeruandum hominum genus venit? quid ita tantum ante ſe ſeculorum paſſus eſt ſine cognitione veritatis præterire? ei ego dubitationi nunc facilimè reſpondeam, eos quicunque hanc vitæ ſectam omni tempore ſecuti ſunt, vt mundum, & mundi commoda, præ cœleſtibus commodis nihil fecerint, ſummamque in ipſo Deo præmium ſibi conſtituerint, per fidem illos CHRISTI cum Deo coniunctos fuiſſe: hoc enim eſt ipſum dei myſterium, qui CHRISTVS eſt, cuius vis tota in hac inductione animi, ſententiaque conſiſtit, vti ab vno Deo præmia in cœlo noſtra expectemus, bona autem & blandicias mundi negligamus, & tamen quod ad perſonam CHRISTI attinet, qui eius tantum hoc myſterium diuino munere habuerunt

cogni-

cognitum, illis eadem bonitas Dei authorem, & caput myſterij profectò indicaſſe credenda eſt, vt vel venturum ſpiritu ante proſpicerent, vel poſteaquam veniſſet, etiam inauditum intelligerent, ſi qui extitere vſpiam, hodieq́ue exiſtunt, ad quos hoc nondum ſanctiſſimum CHRISTI nomen famaq; peruenerit. IAM ILLVD, inquam, Iuli intelligere te quoque puto, quemadmodum homines, qui prius generati mundo ſunt, ex Deo rurſus renaſcantur, & repudiato patre mundo, filij Dei fiant. Hoc eſt illud ipſum myſterium, quod CHRISTVS eſt, qui quà homo extitit, princeps in nomen & genus ſummi Dei adoptione eſt vocatus. Quatenus autem fuit, eſtq́ue myſterium, in illo cuncti, & per illud honorem conſequimur eundem, vt adoptati à ſummo Deo, & filij Dei efficiamur & appellemur. Atq; hæc eſt generatio populi Dei, quę nō ex Iudęis, neq; ex ſemine Abraam carnali illo, & corporeo, ſed ex ſemine fidei, quę in Abraam patre noſtro à principio cæpit, & in proprio verbo Dei, & ipſo fidei myſterio, quod fuit Ieſus Chriſtus, ornandis & frequentandis cœli regionibus diuinitus eſt procreata: de qua, tametſi ipſum CHRISTI myſterium omnibus ante ſeculis occultum extitit, vt nemini prophetarum, ac patriarcharum, ſed ne angelorum quidem cuiquam conſilium Dei de CHRISTO perſpicue fuerit patefactum, ipſa tamen nouæ prolis creatio, & ſanctioris populi conſtitutio, ac nouæ vrbis Hieruſalem ædificatio antiquitus à Deo pluribus prophetis eſt demonſtrata. Quid enim eſt, quod ſic loquitur Dauid? Et anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi, annunciabitur domino generatio ventura, & annunciabunt cœli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus. Et in Eſaia Deus: Alienigenis, inquit, qui apprehendent fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius, quàm filijs, & filiabus, nomen ſempiternum dabo illis, quod non peribit. Nónne & populo, quem Dominus facturus erat, cum diu quidem antea populus Iudæorum eſſet factus, & alienigenis, qui fœdus Domini apprehenſuri erant, hoc eſt planè non Iudæis, nomen melius multo à ſummo Deo promittebatur ſpiritualibus filijs videlicet, quàm filijs terrenis, atque carnalibus, quod idem eſt, atque Iudæis? Quid de ipſo CHRISTO Eſaias, quam aperte, quamq́ue perſpicue, vt videatur penè id ipſum intueri myſterium quod nos occultum fuiſſe dicimus, cum ſic inducit loquentem Deum, Ego ſuſcitaui eum in iuſtitia, & omnes vias eius dirigam: ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non precio, nec munere. Et rurſus vim innuens futuri myſterij: Conuertit, inquit, Deus ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam facit, ſuſcitat verbum ſerui ſui, & conſilium angelorum complet. Vel, cū de nouo populo pręđicit, Am-

bular.

bulare faciam cæcos per viam, quam non nouerunt, per ſemitas, quas non cognouerunt, calcare faciam eos, ponam tenebras ante eos in lucem, & praua in rectum. Nam quid obſecro erat ignotius, quid magis deuium ab itinere publico, quam haſce inuiæ ſemitas, quæ nobis à Chriſto Ieſu monſtratæ ſunt? quas niſi princeps ipſe præeundo indicaſſet, & omnibus impedimentis, obicibusque præſeptas progreſſu ipſe ſuo purgaſſet, atque aperiſſet, nemini eas non modo ingredi, ſed ne diſpicere quidem fuiſſet licitum. ITA EST, inquit, ſed quæſo mi frater, quidnam aliud eſſe iam poteſt, aut myſterio fidei, eiusque effectu, & operatione inter gentes, aut prophetarum vaticinijs iſta ipſa annuntiantibus? cum præſertim omnes ferè, qui à Spiritu ſancto prædocti futurum ſeculum cognouerunt, cum denunciarent populo Iſraëlitico, Iudaicoque excidium, vrbi Hieruſalem vaſtitatem, & mali ſolitudinem regioni, internecionem propè Hebræorum filijs, filiorumque parentibus, repente poſt innumerabiles illas iacturas, & calamitates, tanquam mutato choro concinant corrigentem, reſtituentemque omnia, & ad ſeculum beatius transferentē Dei, vt facilè appareat hominibus non tardiſſimis reiecto carnali populo, alium à Deo ſpiritualem populum inſtitui, quo cum fœdus ſempiternum futurum Domino ſit. RECTE, inquam, loquutus es; ſed quando, quoad eſt nobis à Deo traditum fidei CHRISTI myſterium ſatis aperuimus, cuius cognitio, ſicut ipſa [illegible] ad intelligenda Pauli ſenſa, quæ nimis interdum retruſa, abſconditaque videntur, mirum quantum profutura ſit, videamus nunc de quo ante fuit dubitatum, quid in ſe momenti, aut neceſſitatis ad ſalutem conſequendam baptiſmus habeat. Sic enim, ſi memoria tenes, diſputabamus, non videri nobis iure derogari circunciſioni ipſi illi videlicet, quæ in præputio carnis vſurpabatur, cum in eo ſigno, & velut indicio ſuæ profeſſionis Iudæi ſpem ponerēt, quando eandem nos vim ad amicitiam cum Deo, & ad ſalutem acquirendam in baptiſmo noſtro, quod item ſignum externum eſt, conſtituimus, de quo dicendum eſt, baptiſmum eum, qui ex aqua, & chriſmate ſacro fiat, non eſſe omnino neceſſarium ad fidei iuſtitiam, & tamen quodam modo neceſſarium eſſe. Nam cum ſit baptiſmus profeſſio eius ſectæ, quam ſequi volumus, & cæterarum, quas Deo promittimus, quaſi pactio quædam ore enunciata, ac prolata, & coram Eccleſia, cœtuque fidelium teſtificata, per quam teſtificationem membrum Eccleſiæ, quæ corpus CHRISTI eſt, efficimur, quòd omnes in vnum corpus, vt ait Paulus, baptizamur, ſi incidat caſus, & tempus eiuſmodi, vt recepto, & credito CHRISTI myſterio id ipſum ſtatim factis, & opere eripemus, protinusque mundum reipſa, per alienam tamen vim dimittamus, ad eum finem vtique, vt Deum, & promiſſiones Dei

aſſequa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adipiſcamur , ſalutem abſque hoc baptiſmo ſine dubio inueniemus, ſicut inuenit eam ille latro, qui pendenti CHRISTO in cruce pendens ipſe adhæſit. Quid enim erat opus illi, vt profiteretur Chriſtum ſequi velle, quem reuera ſequebatur ? & mundum velle dimittere, quem tum maxime dimittebat ? Quo in ſupplicio cruciq; & ſi legibus mortem ſubire, ac ferre in corpore cogebatur, animi tamen liber ipſum illum animum, quem in poteſtate habebat, ad præbendum ſe CHRISTO comitem applicabat, propterea que abſq; aqua in ſanguine, & ſpiritu, eſt baptizatus. Quod item in pluribus poſtea contingere potuit, quemadmodum de Emerentiana virgine, & Adaucto martyre monumentis eſt proditum, & ſi qui alij eiuſmodi, quos in ipſa agnitione CHRISTI & fidei myſterium, quod intellexerant, opere ſtatim implentes, atque vt Chriſto coniuncti eſſent, mundum, atq; vitam prompto animo relinquentes, nullo alio accepto baptiſmo, præter hunc ſpiritualem, & inteſtinum, quo nullus tamen ſanctior eſt, ipſa Dei benignitas in gremio ſuæ immortalitatis excepit. At qui poſt agnitionem myſterij, ſpatium habuerũt & commodum ſanctiſſimo hoc baptiſmi lauacro ſe abluendi, & in eo profitendi, quales ipſi erga Deum eſſe vellent, & quo pacto hærere illi, mundumq́ue renunciare præoptarent, ſi facere id neglexerunt, ſalutem quoque hi ſuam, & fidem ipſam eam, quam ſuſceperant, prodidiſſe ſunt exiſtimandi. Aut enim, qui ſic faciunt, per ſuperbiam, contumaciãq; contemnunt, aut agunt profectò perfidioſe, qui cum ſeſe CHRISTO dedere velle ſimulauerint, deditionem ipſam verbis concipere, & confiteri palàm non audeant, neq; Deo ſe per baptiſmum, tanquam per ſyngrapham obligare. Ad hæc accedit, quòd ſi myſterium intellexerunt, dum ipſi myſterij iudicia, teſtimoniaq; nõ vſurpant, exemplo cæteris officiunt, neq; ipſi ad corpus Eccleſiæ, & CHRISTI ſe adiungunt, quod per hoc ſacramentum potiſſimũ in veritate continetur, ſi non intellexerunt, ne illis quidem ſignis, & ceremonijs doceri curant, & admoneri, vt per corporeos eiuſmodi ritus ad ſpiritualem cognitionem perueniant. Quapropter ſancte, & vere ab Apoſtolo eſt dictum: Corde credi ad iuſtitiam, ore autem confeſſionem fieri ad ſalutem. Quippe cum fides cordis ſit, quæ Deo præcipue grata homines ſola credentes iuſtificet apud eundem Deum, oris autem confeſſio & fidem illam cordis comprobet, & iuſtitiam conſeruet fidei, ex qua eſt nobis vera ex Deo vita: quæ quidem confeſſio niſi ſuſcipiatur, quaſi pudendũ nobis myſterium eſſe videatur, quod gloriatione digniſſimũ eſt. Itaq; ab eodem Paulo peropportune eſt adiectum ſcripturæ teſtimonium, ſic dicentis, Quòd omnis, qui credit in illum, non confundetur. De quo & dominus in Euangelio: Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum & ego corã Deo, inquit. Atq;

eadem

eadem iſta in lege veteri, de circuncifione potuiſſent dici, quàm Moyſes de populi illius duritate, peruicaciaque expoſtulans Iſraëlitas, vt eam in corde coram Deo adhiberent, flagitabat. Et Hieremias populum monebat, vt circunciſus eſſet præputium cordis coram Deo, quòd ſpiritualis circunciſio illi, quæ in carne erat, circunciſioni & veritate & honore apud Deum antecedebat, & tamen illam ipſam carnalem circunciſionem prætermittere non erat fas, niſi quòd poſt inuectum fidei lumen circunciſio per baptiſmum ſublata eſt. Baptiſmus autem, vt qui ad ſummum, abſolutumque peruenerit, factus eſt ſempiternus. Iam de operibus mi frater, quæ aſpernantur hæretici, nec ea vllius ad ſalutem momenti dicunt, quam illi ſalutem vna in fide volunt eſſe poſitam, nónne ſublata quæſtio omnis eſt? cum ſi fidei vim, & ipſum myſterium intelligatur, nullis cum operibus malis cum fides cohærere, de illis operibus loquor, quæ ex conſtituto fiunt, & ab animo prauo, maloque ſunt profecta. Nam quin lapſu, & titubatione aliquando poſſit fidelis offendere, nos nihil contra dicimus habitus, propoſitum, deliberatioque delinquendi à vera fide remotiſſima ſunt. Quo enim pacto reliquit mundum, & ad Deum ſe contulit is, qui nihilo ſecius mundi voluptates, & commoda omnia venatur? & quo cupiditatibus ſuis queat ſuperare, iræ, auaritiæque, & ipſi deſeruit ambitioni? Ac nulla quidem tanta non modo eſt, ſed ne eſſe quidem poteſt peſtis, immanitasque vitiorum, nullus tantus aceruus ſcelerum, tam profligata, & perdita in omni flagitiorum genere voluntas, quę ſimulac per fidem CHRISTI adiunxerit ſe propius ad Deum, & mundum propter illius amore repudiauerit atque ipſi Deo ſe totam tradiderit, atque permiſerit, non ſtatim ea, atque eueſtigio deletis omnibus maculis illis, vlceribusque peccati pura, mundaque reſplendeat, & nouæ fidei aduentu ſanctificata, illam cœleſtem induat iuſtitiam, per quam ad Deum proxime bonitate accedat, qua iam hauſta virtute, & tanto illo munere diuinæ liberalitatis accepto quis non intelligat, nihil iam fore illi in cuncta vita propoſitum, niſi vt Deum imitando omnia omnibus bona faciat ſemper, & dicat, ab omni ſemper iniuria, & ab omni terrena, ac ſordida abſtineat cupiditate, aliorum animo æquo iniurias perferat, nihil omnino extraordinarium appetat, ſaluos, atque honeſtos eſſe omnes, etiam inimicos, cum nemine lite, nec altercatione contendat? Quòd qui mundum nihili pendunt, his iſta, quæ diximus, non ſolum facilia factu, verum etiam ſuauia, & iucunda ſunt, & cum fide erga Deum ita coniuncta, vt diuelli non poſſint. Tu vero qui tantum tribuis fidei, vt nihil operibus bonis habendum honoris in vita, & ſalute adipiſcenda putes, amabo de qua fide iſtud ſentis? Nam cum iſta quidem, quæ per IESV CHRI-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vera in vnum Deum fides eſt, non poteſt oratio tua conuenire, ſiquidem illa cordis fides eſt, neque ſolum credit Deo, verum etiam illi ipſi confidit, ex quo ſequitur omnium humanorum rerum contemptio. Tu cum te dicis credere, & hoc vno verbo ſignificaris, vt totum in eo, quantumcunque eſt, quod pertinet ad ſalutem, ponendum eſſe confirmes, confidas autem mundo, cui iudicio eſt oratio, vita, mores denique reliqui tui, tum tantum omni munere perfunctus, quod Deo, & fidei in Deum debitum ſit, erumpas iam liber in omne genus flagitiorum? nihilque turpe ducas, quod libidini tuæ placitum ſit? In mundum totum ingurgites, & cunctis, qui tibi non aſſentiuntur, contumelias dicas, fortunas aliorum direptum eas, matrimonijs nefarijs illigere, ſeruias iracundiæ, vinolentiæ, intemperantiæ, atque ex his luſtris egreſſus ſic demum eructes verbum fidei, vt ex ea pendere vna ſalutis ſpem ſtatuas, nec bonis operibus, & moribus tribuendum eſſe quicquam apud Deum diſputes? Quid tam abſurdum eſſe, aut tam abhorrens à vero poteſt? Quemadmodum porrò Paulum attendis, cuius te dictitas & doctrinam ſequi, & authoritatem? Nónne is palam, & diſerte ponit homines per fidem CHRISTI iuſtificari, & ea quidem illos inſigniri iuſtitia, quæ maior omni humana virtute ſit, vt fidei, iuſtitiæque appareat vnum, atque eundem eſſe conſtrictum ſempiterni vinculo fœderis conſenſum. Porrò iuſtitia ſine operibus bonis eſſe quæ poteſt? Nam & alio loco Paulus, Dei ſumus effectio, inquit, conditi in CHRISTO IESV in operibus bonis, quibus præparauit Deus, vt in eis ambularemus. Nos vero dicamus, quòd ſicut fides adueniens vetera omnia crimina delet, atque diluit, vnaque ſatis eſt ad obtinendam gratiam ſummi Dei, ſic fidem ipſam, poſteaquam aduenerit, hominemque cum Deo coniunxerit, non poſſe eam deinde cum moribus malis cohęrere, propter eam cauſam quidem, quòd nec fides ſine iuſtitia eſt, & praue agendo, rectéque loquendo, non eſt credere id Deo, ſed ſimulare. Ita aut iuſtitiam etiam non es adeptus, ſi fidem verbis tantum, & non corde comprehendiſti, aut ſi eam corde, ſtatim etiam iuſtitia fidem conſecuta eſt. Porrò oris confeſſio ſic valet ad ſalutem, ſi cordis credulitas profecerit ad iuſtitiam. Verum de his hactenus: non enim cognito iam fidei myſterio vlla vel minima dubitatio in his rebus amplius poteſt reſidere. Nos Deum potius precemur, horum vt hominum mentes, in eum ſenſum inducat, vt fidem, quam verbis profitentur, moribus, & iuſtitia teneant, dignique ab eodem efficiantur, quorum ad reprimendas aliorum immoderatas cupiditates, plus etiam exempli, & authoritatis vita, quam perſuaſionis habeat oratio. PRECEMVR ſanè Iulius, inquit, enim Chriſtianum hoc imprimis & noſtrum eſt, atque illi iuſti-

tiæ,

tiæ, quæ ex fide exiſtit, maxime conſentaneum. Nvnc redeamvs ad Apoſtoli verba longo quidem interuallo, ſed tamen non ſine magna, & neceſſaria ratione, illa eſt à nobis facta digreſsio. Expoſuimus enim, & demonſtrauimus, id quod neceſſe imprimis fuit, quemadmodum nemo hominum apud Deum, niſi per fidem Christi poſſit iuſtificari, ſic enim loquitur Paulus: Nunc ſeorſum à lege iuſtitia Dei manifeſta facta eſt, teſtificata ab lege, & prophetis. Legem hic appellans veterem ſcripturam totam, in qua vbique elucent teſtimonia aduentus Christi, & noui illius populi, qui in fide & iuſtitia cum Deo coniunctus, & ſempiterno fœdere cum eo copulatus, futurus erat. Iuſtitia, inquit, Dei per fidem Iesv Chriſti, in omnes, & ſuper omnes credentes. Ex his verbis patet, non eos tantum qui ſe dicunt credere, ſed qui ita crediderunt, vt iuſtitiam fidei adipiſcerentur, illos Iesv Chriſti vere fideles eſſe. Atque vt comprimat ſemper Iudæorum inſolentiam, qui ægre admodum ferebant alios, qui extra legem eſſent fieri ſecum ſocios eiuſdem à Deo muneris & gratiæ, quaſi quibus lex data ante eſſet, his ſolis deberetur & gratia, proſequitur Paulus, Non enim, inquiens, eſt diſtinctio. At quid ita non eſt? aut cur Iudæus non anteponatur Græco? Quia omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria Dei, vt iuſtificentur gratis, ipſius gratia. Quia omnes, inquit, in cauſa pari ſunt, vt nullū à ſe alteri quempiam diſcrimen meriti, ſed apud Deum vnuſquiſque peccando offenderit. Egent ergo omnes clementia, & benignitate ſummi Dei, cuius exercitatio in Deo, ſic etiam glorioſior eſt, quam ſi in benemeritos ſua præmia diſpertiret. Nunc enim totum quicquid eſt virtutis, atque boni, quod per fidem aſſequimur, totum, inquam, ex Deo eſt, & ex diuinis illius iuſtitiæ, bonitatiſque theſauris, cuius ſi eſſemus nos aliqua ex parte nobis ipſi authores, quantum eſſet illud, quod ex nobis præberemus, tantum eſſet de Dei gloria, munificentiaque detractum. Iuſtificamur igitur omnes per fidem, ſola illius gratia, hoc eſt, nullo noſtro merito eiuſcemodi, vt illud donum nobis à Deo debitum eſſe videatur. At quo pacto iuſtificamur? quo pacto etiam ſi in poſterum efficiamur iuſti, veteres tamen culpas, maculasque deponimus? per redemptionem, inquit, quæ in Chriſto Iesv. Nam Chriſtus Ieſus cum ſine peccato vllo eſſet, & tanquam peccator, nihilominus morte eſſet mulctatus, compenſatio huiuſcemodi facta eſt, vt mortus peccatum nobis non debeat amplius exprobrari. Si enim permiſſum eſt, vt qui non peccauit, plecteretur, cur non permiſſum, vt qui peccauit, à pœna ſit liberatus? confuſum enim, & perturbatum iam eſt mortis iudicium. Mortuus porrò eſt Iesvs, non ſuis peccatis, ſed noſtris, quam mortem ipſe ſponte ſuſcepit, vt placato per ſuos dolores & cruciatus Deo, nos mortem comitantem po-

confugeremus. Quid autem iſte IESVS, quemadmodum hoc fuit, aut qua ratione in hanc mentem eſt illapſus, vt tantum amoris erga nos, & pro nobis ſtudij, curæque ſuſciperetur? Quoniam, inquit, hunc Deus propoſuit placamentum per fidem in ipſius ſanguine, Deus ipſemet inquit, non ſolum gratiam, & amicitiam ſuam inſtituit nobis largiri, ſed per quod etiam illam mereremur, adiecit. Dedit enim nobis filium ſuum, à quo ipſe placaretur, & omni veterum noſtrarum iniuriarum memoria deleta, humano generi, per eum reconciliaretur, quod nulla per nos ratione potuit effici. Quiſquis enim noſtrum mortem illam ſuſcepiſſet, licet pro omnibus vnus ſe deuouiſſet, idque egiſſet optimo animo, piaque voluntate: tamen ex infecto genere oriundus vel ſuam ille culpam, nedum ſalutem aliorum redimere potuiſſet. Atque in hoc maxime effulget magnitudo, & maieſtas, & gloria ſummi Dei, qui totum expleuit nobis beneficium ſuum. Nec ſe ſolum placabilem, ſed hoſtiam etiam, qua placaretur exhibuit, vt quo meriti minus noſtra à parte eſſet, hoc magis clementiam, & bonitatem, & iuſtitiam illius deamaremus. Sed licet nihil ex nobis ſit dignum, nihil vim aut rationem vllam meriti contineat, tamen aliquid à nobis proficiſcatur neceſſe eſt, in quo conſiſtat Dei gratia, & iuſtitia, id porrò non eſt operis, ſed bonæ conſtantis erga Deum voluntatis, quæ ſolam per fidem CHRISTI contingere nobis poteſt. Fides enim eſt quæ confidit, & totam ſe committit Deo, quod tum fit, cum & in futurum Deo placere confidimus, & de præterito confidimus omnem ex priſtinis noſtris ſceleribus offenſionem in illa diuina mente penitus eſſe deletam, atque horum vtrunque per fidem in Chriſto IESV aſſequimur, & diſciplinam videlicet agendæ ex Dei voluntate, ac imitatione vitæ, & redemptionem iamdiu meritæ per nos propter peccata noſtra mortis. Quorum vtrunque in ſanguine CHRISTI nobis repræſentatum eſt, quod etiam ipſum ſubtilius eſt videndum, quemadmodum ſanguis CHRISTI peccata noſtra abluerit. Ac primum legem Moyſis ita iubere cognouimus, vt ſanguine ſemper aliquo peccata expientur, cui oportuit legi ſatisfieri, qua de re in epiſtola ad Hebręos copioſe eſt ſcriptum. Sub ea enim lege dum voluit naſci CHRISTVS, illud quoque ex lege facere conſtituit, vt quos liberare redimereque volebat, pro his ſuum ipſe ſanguinem effunderet, ſuum autem, ob eam rem, vt non breuem illam, & cito interituram, ſed æternam, & ſtabilem redemptionem inueniret. Nam ſanguis victimarum, qui pro commiſſo, & perpetrato delicto fundebatur, ſuſceptam quidem antea maculam abluebat, non erat autem futuræ integritatis, & innocentiæ defenſor. Itaque ad eaſdem ſæpenumero victimas, & ad eadem ſacrificia erat reuertendum. Sanguis vero CHRISTI quod

ad peccata vetera attinuit, legis, & ſacrificij propriam expiatio-
nem fecit, quod ad ventura autem, maiore etiam myſterio omne humanum genus eſt complexus. Etenim gentes exteræ, quæ lege non tenebantur, & illam forſitan vim purgandi & expiandi per cruorem victimarum factam non intelligebant, hoc certe documento inſtructæ, eruditæque ſunt, quòd mors illa CHRISTI, illa crux, ille ſanguis cœleſtis, doctrina omnibus nobis extat, quemadmodum vitam nos quoque, & mortem ab illecebris mundi penitus diſiunctam, & in Deo fixam decurrere debeamus. Itaque tum per fidem in CHRISTI ſanguine Deum nobis reconciliamus, ſi in illo ſanguine, illaque CHRISTI morte etiam ascenſione animi, voluntateque commoriamur, id eſt mundi, & vitæ huius blandimentis pro nihilo habitis bonorum omnium ſummam in Deo conſtituamus. Qui enim ſic agunt atque conſtituunt, illi cùm CHRISTO peccatis mortui ſunt & ad fructum æternæ vitæ cum eodem poſtea ſuſcitati. In illo igitur ſanguine, Chriſtique morte, cum fides tota noſtra, tum Dei reconciliatio, & pax nobiſcum facta conſiſtit. Sequitur autem: In demonſtrationem iuſtitiæ ſuæ, ex remiſſione præcedentium peccatorum in tolerãtia Dei. Propoſuit, inquit, IESVM placamentum Deus, in cuius ſanguine ipſe per fidem placaretur, vt demonſtraret iuſtitiam ſuam, & ſummam, immenſamq; bonitatem, per quam remiſit peccata, quæ diu tolerauerat. Illa enim bonitas, illa longanimitas omnipotentis Dei in hoc quoque ſemper apparuit, quòd pertulit, & ſuſtinuit eos, qui peccauerunt: ſuſtinuit autem non vt eos grauius plecteret, ſed vt anſam & occaſionem ignoſcendi in illis inueniret. Huius porrò perpetuæ Dei voluntatis, & clementiæ teſtis fuit IESVS, in quo etiam antiquis, & diu ante mortuis patribus, qui non in mundo omnia ſua defixerant, ſed in Deum bonam partem cogitationum ſuarum direxerant, redemptio eſt facta. Et quoniam hoc eſt Pauli nationẽ aliquando integram, & Eccleſiam Chriſti, & genus hominũ interdũ vniuerſum perinde ætatũ gradib. diuidere, ac diſpertire, ac ſi de ſingulari homine loqueretur, mundiq; ætates, & tempora ætatib. hominis accõmodare: ſic nunc in iſto loco de humano genere toto perinde, vt de homine vno loquẽs, humanitatẽ, & tolerantiã, & bonitatem ſummi Dei, ꝙ ipſe fermè iuſtitiã appellat, qua de re ſatis alibi eſt dictum, quam in ſingulis hominibus adhibet Deus, vt eorum peccata diu, multumq; toleret, expectetq; occaſionem ignoſcendi, atque parcendi, eandem ipſam clementiam, & bonitatem in humano genere toto adhibuit, cuius cum tot ſeculorum ſpatio ſuſtinuiſſet peccata, quo tempore maxime illa percrebuerant, ad ſummumq; peruenerant, præcidit ille tandem patientiam ſuam. Verùm ita pręcidit, vt humanũ genus, quod propter delictorũ, & ſceleris

magna-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

magnitudinē ſummo ſupplicio afficere debebat, ſummo ſibi exſuperaret, vinceretq; beneficio. Atq; hoc eſt dignum Dei natura, & beneficentia, hoc illius benignitati, bonitatiq; conſentaneum. Quid n. eſt, quod agat conuenientius ſibi Deus, quam vt in hunc modum tractet, atq; excipiat eos, qui prauis moribus, opinionibusque imbuti, ignari quid expediat, viam ſibi ipſi muniūt ad exitium, vt ſuſtineat eos videlicet, vt foueat, vt adiuuet, ſi forte velint ſe donando per illius gratiam & miſericordiā liberari. Hæc eſt illa Dei iuſtitia, de qua toties à nobis eſt dictū, quæ maxime demonſtrat, atq; illuſtrat ipſius Dei gloriā, quam nos, qui in CHRISTVM credimus, fiduciamque noſtram in Deo ponimus, per fidem veram imitamur, diuini illa generis, non humani, quam non lex, nō ius ſcriptum, non hominum mores, non parentum diſciplina, ſed fides ſola nobis inſinuat. Nam ſi velimus iuſtitiam interpretari in hoc loco illam, quæ habeat ſimilitudinem legis, quæ ei, qui deliquit, niſi irrogata pœna, veniam dare non audeat, idcircoq; ſanguinem CHRISTI Deus expetiuerit, vt poſſit illo modo quaſi iuri, & legibus ſatisfactione facta, hominibus deinde ignoſcere, videretur altera parte habere iſta res iniuſtitiæ ſimilitudinem. Quī enim æquum, iuſtumque ſit, quò nocens abſoluatur, innocentem condemnare? Quid enim dixerit quiſpiam, nónne CHRISTVS ſanguine ſuo, pro cunctorum peccatis Deo ſatisfecit? Satisfecit enimuero, ſed iſta ſatisfactio ſubtilius eſt intelligenda. Non enim quod in exercitu ſæpe fit, vt cohors, aut legio, ſi reliquerit locum, vel ſignum ſi amiſerit, puniantur pauci, cæteri omni pœna liberati diſcedant, ſic contigit in CHRISTO, vt plecteretur ipſe, reliqui vero liberarentur omnes. Sed hi tantum liberi facti ſunt, qui & mori ipſi cum CHRISTO volunt, vt ſit neceſſe ſi per Chriſtum ſalui eſſe volumus, eandem nos mortem pati, quam ipſe perpeſſus eſt: neceſſe ſit, inquam, non eodem tamen penitus modo. Nam Chriſtus carnem hominis peremit in cruce, tanquam peccati fomitem, vt peccatum extingueret, quod e carne totum exæſtuat, quò nos in illa carne CHRISTI carnem etiam noſtrā fide, & voluntate peremptam haberemus, peccatisq; moreremur. At hoc nemini contingere poteſt, niſi volenti, & Chriſto IESV fidem iſtam habenti. Sic enim nos à morte, moriens liberauit Chriſtus, vt qui ad vitam cum illo conſurgere vellent, carnem ſuam vnà cum illius carne crucifigerent, in quo eſt vniuerſa redemptio, non præteritorum ſolum, ſed futurorum etiam peccatorum. Sumus igitur hac ratione potiſſimum ſalutem conſecuti, quòd volumus Chriſto commori, ſi accidat vt tempus, & veritas ita poſcat, etiam corpore: ſin id minus opus ſit, ſemper tamen volūtate, cuius index nobis myſterij, idemq; ſacramētum, baptiſmus eſt. Carnis autem mors iudicio, & fide, & volun-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tate ſuſcepta, hoc vtiq; in ſe habet, quòd peccato amplius locus nō eſt, viuitq́; deinceps ſpiritualis iam homo, qui eſt ex Deo creatus, non amplius carnalis, qui ab Adam progenitus eſt, vt alio loco Paulus: Veritas, inquit, eſt in Chriſto IESV, deponere vos priori modo viuendi, veterem hominem corruptum per cupiditates deceptionis, & renouari ſpiritu mentis veſtræ, & induere nouum hominem ex Deo conditum, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Atqui tota vis in nobis myſterij, & CHRISTI eſt, vt cum illo in carne commoriamur, & cum eodem vna in ſpiritu resurgamus, neque poteſt quiſpiam ad illam veræ iuſtitiæ vitam cum Chriſto conſurgere, in quo caro peccati non ante ſit occiſa. Quapropter ipſe Chriſtus, qui fuit nobis exemplum, & doctrina, & patris oratio, quod in pleno, & perfecto documento commortis carnis neceſſe fuit, non ſolum voluntate, verum etiam ipſis omnibus modis in carne eſt afflictus. Sic enim ipſe de ſe in Luca pronuntiauit, quòd talia oportuit pati Chriſtum & ſic intrare in gloriam ſuam. Nos vero, qui ab illa tanta perfectione, præſtantiaque IESV Chriſti longe abſumus, ſatisfacimus in eo Deo, ſi promptam voluntatem ad eadem perferenda afferimus. Hanc enim carnem in nobis iam occidere, quod facere plane non poſſumus, niſi ab amoribus mundi prius diuellamur. Vt autem tempus ipſum adigimur, & quod fide voluntateq; conceptum fuit, eſt præſtandum, tunc quantum nobis dominus decreuerit, ferenda, & patienda incommoda ſunt, dolorq; corporis ſubeundus, & ipſa mors toleranda. Hæc enim fides in Deum eſt, & Chriſti imitatio, per quam aditus nobis in cœlum apertus, quem patefecit & aperuit ipſe Chriſtus. Ita & Paulus in Hieruſalem transiturus, adhortans eos, quos in fide inſtruxerat, illud imprimis illos admonet, quod per afflictiones multas oporteat nos introire in regnum Dei, ſiue in voluntate propria ſic conſtituamus, ſiue operibus exequamur. Et ad Corinthios, Semper mortificationem Domini Ieſu in corpore circunferimus, inquit, vt & vita IESV in corpore noſtro manifeſta fiat. Et iterum, Semper nos viuentes in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſta fiat in mortali carne noſtra, aut veſtra, id eſt, carnis noſtræ vita, quæ peccato viuitur, in mortem traditur ob Ieſum, cuius vim, & myſterium in nobis ſuſcipimus, vt in eadem carne ob peccatum mortali dempto, eliminatoque peccato, eadem vitæ immortalitas pareat, quæ in Chriſti Ieſu carne manifeſta eſt facta. Item de myſterio Chriſti euidentius ad eoſdem Corinthios: Quod Chriſtus vnus pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, non amplius ſibi ipſis viuant, ſed ille, qui pro ipſis mortuus & excitatus eſt. Et ad Galatas: Chriſtus dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eripiat nos ex præſenti ſeculo prauo. Et alio loco: Vt Deo viuam,

neque,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inquit, Chriſto concrucifixus ſum, viuo autem non amplius ego, viuit autem in me Chriſtus, & qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cũ affectionibus, & cupiditatib. ſuis. Et eodẽ ſenſu ad Epheſios: Chriſtũ ſoluiſſe parietem ſeptimediũ inter Deum, & nos ait: quo diſtinebamur, & impediebamur, ne iungi, & adhærere Deo poſſemus, ipſum autẽ ſeptum fuiſſe in carne noſtra cum Deo inimicitiam, quam ſoluimus, cũ peccato morimur. Et vt idem ipſe ait: Tunc Chriſtum addiſcimus & in Chriſto edocemur. Et ad Titum: Chriſtus dedit ſeipſum pro nobis, vt redimat nos ab omni iniquitate, & purget ſibi ipſi populum acquiſititium, æmulatorem bonorum operum. Et Petrus: Chriſtus paſſus eſt pro nobis carne, inquit, vt vos eandem mentem induamini, quoniam qui paſſus eſt in carne, deſtitit à peccato. Ioannis quoq; illa per os domini noſtri de carne Chriſti, quæ panis eſt mundi, ſine quo vita eſſe nõ poteſt. Et item de ſanguine plena myſteriorum, & ſublimitatis oratio admodum planè indicat morte Chriſti non tam ſimplici modo peccata noſtra deleri, vt in lege veteri per victimam delebantur, quanq̃ & illi quoq; ritui, & religioni ſatisfecit Chriſti immolatio, ſed plenũ eſſe myſteriũ illius mortis & crucis ad noſtrã liberationem, ſi carnẽ noſtram, cum ipſius mortuã eſſe velimus, ſi Chriſtũ ipſum Ieſum induamus, ſi illius afflictam, & maceratam carnem ſalutari cibo aſſumpto in noſtram ipſorum carnem alendam, nutriendamq; adhibeamus. Sed de vi tota rationeq; myſterii Chriſti quoniam ſatis hoc loco dictum, & fortaſſis alibi dicetur, pergamus ad Apoſtoli verba, qui bonitatem & iuſtitiam Dei in eo magnificans, quod remiſit peccata ea tandẽ diu quæ tolerauerat, alium etiam modum, & tempus vnà cũ modo, quo iuſtitia Dei declarata ſit, adiungit, ſic iterum repetens. Ad demonſtrationem iuſtitiæ ſuæ in hoc præſenti tempore qualiter ipſe iuſtus eſt, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu, hoc ſecundum quod repetitur ad demonſtrationem iuſtitiæ habet expreſſionem, ac ſi diceret, ad demonſtrationem, inquam, iuſtitiæ ſuæ in hoc tempore, quo miſit filium ſuum ad nos videlicet, totumq; ſeſe nobis, & amorem ſuum erga nos patefecit, nec tantum in eo oſtendit iuſtitiam ſuam, quod remiſit, ignouitq; peccata, quæ tolerauerat, ſed quod de illa ſua diuina, ſingularique iuſtitia bonam etiam partẽ in nos per fidem Chriſti deriuauit, vt faceret nos ad imitationem, & ſimilitudinem ſui iuſtos, quod idem eſt, quod ſupra dixerat ex fide in fidem. Per fidem enim eandem Chriſti & Dei iuſtitia in ipſo Deo patuit, & in nobis impreſſa, inſinuataque eſt.

*Vbi ergo gloriatio? excluſa eſt: per qualem legem? operum? nequaquam, ſed per legem fidei. Putamus ergo fide iuſtificari hominem ſeorſum ab operibus legis. An Iudæorum Deus ſolum? non*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*autem & gentium? certe & gentium. Quoniam quidem vnus Deus, qui iuſtificabit circunciſionē ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur abrogamus per fidem? abſit, ſed legem conſtituimus.*

Exclvsa eſt, inquit, ò Iudæe gloriatio tua, qua de lege te iactas nec per aliam legem operum, quæ ſit melior tua, namq; fieri id poteſt, lex enim Iudæorum, vt diximus, vt quæ veri Dei notionem præter cæteras haberet, peccatumq;, & recte factum ex inſtitu, & voluntate dijudicaret, ſola erat idonea, quæ appellaretur lex, nec lege alia ipſa, neq; eius opera alijs operibus poterat vinci, ſed excluſa eſt per legem fidei, dignior enim facta eſt fides, quo authore & interprete cũ Deo nos coniungamus, & ſi minus proprio vocabulo tantum vt legi operum illud legis in fide redderet, lex fidei appellata eſt, quod idem eſt & fides, per fidem n. legis opera, quantũ ad acquirendam iuſtitiam, & Dei gratiam pertinet, principe laude excluſa ſunt, hoc etiam magis, quòd ea ſiquæ, quæ ex lege veniat ad iuſtificandũ cõmoditas, anguſtis illa finibus circunſcripta eſt, & clauſa, & in vna tantum, neq; ea maxima natione habet locum. Iudæis n. duntaxat illa lex eſt lata, vt ſi operib. legis ſolum ſit iuſtificatio, exiguum tantum generis humani, cæteros omnes à iuſtificatione excludi neceſſe ſit. At Deus, qui vnus vbique, & ſemper omniumque omnino nationum eſt Deus, nullis terminis patitur benignitatem ſuamq; beneficentiam concludi. Itaq; vtitur potius fidei inſtrumento, quam legis, quod ad ſalutem omnium longe eſt communius. Nihil autem tam Dei eſt, q̃ omnibus eſſe æqualiter beneficũ, atq; commune. Cum ſi fidei inſtrumentum eſt aptius, eo ſemper vno vtitur Deus, quod in quaq; re eſt optimum. Fides porrò & facilè, & generaliter omnibus eſt expoſita, vt per eam quiſq; poſſit ad Deum ſeſe applicare, atq; conferre. Itaq; ea & circunciſionem iuſtificat, & ſine circunciſione etiam præputium. Neq; nos cũ fidem legi anteponimus, facimus iniuriam legi, tanquam velimus illam antiquare, ſed legem potius ſancimus cũ ad ſuum finem, quò intenta illa erat, eam deducimus. Siue n. lex Dei omnipotentis gratiam præcipue exquirebat, per fidem Chriſti ea voti compos melius effecta eſt, ſiue Meſſiam ſuum beatioris ſeculi authorem expectabat, hic Meſſiam illi Christvm demonſtrauit, ſiue adeo in illis carnalibus corporeiſq; obſeruantijs veritatem ſpiritus illa innuebat, ſpiritualemq; doctrinam quodammodo parturiebat. Hac iam confecta ſpiritus doctrina reddita eſt & ipſa perfectior, atq; completior. Non dicitur autem antiquari, neq; aboleri id quod perficitur, ſicuti nec puer cum ad virilitatẽ perductus eſt, de natura ſua ſubſtãtia amiſiſſe quicq̃, ſed acquiſiuiſſe pfectionẽ magis eſt dicendus.

Quod

*Quid igitur dicemus Abraam patrem noſtrum inueniſſe ſecundum carnem, ſi enim Abraam ex operibus fuit iuſtificatus, habet, quo glorietur, ſed non aduerſus Deum. Quid enim ait ſcriptura? credidit Abraam Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, operanti vero merces non reputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, non operanti autem, verum credenti in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius in iuſtitiam.*

RVRSVS affirmat quantum plus & gloriæ, & gratiæ acquirat apud Deum fides, quàm opera, exemplo patris noſtri Abraam, qui ſi antea etiam in operibus, & actionibus ſuis rectus fuit vir, & iuſtus (hoc enim eſt, quod ait: Quid dicemus Abraam patrem noſtrum inueniſſe ſecundum carnem?) id eſt, quam gratiam, quam laudem ex operibus carnis, humanis ſcilicet, & tanquam ex homine actionibus inueniſſe? qui vt etiam in illis fuerit planè probus inter homines fuit, & inter illos potuit iure ſuo gloriari, erga Deum quidem certè nō potuit. at quamobrem non potuit? quia illius, quam agebat, exercebatq́; inter homines, iuſtitiæ, ipſe ſibi erat author. Sibi enim ipſe conſtituebat, & præſcribebat, quid eſſet faciendum, vt æquitatem cum cæteris, & ſocietatem conſeruaret. Illaque in eo iuſtitia & ab humano conſilio proficiſcebatur, & in humanis opinionibus tota conſiſtebat, vt nulla eſſet in eo Dei gloria, ſed omnis & in homine, & ex hominibus gloriatio. Fides vero erga Deum, & quam Deo Abraam habuit, fecit illum, vt non ſuo iudicio quicquam, ſed Dei conſilio, atque præſcripto ageret omnia. Itaq; & patriam, cognationemq́; ſuam illo iubente deſeruit, & poſuit tabernacula, quibus in locis eſt iuſſus, & ad concubitus vxoris iam deſperatos ſe retulit, & filium Deo præbuit in ſacrificium, & deniq; factus eſt illi in omnibus obedientiſſimus. Quòd ſi opera iuſtitiæ, quæ ab humana voluntate, conſilioq; proficiſcuntur, aliquam habent gloriam, quanto maiorem illa, quæ ab diuinis conſilijs, & voluntatibus ſunt profecta? tanto videlicet, quanto humanis virtutibus diuina virtus, iuſtitiaq; antecellit. Fidei ergo iuſtitia diuinæ non humanæ nobilitatis eſt, in qua & eius, qui credidit, gloriatio tota ex Deo eſt, & ad Deum rurſus conuertitur, vt neque initium, neq; exitus huius gloriæ aliud quippiam ſit, quàm ipſe Deus. Gloriæ autem talis fundamentum eſt fides, quandoquidem in fidem ſolam hæc Dei excellens iuſtitia tranſmittitur. Igitur patere omnibus neceſſe eſt, quantopere ſit fides, fideiq; iuſtitia operibus legis, aut humanis iuſtitiæ actionibus anteponenda. Ac ne ambigui quicquam in conſiderantiū animis relinquamus, omneisq; vt euellamus dubitanciū ſcrupulos, examinet vnuſquiſq; ſecū, & cum animo intus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuo, quæ ſit iſta operum, & quæ fidei iuſtitia. Tum quantum hæc ab illa interſit, intelliget. Operum iuſtitia ea eſt, qua quis in factis, & actionibus ſuis fidens, quòd rectè, atque integrè cum hominibus ſe geſſerit, collocat in illis ſpem cum laudis, tum ſalutis etiam ſuę, vt ſiue ex hominibus, ſiue ex ipſo Deo ſpectandum præmium ſit, paratum ſibi id eſſe confidat non alicuius dono, aut beneficio, ſed merito imprimis ſuo, quod ſic Apoſtolus [illegible] Operanti vero merces non computatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Deberi enim mercedem ſibi putat, qui operas dedit, in quo quædam eſt vnicuique in ſeipſo confidentia & nonnulla etiam vel tacita arrogantia, vt ſibi ille admodum placeat, quiſquis eſt, & honorem perfuncti operis ſibimet tribuat. Dei autem omnipotentis in eo nulla clementiæ, & liberalitatis ſit gloria. Qui vero nullis ſuis meritis, actionibuſve confiſus, conferat ſe ad ſummum Deum, ſatis in illo ſtatuens & poteſtatis & benignitatis eſſe, vt velit, valeatque quamuis impium & improbū per fidem accedentem ad ſe iuſtificare, hic alio genere præſtantioris iuſtitiæ probus effectus oſtendit, atq; illuſtrat maximè Dei præpotentis gloriam. Atq; ille quidem prioris operum ſectator, ſic adhibet in gerendis, ſuſcipiendiſque rebus animum, quatenus tantum legi, hominibuſq; ſatisfaciat. Hic vero alter & ex Dei dono iuſtificatus illas operū, legiſq; iuſtitias commenta quædam terrenarum cogitationum eſſe putat, quæ nil aliud ſint, quàm explicare in eo ſe velle, quod totum applicatio, hoc eſt cum cupiditate, & ſtudio in rebus terrenis eſt, vt inde vt euellaris, ſed quemadmodum ordine quodam, & connatione in illis mouearis, exquirere, hic autem iuſtus Dei, quem is appellat Deus in Abacuc inquiens, Iuſtus meus ex fide viuit, qui per fidem ex Deo & iuſtitiam adipiſcitur, & vitam diuiniore longe modo, & maioris iuſtitiæ ſit compos, legemque ſibi generis vitæ non ex lege operū, ſed ex imitatione Dei conſtituit. Etenim vt à quo aliquid diſcendo perceperimus, cum id poſtea, quod didicimus, adhibemus in vſum ipſi, atque experimur, eius, a quo accepimus ſtudeamus eſſe ſimiles, in quo doctoris noſtri, & præceptoris gloria per nos maximè amplificatur, & oſtenditur. Hic tu Iudæe qui hanc ex fide noſtri iuſtificationem non admittis, qui cunctos ad opera legis reuocas, quemadmodum confirmas gloriam ſummi Dei? Accedunt gentes vt Deo ſeſe offerant, illius gloriam expetentes, illius benignitati confidere paratæ. Quid tu Iudæe? fruſtra inquis laboratis, & adnitimini. non eſt alia ad Deum perueniendi via, ad nos primo confugiatis oportet, & legem noſtram accipiatis, carnemque præputij circumcidatis, atque omnia legis iuſta impleatis, ſi donum vitæ & gratiæ apud Deum quæritis obtinere. Hoccine eſt glorificare Deum? an ſub-

[illegible]

etiam illius maieſtatem in anguſtum velle redigere? qui ſi non poteſt nec parcere, nec iuſtificare abſq; lege, & victimis, vbi illius potentia? ſi non vult, vbi bonitas, ac beneficentia? At enim ſe-cundùm ita conſtituit, vt ſic fieret, rationemq́; & modum, quo ipſe placaretur, in lege inſtituit, nempe tum quidem tarditati tuæ cõ-ſulens, cum tu ſpiritualis diſciplinæ penitus expers, eiuſq; in tuis primis illis rudimentis prorſus indocilis in corpore, & corporeis ſenſibus totus inhærebas. Quin tu recto nunc itinere fidei & hu-militatis tendentes ad ſummum Deum in legis amplius ſemitas, & diuerticula, & ad confractus operum ne coge, cunctasq́; in no-bis virtutis, & iuſtitiæ partes Dei eſſe ſine, & non noſtras, quò ſic & virtus noſtra perfectior, & Dei maieſtas clarior, atq; auguſtior etiam ſit, ſicuti quidem fuit in patre noſtro Abraam, qui non ex operibus ſuis, quæ fecerat, ſed ex fide, quã habuit Deo, meruit iu-ſtificari. Quam præſertim in Deum fidem, non autẽ ex lege iuſti-tiam ſequitur beatitudo à Dauide etiã tuo ſignificata, & teſtata.

*Quemadmodum & Dauid dicit beatificationem hominis, cui Deus imputat iuſtitiam abſque operibus: Beati quorum remiſ-ſe ſunt iniquitates, & quorum obtecta ſunt peccata: beatus vir, cui non imputauerit Dominus peccatum.*

Hic enim certè, qui beatus dicitur, nõ ex operibus legis, quæ minimè ſeruauit, alioquin quomodo eguiſſet, vt ſibi à Deo pec-cata remitterentur? ſed ex ipſa peccatorum dimiſſione cõſecutus eſt à Deo beatitudinem, in qua adipiſcenda nullas ipſe ſuas par-tes attulit, niſi hanc ipſam fidem, quòd credidit à Deo, etiam ſi-ne operibus miſericordiam ſibi poſſe, clementiamq́; præſtari, ac omnem hanc gratiã beatificationis ſuæ ſoli Deo acceptã retulit.

*Beatificatio igitur iſta in circumciſionem? an & in præpu-tium? Dicimus enim quod reputata eſt Abraæ fides in iuſti-tiam, quomodo ergo reputata? cum eſſet in circumciſione, an cum in præputio? non in circumciſione, ſed in præputio, & ſi-gnum accepit circumciſionis notam iuſtitiæ ex fide, quæ fuerat in præputio, vt eſſet pater omnium credentium per præputium, vt reputaretur & illis iuſtitia, & pater circumciſionis his qui non ex circumciſione ſolum, ſed qui etiam incederent veſtigiis eius fidei, quæ fuiſſet in præputio patris noſtri Abraam.*

ISTA, inquit, beatitudo, quæ ex fidei iuſtitia, & propter eiuſ-modi iuſtitiam nobis tribuitur, per quam quidem iuſtitiam dele-cta Deo, omnium peccatorũ noſtrorum maculis ad illius ſum-mam voluntatem omnibus in rebus ſpectandam, atq; exequen-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam, & prompti efficimu r, & habiles, quemadmodum & ipſe Abraam ad parendum in cũctis Deo alacer, & paratus factus deinde eſt Iſta inquam, beatitudo attributa eſt Abraæ, cum adhuc in præputio eſſet, nec dum circumciſionem in ſe admiſiſſet. Nam circumciſio poſt fidem illam iuſtitia iam adepta Abraæ ipſi imperata eſt, quæ futura eſſet indicium, & veluti nota illius ipſius ex fide iuſtitiæ, quã Abraam Deo credens in præputio eſſet adeptus, nota inquam, & indicium Abraæ genus carnale à cæteris gentibus diſcriminaturum. Quoniam enim Deus illa fide Abraæ erga ſe, & in his, quæ ipſe eidem Abraæ promittebat, illius conſtantia & fiducia adductus dignum illum effecerat, in cuius ſemine genus & cognationem ſuam vniuerſo generi humano impertiret, quo clarius extaret ſuæ promiſſionis fides, & ad nationum, ac ſeculorum omnium conſcientiam eſſet teſtata, illo circumciſionis voluit ſigno Abraæ ſobolem diſtingui, quod quidem ſignum futurum eſſet indicium ac monumentum eius promiſſi, & pacti, quod cum ipſo Abraam Deus pepigiſſet, quæ quoniam promiſſio illi ab Deo ob ipſius fidem & fidei iuſtitiam erat facta, ſignum non tantum pacti, ſed illius ex fide iuſtitiæ, quæ id pactum expreſſerat, facta eſt circumciſio. Ita ſignum circumciſionis fuit nota iuſtitiæ, qua Abraam Deo credens in præputio fuit ab eodem Deo inſignitus, atque ornatus. Quod autem hic circumciſionem ſignum iuſtitiæ, in Geneſi eandem ſignum pacti appellat, in quo libro ſic ſcriptum eſt: Et circumcideretis carnem præputij veſtri, & erit in ſignum pacti inter me, & vos. Erat autem hoc pactum et promiſſione Dei cum Abraam eiuſmodi, vt cum hęreditate terrę & multiplicatione innumerabilis poſteritatis id etiam illi pollicetetur Deus, quòd ex ſemine ipſius prodiret olim, in lucemq; ederetur, qui eandem gratiam Dei, & iuſtitiam, terramq́ue reuera æternæ poſſeſſionis in omnes tribus terræ propagaturus eſſet, qui vbi veniſſet, omnibusq́ue fuiſſet factum manifeſtum ex ſemine illum Abraæ ſecundum Dei promiſſionem profectũ eſſe, Deumq; præſtitiſſe, quod fuiſſet pollicitus, tum ſublato circumciſionis ſigno, ꝙ deinde inane, & irritũ futurũ eſſet, ad eam fidem in Deum concurſus cunctorum fieret, per quam Abraam in præputio poſitus Dei amicitiam, & gratiam, inſigneq; ab eo donum cœleſtis iuſtitiæ conſequi valuiſſet: Ita circumciſio, quæ ſignum fidei, ac iuſtitiæ Abraæ in ſeipſa fert, ſi non ſit ſub ſigno fides, ac iuſtitia, non ſignum eſt, & quatenus pactum indicat futuri ex Deo doni, quod in ſemine Abraæ ſanctificarentur omnes gentes, iam exhibito dono amplius ſignum non eſt. Abraam porrò ipſe dupliciter factus eſt pater & generis ſui, ac poſteritatis, per circumciſionem, & humani generis totius per fidem. Pater quidem omnium credentium, cum etiã tunc in præputio eſſet, fidemq; Deo habuiſſet.

rt qui-

quicunque item in præputio conſtituti ſimilem in Deum haberent fidem, ſimili apud Deum iuſtificarentur gratia, fidesq́ue illis in iuſtitiam reputaretur. Pater autem circumciſionis, hoc eſt gentis, & poſteritatis ſuæ: ſi illud tantum ſignum poſteri ſequātur circumciſionis, carnalis tantùm pater. Sin autem, quod ſigno illo admonentur, eiuſdem fidei veſtigiis, quibus ille in præputio progreſſus eſt, velint & poſteri eius incedere, verè illis pater, neque corporis ſolùm, ſed animi etiam ſui, & fidei erga Deum, partæq́; propter eam ipſam fidem iuſtitiæ integram illis hæreditatem relinquens. Ex quo planè patet, fidem vbiq; eſſe & valere omnia: quod quidem ad acquirendam Dei gratiam, & ad conciliandum cœleſtis iuſtitiæ donum ad vnumquemq; hominum ſpectat atq; pertinet, quando nec ſine fide valet quicquam circumciſio, & cum fide præputium circumciſionem non deſiderat.

*Non enim propter legem promiſsio fuit Abraæ, & ſemini eius heredem eum eſſe mundi, ſed propter iuſtitiam fidei. Si enim qui ex lege, hi hæredes, inanis facta eſt fides, & vana promiſsio. Lex enim iram fabricatur. Nam vbi non eſt lex, neque prævaricatio, propter hoc ex fide vt per gratiam, quo firma ſit promiſsio omni ſemini, non ſolùm quòd ex lege, ſed & quòd ex fide Abrae, qui eſt pater omnium noſtrûm, ſicut ſcriptum eſt, Quoniam patrem multarum gentium poſui te.*

PROMISSIO illa, quæ facta eſt Abraæ à Deo, inquit, non ratione legis nec propter legem facta eſt, ſed propter iuſtitiam fidei. Quia enim credidit Abraam Deo, & id reputatum eſt illi ad iuſtitiam, propterea ipſi Deus præclaram illam promiſſionem fecit hæredem eum fore mundi. Quæ promiſſio quanquam non iiſdem verbis in Geneſi eſt perſcripta, ex aliis tamen verbis colligitur, quòd in ſemine ipſius erant ſanctificandæ omnes tribus terræ, atque hæc promiſſio non propter legem Abraæ facta eſt, ſed propter illam fidem, quam is Deo habuiſſet, quod ei præcipienti, ac pollicenti in cunctis credidiſſet, atque obtemperaſſet, propterque eam iuſtitiam, in cuius genere, & nomine fides illa Abraæ à Deo eſt exiſtimata. Ita cùm Abraæ illa tum promittebat Deus, neque legem ita ſpectabat, vt ad eam ſuas promiſſiones dirigeret, neque poſteaquam illa quæ promiſerat, impleuit, id eſt legi, & legis operibus ab eo datum, ſed cùm illi Abrahæ fidei, atq; iuſtitiæ, tributum tum diuinæ imprimis conſtantiæ & veritati. Etenim ſi propter legem & illa promiſſio tunc Abrahæ facta, & pòſt Iudęorum generi eiuſdem ratione legis exhibita fuiſſet, inanis ilicò Abraę fides, & Dei promiſſio irrita extitiſſet. Ac quod ad Abraam pertinet, ſi fuiſſet à Deo ſpectata in ſuis pro-

promiſſionibus lex, quid honoris, quid gratiæ obtinuiſſet apud Deum fides Abraæ, ſi non ipſi, nec fidei eius præcipuè, ac primo, ſed generi, & poſteritati ipſius datum fuiſſet, vt digni tantis à Deo promiſſionibus haberentur, qui in legem Moyſis conſenſiſſent, & ſuum in illa nomen profeſſi, eam religioſè, & diligenter coluiſſent, quando non præuaricatoribus, ſed probis, & rectis ſuam impertitur benignitatem Deus. Quid ergo interfuiſſet vtrum crederet Deo Abraam, necne crederet, ſi non propter ſe, nec propter fidem ſuam, ſed ratione legis, eiusque poſteritatis, quæ ſub lege futura erat, illa à Deo fuiſſet promiſſio [illegible]. Deinde quam Abraæ gratiam poſteri eius debuiſſent, dum hereditatem promiſſorum, quam accepiſſent, nō parenti ſuo [illegible], nec fidei parentis, ſed ſuis operibus retuliſſent acceptam? Immò ne credere quidem firmè Abraam Deo, omnemque ſuam fidem in illius promiſſis conſtituere potuiſſet, ſi legem poſtremùm, & in lege poſteritatem ſpectaſſet illa promiſſio. Quo pacto enim quod pependiſſet ex incertis poſterorum factis, ſpemque conſtantiæ, & ſtabilitatis in alienis voluntatibus ſitam habuiſſet, potuiſſet ab alio quopiam homine non ſuum negotium gerere, nec ſtipulante ſibiipſi tanto poſt venturum tam firmè credi, vt non aliqua in animo ambiguitas reſideret? non eſt autem eiuſdem ambigere, & fidem habere. Quamobrem ſi, ſi qua Abraam fidem habebat, in eo ipſo rurſus dubitare cogebatur, neque fides in eo certa inerat, & quoquo modo facta eſt, certè illi fruſtra eſt facta promiſſio. Porrò ex altera parte Dei, promiſſio Abraæ facta ſi non Abraam ipſum, ſed poſteritatem eius imprimis ſpectaſſet, cauſam nullam grauem, nec dignam tanta maieſtate à Deo habuiſſet, quamobrem ipſi Abraæ potiſſimùm videretur eſſe facienda. Etenim cùm quid cui promittitur, quod ſit illi in eius poſteritate perſoluendum, id cùm præſtatur, & datur, ſi non eius, cui promiſſum fuit, ſed eius, qui pòſt demum accipit, præcipuè habetur ratio, quis non videat inanem & vacuam rationis ac conſilij, leuique potiùs ac futili, quàm graui, & certo authore dignam promiſſionem illam extitiſſe? cuius nimirum ad eum, cui fuerit facta pars omnino nulla pertineat. Deinde ſi ob legem, & legis cauſa facta eſt promiſſio, ob eam rem profectò facta eſt, vt non habentibus legem, ſed ſeruantibus ille honos haberetur, at per legem magis præuaricatores effecti ſunt, qui illam [illegible] uerunt, quoniam vbi lex, ibi eſt præuaricatio, itamque [illegible] aduerſum ſe potiùs prouocauerunt, quàm beneuolentiam, & gratiam illius promeruere. Ergo in omnem partem vana reddita eſt Dei omnipotentis promiſſio. Enim verò in DEVM vanitas non cadit, de quo eſt ſcriptum, In æternum Domine permanet verbum tuum, in ſeculum ſeculi veritas tua. Fidei ergo Abrahæ & cum

fide iuſtitiæ & in eo ipſo, & in poſteritate eius maximè
dedit Devs, quæ parenti ipſi, & capiti generis promiſerat.
que ex fide, inquit Apoſtolus, vt totum eſſet gratia, ac non
merces, propterea que maneret immobilis cuncto ſemini
Dei promiſſio. Quod enim gratis, & innata ſua bonitate
promittitur, id cùm ſolum Devm habeat authorem,
que ab immutabili, & æterno, æternum quoque ipſum,
immutabile eſt. Quod verò labori, induſtriæ, diligentiæque
promittitur, cùm ex hominum pendeat conſiliis, & actionibus,
infirmæ ſemper, & vacillantes ſunt, incertum item ipſum,
ſtabile nullum vnquam habet perenne firmamentum ſtabili-
tatis. Iam fides, quæ digna tantis honoribus à Deo efficitur,
ipſa ex ſe meriti pondus affert, ſed tantùm vt materia for-
ma, ſic illa Dei gloriæ, & beneficentiæ parata, atque expoſita
enim fuerit à Deo diuinæ iuſtitiæ munere inſignita per eam
Dei bonitas, & iuſtitia magis oſtendatur. Quæ ſi fides tantum
gratiæ apud Deum, & beneuolentiæ in Abraam eſt aſſecuta, cur
non item aſſequatur in nobis? aut quamobrem nos non multò
dignius, qui hæreditatem adeamus patris noſtri Abraæ, cum
filij ſimus propter quam fidem illi eſt facta promiſſio,
qui eum carnis duntaxat, & generis agnoſcunt parentem?
Quanquam carnalis illa Iudæis cum Abraam cognatio, hunc à
Deo honorem merita eſt, vt ad eos potiſſimùm docendos, & cõ-
uertendos Dei filius mitteretur, ſi fidem illa filij Dei, ſine qua ſa-
lus eſſe non poteſt, ſuſcipere, & altero quoque genere conſan-
guinitatis, quod ſpirituale totum, & per fidem eſt, Abraam patri
coniungere ſe voluiſſet. Nam & Iesvs ipſe palàm atteſta-
batur ſe ad eos ſolos miſſum eſſe, atque vt oues requireret, quæ
perierant domus Iſraël. Matth. 10. & 15. cap. Sed cùm illi patre
Abraam in carne ſola duntaxat gloriarentur, fidem autem patris
nulla ratione admitterent, neque de ſpirituali genere, quod pre-
ſtantius multò per fidem eſt, quicquam præclarum, aut ſublime
cogitarent, ex primo honore, atque ordine in poſtremum reie-
cti, his qui per fidem filios Abraæ ſe faciebant, de hæreditate Dei
conceſſere. Etenim non carnis conſanguinitas prima ducenda
eſt, ſed potior multò, atque præſtantior, Deique magis naturæ
ſimilis, & proxima eſt ſpiritus cognatio, quæ per fidem ipſam
credentibus ad Deum, & iuſtitiam ab eo adipiſcentibus cum ipſo
omnipotente Deo contrahitur, in qua nos præcipuè Abraæ filij
ſumus; ideoque eſt ei à Deo dictum, patrem illum multarum
gentium fore, carnalium filiorum videlicet, aliorumque ſpiritua-
lium. Porrò fides eſt, Abraæque in nobis imitatio & ſpiritualis
illa ad eum propinquitas, cùm id, quod egit ille, vt parentes,
domum, & patriam ſuam relinqueret, Deoque in alias eum re-
giones,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

giones, & ad ſpes alias vocanti per fidem; & obedientiam ſe deducendum traderet. Item nos agamus, mundumque patrem noſtrum & carnales affectus omnes, præſentiaque mundi bona, ab ipſo Deo vocati libenter dimittamus, ac futurorum ſpe in ipſo Deo conſiſtentes per fidem innitamur. Atq; vt admirans intuere huius ſanctiſſimi, ſapientiſſimique doctoris ſenſa, & cogitationes ex ſummis diuinitatis conſiliis eſſe depromptas, vnde quemadmodum fidei vim, incredibilemque potentiam in ſerenitate Abrææ ante oculos noſtros ponat.

INSTAR *eius, cui credidit Dei viuificantis mortuos, & vocantis ea quæ non ſunt, vt ſi eſſent, qui præter ſpem in ſpem credidit, quod futurus ipſe eſſet pater multarum gentium, ſecundum quod dictum,* Sic erit ſemen tuum. *Et non vacillauit fide, non conſiderauit corpus ſuum iam enectum centum ferè natus annos, nec enectionem vuluæ Sarai, ſed in promiſſione Dei non ambegit incredulitate, ſed corroboratus eſt fide, dans gloriam Deo, & perſuaſus certò, quoniam quod promiſerat, potens eſt & facere. Ideo & reputatum eſt ei in iuſtitiam.*

PATER multarum gentium, inquit, & in eo ſimili quodam modo Deo illi ipſi, cui credidit, quaſi fides ea, quam habuit Abraam Deo ſimilem eum Dei effecerit. Nam cùm Deus vitam reſtituat mortuos, & vocet ea, quæ non ſunt, ſimiliter ac ſi eſſent. Cùm, inquit, in mortuis nihil omnino inſit, & in iis, quæ non ſunt nihil eſſentiæ, in Deo tamen vtraque vtrumq; habent, & vitam mortua, & eſſe non entia, vt ſimulatque Dei voluntas & mandatum adſit, & præſtò ſit, quod non erat, & reuiuiſcat mortuum quod iacebat. Sic Abrææ fides eiſdem ferè ingreſſa veſtigiis, & ſuſcitauit mortuos, & qui nequaquam erant, nec alioquin futuri fuerant, eos vt eſſent, fecit. Ac mortuos quidem ſuſcitauit, quatenus ipſummet Abraam, qui quod ad vim generandi attinet, mortuus iam erat & natura, & corpore, ſic viuificauit, vt idoneus fieret generationi, quam vegetationem pro enecti propter ætatem corporis tam validè ille hauſit, vt non ſolùm ad Iſaac, ſed ad alios complures poſtea liberos noui corporis fuerit propagata. Quà verò illam innumerabilem Abrææ poſteritatem fides eadem progenuit, totque illi nepotes, & nepotum filios, tantamq; ſucceſſionem & ſobolem in lucem & diem & naturam ipſam protulit, qui ſine ea nulli vnquam fuiſſent, hoc fuit in illo vocare eos, qui nuſquam erant, atque fuiſſent. Ita Abraam per fidem eadem ferè potuit quæ Deus ipſe naturam. Verùm ita ipſe potuit, vt omnem ſuam tam ea potentiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiæ Deo, & Dei erga ſe gratia, munificentiaq́; acciperet. Nec enim in his fides Abraæ Dei virtutem eſt imitata, ſed in illa ratione etiam, quod cùm Deus creator omnium quidem hominũ ſit per illam creationem quodammodo pater, pater autem verius atq; coniunctius eorum, qui per fidem illi ſeſe dedentes in eo renaſcentes, ipſum eum imitari, ei obtemperare, bonorumq́; eius hæreditatem præcipuè ſtudent ſibi comparare, ſic Abraam eius multò ſobolis ſuæ per fidem, quàm ſeminis per carnem habendus eſt pater. Ac vt demonſtret quo ex genere fides Abraæ tam firma, quam valens, quàm preter vſum & morem communis incredulitatis fuerit, perſequitur exponens de ipſo Abraam. Qui præter ſpem, inquit, in ſpe credidit, qui cùm reſpiciens ſeſe, vxoremq; ſecum ſuam nullam omnino ſpem generandi haberet, ſed in eiuſmodi ſpe prorſus eſſet peremptus, Dei magnitudinẽ, bonitatemq; attendens, certiſſimam in ſpem venit, viuidusq; effectus in ea eſt, fore ſibi progeniem frequentiſſimæ proſperitatis, eamq́; ſpem, & erga Deum fidem corporis ſtatim vigor ad conferendũ genus, & facultas procreandi eſt conſecuta. Non enim ambegit incredulitate ad promiſſionem Dei, ſed omnes animi, & mentis neruos ad credendum, & confidendum Deo intendit, dans illi meritum gloriam, quòd non ſolùm ex inſtrumento inutili per effœto poſſet Deus efficere quæcunq; vellet, ſed etiam quod promiſiſſet, certò eſſet effecturus, ideoq́; hæc illi fides loco iuſtitiæ æſtimata eſt. At quomodo iuſtitiæ loco? aut vt in Hebræo eſt, iuſtitia? Videtur enim ita eſſe ſcriptum, Et credidit Domino, & reputatum eſt illud ipſi iuſtitia. Quo pacto, inquam, fides Abraæ pro iuſtitia reputata eſt? Quia cùm per operum iuſtitiam mercedem, atque honorem à Deo expectemus, fides in Abraam habita eſt dignior, quæ illa ex Deo præmia aſſequeretur, quæ humana iuſtitia ſibi ſolet arrogare. Ita fides Abraæ in iuſtitiæ loco æſtimata eſt, tantoque præſtantioris, & nobilioris iuſtitiæ, quantò in his honoribus & præmiis fidei tribuendis totum & gratiæ, & liberalitati Dei ſummi fertur acceptum, fructumque illius beneficentiæ, & gloriæ nullum noſtrum meritum, nulla quæ nobis iure debeatur, merces decerpit. Hoc Abraam pater noſter fecit, qui cùm omnino deſperaſſet de ſe & de viribus ſuis omneis ſpei ſuæ partes in Deo vno conſtituit, & ab eo ſolo agnoſceret quicquid acquirebat, atque ita gloriam ſuam & debitam dedit Deo, neque de ea ipſe quicquam humanæ iuſtitiæ operibus imminuit, quod fuit verè credere Deo, atque confidere. Iam cùm ex alio genere Dei iuſtitia, atque humana ſit, quantum quiſque affert de humana iuſtitia, tantum occupat loci, quo accipiat minus de diuina, vt ſi ad hauriendam ex fonte aquam accedamus, hydriamq́; afferamus, in qua nonni-

nonnihil turbulentæ inſit aquæ, neque purum habemus [illegible] ampliùs, neque plenum, quod petebamus, ſic fides vas ad capiendam Dei iuſtitiam ſola idoneum, non debet alterius generis iuſtitiæ, nec operibus, niſi ex diuina iuſtitia factis, vllo modo confidere.

N o n *ſcriptum autem propter eum ſolum eſt, quod imputatum ipſi eſt, ſed & propter nos, quibus debet reputari credentibus in eum, qui ſuſcitauit* I e s v m *Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus fuit propter peccata noſtra, &* *ſuſcitatus ob iuſtificationem noſtri.*

Q v o d de Abraam commemorat ſcriptura, inquit, non eſt eiuſmodi, vt in eo vno debeat valere. Non enim fides propter Abraam, ſed Abraam propter fidem apud Deum gratiam obtinuit, & in eiuſdem honorem fidei iuſtificatus eſt. Quæ ſi in illo tantum fides potuit, poteſt etiam in nobis, vt per eam nos [illegible] Deo grati efficiamur, ſi crediderimus, videlicet & mortuum corpus a Deo denuò viuificari, & nouam prolem per fidem procreari. Atque iſta Abraam in ſemetipſo credidit. Nos in Christo Ieſu eadem credimus Domino noſtro. Credimus enim Christvm Ieſum cùm eſſet in mortem datus ob peccata noſtra [illegible] carnem peccati in nobis ſuæ carnis morte aboleret, [illegible] gueret. Ac ſi legis piacula etiam attendamus, vt ſubiret [illegible] ſupplicium pro vniuerſis, lueretque ſuo ſanguine pœnam, quam populi peccata meruiſſent, ipſeque velut hoſtia [illegible] omne ſuſciperet. Cùm eſſet igitur mortuus propter delicta noſtra, à Deo etiam patre credimus è mortuis eum excitatum [illegible] fuiſſe, & in vitam rurſus, nec iam mortalem reſtitutum, vt nos quoque vnà cum eo, peccato priùs mortui, iuſtitiæ deinceps viueremus. Atque hæc fides noſtra vt ſpiritualior longè eſt, ita etiam præſtantior. Etenim Deus ex Abraam per fidem corporeæ generationis longam poſteritatem pertexuit, per fidem autẽ Christi infinitæ propè ſpiritualis generationis eſt author. [illegible] accuratè illud inſpiciendum eſt, quàm alto, & recondito conſilio Deus fidem illam Abraæ, fidei noſtræ, & corporea in [illegible] gna carneaſque ſeminis, & generis propagationes noſtris [illegible] tualibus procreationibus præmiſerit, qui circumcidi voluctam domum Abraæ, eiuſque poſteritatem in eo membro [illegible] eſt natura factum, attributumque generationi, vt ſigno [illegible] tiſſimùm indicaretur, fidem reddidiſſe Abraæ, quod natura [illegible] ademerat, vt ſi poſteriore tempore qui per carnem genus [illegible] Abraam duxiſſent, ab ataui ſui fide erga Deum deficerent, [illegible] mone fierent illo ipſomet circumciſionis ſigno ſanctius [illegible]

in meliorem ſobolem ſemper Deum ex fide reparaturum eſt. Quod cùm per IESVM Chriſtum & per fidem CHRIſtum, qua Deo credidimus, factum ſit, nouaque ſpiritualis iam, non corporea proles in lucem & veritatem ſit edita, hęrent adhuc tamen Iudæi in carne & pręputio, nec a carnalibus poſſunt in ſpiritualia conuerti. Credimus igitur, IESVM Chriſtum mortuum pro peccatis noſtris fuiſſe poſtea a Deo è mortuis excitatum, quod ipſum fuiſſe myſterium noſtræ redemptionis, quòd & traditus ſit in mortem, donatusque mundo a Deo patre propter peccata noſtra, vt diximus, & ſuſcitatus rurſus ad vitam ob iuſtificationem noſtri, vt nos ad iuſtitiæ vitam reſurgeremus. Peccatum enim in nobis mortis eſt, iuſtitia autem ex fide cauſa eſt vitæ. Abſtulit ergo a nobis CHRISTVS morte ſua peccatum, & reſurrectione ſua tradidit iuſtitiam, vt quemadmodum ille reuixit in corpore, ſic nos in ſpiritu ad iuſtitiam reuiuiſcamus. Quod vtrumque alibi Apoſtolus: Vt mortui peccato, inquit, iuſtitiæ viuamus. Hæc enim virtus eſt fidei noſtræ in Deum per IESVM Chriſtum, vt ſi crediderimus datum eum a patre, & donatum nobis, vt morte ſua in nobis cauſam peccati perimeret, ipſi nos quoque peccatum in nobis interimeremus. Rurſus ſi fidem hanc tenuerimus, ſuſcitatum eum à Deo patre ſuo, poſtquam mortis ſupplicio pro nobis affectus eſſet, & in vitam nouam, deinceps que immortalem fuiſſe reſtitutum, etiam nos cum eo in nouam vitam eiuſdem beneficio DEI conſurgeremus, non illam carnis priſtinam, quam priùs abieciſſemus ſponte CHRISTO commorientes, ſed in eam iuſtitiæ vitam, quæ cum Deo, & cum immortalitate ſemper eſt coniuncta. Suſcitatus eſt ergo propter iuſtificationem noſtri, id eſt, vt nos fide ſuſcitaremur ad vitam iuſtitiæ. Non enim erat ſatis, mortuos eſſe peccato, neque id ſolùm Dei beneficentia erga nos poſtulabat, ſed illud quoque fides noſtra a Deo nobis impetrauit, vt per exurrectionem CHRISTI in ipſa Dei iuſtitia perpetuò iam viuamus, in quo fides noſtra fidei Abraæ, vt ſpiritus corpori, & veritas imagini reſpondere cernitur, ſiue adeò potiùs longè antecellere. Ille enim corporis, & ætatis vitio iam inhabilis ad generandum per fidem eſt adeptus, vt in eo membro reuiuiſceret quod gignendi vim habet. Nos in ea animi parte propter carnis vitium mortui, quæ iuſtitiæ & veritatis & diuini luminis particeps eſt, vimque in ſe continet noſcendi, & imitandi DEI, ac ſeſe ad eum rurſum per ſpiritum applicandi per ſuſcitationem CHRISTI in ea parte ipſa, & in veræ rationis lumine credendo in eo, fidendoque reuiximus. Atque vt ille ſterilitatem deperdidit, fœcunditatem eſt aſſecutus, ſic nos peccatum amiſimus, & iuſtitiam ſumus nacti per fidem, quam in

Deo ſuſcepimus ex morte, & ſurrectione Domini noſtri I[illegible] Chriſti.

IVSTIFICATI *igitur ex fide pacem habemus ad* [illegible] *Deum per Dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum, per quem* [illegible] *introductionem habuimus fide in gratiam hanc, in qua* [illegible]*mus, & gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Neq; hoc ſolùm, ſed glo-riamur in oppreßionibus, ſcientes, quòd oppreßio tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio* [illegible]*, ſpes autem non fruſtratur, quoniam amor Dei effuſus* [illegible]*dibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

POSTQVAM de fide, & vi fidei multa & magna [illegible] nunc ſe confert Apoſtolus, vt ſtatum noſtrum in fide [illegible] cuiuſmodi ſit, oſtendat: cuius verborum ſententiam [illegible] telligamus, illud CHRISTI myſterium, de quo ante [illegible] eſt, in memoria eſt habendum, per quod perſpicuum [illegible] fidem CHRISTI potiſſimùm conſiſtere in eo, vt mundi [illegible]bitis bonis Deum vnum, & ipſius Dei præmia toto animo [illegible]tendamus, quod myſterium quidem ipſemet fuit CHRISTVS. Qui enim huius cœleſtis verè myſterij vim mente [illegible]berunt, hi ſunt, qui per fidem CHRISTO in carne [illegible]tes, in animo, & virtute ad iuſtitiam cum eodem [illegible] qualemcunq; iuſtitiam, ſed illam gerentem imaginem [illegible] ſummi Dei. Hi ergo tales fide iuſtificati pacem habent cum Deo. Hoſtem enim Dei ipſi in ſe interemerunt, carnem [illegible]cet, per quam rectoribus mundi & tenebrarũ harum [illegible] militiæ ſacramento erant obſtricti, quodammodoq; in Dei con-tumeliam viuebant, cùm accepta ab eo naturæ & [illegible] ficia non ad agendas illi gratias, ſed ad contemptum & igno-niam nominis eius conuertebant, hoc perempto Dei hoſte, [illegible] nullo alio modo, quàm per CHRISTVM, & CHRISTI [illegible] fieri potuit, eadem fide iuſtificati per ipſum Dei filium cum [illegible] in gratiam ſunt reconciliati. Ideoq; ait Apoſtolus, [illegible] cati iam ex fide pacem habemus erga Deum per Dominum no-ſtrum IESVM Chriſtum. Neque pacati ſolùm, & in [illegible] cum Deo copulati, ſed per eundem CHRISTVM Dominum noſtrum in hanc quoque gratiam fide peruenimus [illegible] ducente, & introitum nobis aperiente CHRISTO, [illegible] tia inſiſtentes, firmiſque in ea veſtigiis conſtituti [illegible] atque extollimus in ſpe gloriæ Dei. Non ſolùm inquit, [illegible] Deo reconciliati ſumus, vt nihil ab eo iam pœnæ, [illegible]diæ extimeſcere debeamus, ſed vltrò etiam ab eo [illegible] riamque ſperemus, qua ſpe viuimus læti, atque alacres. [illegible]

Si hæc ſpei obſtare videantur, quæ ex mundo damna multa incommodaque exiſtunt, quæ vulgus mala eſſe arbitratur, neque ei putat cum hac Dei amicitia, & ſpe cœleſtis gloriæ conuenire poſſe, reſponſione his Apoſtolus occurrit, exemplo ab gymnicis certaminibus inducto, in quibus qui ſe ad curſum, aut pugilatum apparant, non antequam exercitato per famem, ſitimque, & per labores corpore ſudorem & puluerem, ſolem ipſum ferre, tolerareque didicerint, ad victoriæ ſpem habentur idonei, ſic nos, inquit, non ſolùm extollimur ſpe, quod Dei gloriæ futuri ſumus participes, ſed in illis quoque oppreſſionibus gloriam noſtram ponimus, quæ nos vndique cingunt, & premunt, probè ſcientes, quòd oppreſſio, atque ærumna tolerantiam in nobis confirmat, tolerantia autem efficit probationem. Vbi enim perferre & tolerare didicerimus, tunc probamur, idoneique habemur, neque à cæteris tantùm, ſed à nobis quoque ipſis. Ipſo enim experimento percepimus eſſe nos ad dura, & aſpera perpetienda fortes. Porrò autem ipſa probatio ſpem alacriorem in nobis excitat, magis nos Deo etiam futuros cordi, cui noſtram fidem, conſtantiamque in rebus moleſtis, aduerſiſque exhibuerimus. Quæ ſpes profectò nobis pœnitenda non eſt. Non enim illudimur ab ea, non decipimur, non illa nos nequicquam vt ſperemus facit, quando certus, & fidelis ſponſor illius eſt amor ille erga Deum, quem totis cordibus hauſimus, & Dei item erga nos, effuſus in nos per Spiritum ſanctum, qui ab eodem Deo nobis datus eſt.

Hic Ivlivs, amoris huius, inquit, vel diuini erga nos, vel noſtri aduerſus Deum, ex quo ſpei noſtræ veritas demonſtranda ſuſcipitur, video cauſam ab Apoſtolo Spiritum ſanctum afferri, qui Apoſtolis datus eſt, non occulto ſolùm afflatu, ſed miſſione manifeſta, cùm in flammeis linguis ſingulis eorum diſpertitus eſt, quo quidem Spiritu ſancto certi ſunt facti ſpem apud Deum futurorum bonorum ſuam nequaquam irritam, neque inanem euenti fore. Non enim tantùm habuerunt neceſſe credere, ſed viderunt planè, & tanquam manu contrectauerunt extare erga ſe ſtudium, & beneuolentiam ſummi Dei. Itaque amore ipſi viciſſim aduerſus Deum conflagrauerunt, ſpiritusque idem in illis ſanctus certiſſimus ſponſor & ipſorum fidei, & Dei erga ipſos voluntatis fuit. Nobis verò, qui in hoc mundo ita viuimus, vt quotidianis variarum prælijs cupiditatum expoſita ſit vita noſtra, qui ita ſtamus in fide, vt nonnunquam titubemus, atque vtinam ne nimium ſæpe carni, & cupiditati ipſi concedamus, quid polliceri poteſt certi iſte in Deum amor nullo præſertim perſpicuo Spiritus ſancti dono cõfirmatus? aut quomodo noſtra non poteſt ſpes decipi? Nam quod in hoc loco à

pleriſque ſanctis viris aſſeritur amorem hunc nobis, & ſpiritum ſimul ſanctum in baptiſmo infundi, non mihi ſatisfacit, quippe multos qui videam ſacramento illo initiatos, nec amore tamen erga Deum, nec ſpiritus ſancti vllius participes [illegible]. Tvm ego rem quæris Iuli cognitione dignam, locumque ipſum ſanè acutè es conſpicatus, in quo percontatio [illegible] idonea ſit. Facilè enim hæſitare quis poſſit, vbi Apoſtolus [illegible]nitur valido velle quaſi argumento corroborare ſpem noſtram, quòd vacua, & inanis ea eſſe non poſſit, illud præcipuum [illegible] firmando ponere, quod non minùs ipſum alia [illegible] egeat, & iure quoque illud adiecisti, ſi Apoſtolis ipſis [illegible] ſanctus fuit apertè datus, vt dubitare non poſſent, [illegible]dem, qua illi conditione ad cognitionem tanti beneficij [illegible]catos, quorum imbecillitati conſulendum etiam fuit, [illegible] Paulo argumenta ponerentur, quæ non in præſentia [illegible] verùm etiam ad poſteros vim comprobandi, & confirmandi [illegible] quis fortè labaſceret, eſſent habitura. Veruntamen ad Deum eundem ipſum confugientes, quod in omnibus arduis, & difficilibus quæſtionibus conuenit à nobis fieri, ipſiusque clementiam & bonitatem implorantes oremus ſupplices, [illegible] Spiritu ſancto, de quo loqui inſtituimus, veritatem [illegible] oſtendens ſenſum horum verborum, & argumenti, [illegible] permagna eſt fidei, & ſpei noſtræ confirmatio, [illegible]gnetur. Ac vt reuocem te ſæpiùs mi frater ad [illegible] myſterij fidei, quod eſt Christvs, de quo [illegible]dum locuti ſumus, recordaris profectò vim [illegible] dei erga Deum noſtræ in eo conſiſtere, ſi contemptu [illegible] huius rebus nos totos in Deo penitus conſtituerimus, [illegible]que duxerimus neque expetendum, neque bonum, [illegible] ab eo ipſo nobis promiſſum, oſtentatumque ſit, quo fundamento poſito, videamus modò de Spiritu ſancto, quo ille [illegible] pacto immittatur, & quemadmodum is certiſſimus ſit [illegible] futuros nos compotes cœleſtis à Deo gloriæ. Etenim ſi [illegible] iſtud ipſum, quod myſterium fidei nobis, & Christi [illegible] ipſe enunciat negligenda eſſe terræ bona, & appetenda cœleſtia, verioris eſt iam, & melioris ſpiritus, ac rationis, [illegible]la ſunt, quæ mundo nos, & mundanis cupiditatibus [illegible]ciunt, vt cùm ratiocinamur quærendas eſſe opes, [illegible] honores, expetendam ab hominibus gloriam, ſi hoc [illegible] quod credimus ad cœlum eſſe, & ad Deum ſolum [illegible] dumque is poſſideatur, & teneatur, reliqua pro nihilo [illegible]da, neque de mundo eſt, vt quod repugnans omnino, [illegible]riumq; ſit cogitationibus humanis, & ſpiritus tamen [illegible] ille mundi multò præſtantior, ipſo primo ſtatum [illegible]

Christi diuinioris iam Spiritus incipimus eſſe participes, quàm vt terreni homines exiſtimari debeamus. Atque hæc ſunt les, & primus introitus ad plenam in Deum fidem, quem qui-dem aperuit nobis baptiſmus. Hoc enim ſanctum, imprimiſque ſanctæ Eccleſiæ ſacramentum obices eos repellit, & diſijcit, quos ad aſpernandam fidem Christi prauis imbuta opinio-nibus ſibi ipſa priùs præſtruxerit contumacia. Sed intrandum ſuper eſt. Sequitur enim alterum Spiritus ſancti donum, quo quæ in veteri ſcriptura in corporibus, & corporum actioni-bus deſignata ſunt, nos ad ſpiritualem intelligentiam transfe-rimus. Qui enim aliter Rex perpetuus Dauid, regnum ſempi-ternum, poſſeſſio terræ finem non habitura, templum ſemper ſtabile, chori, cœtuſque illi canentes æternam laudem Deo poterunt ritè intelligi, niſi ad ſpiritum, in quo ſolo eſt perpetui-tas, referantur? Quid valebit circumciſio, quid ſabbatorum requies, quid illa ipſa fides in Abraam, filiique eius Iſaac im-molando, ſi non horum omnium ſpiritualis intelligentia ſit? Quanquam quid ſingula commemorem, cùm quæ in Iudæo-rum legitimis germaniſque voluminibus perſcripta ſunt, ad ean-dem omnia ſpiritus rationem accipienda ſint, quod Iudæi ipſi non vident, vt qui velo interpoſito impediebantur, illo ni-mirum quo Moyſes legem illis promulgans os ſuum obtexerat, cùm nos reiecto velo in faciem ipſam legiſlatoris aſpeximus. Hoc ne inane tibi donum à Spiritu ſancto nobis tributum vi-detur eſſe? Minime verò, inquit ille, ſed & inſigne, & cer-tum, vt iam ex his duobus indiciis ſatis noſſe valeamus, Spiri-tum ſanctum à Deo nobis datum eſſe. Enimvero Ivli cùm alicubi ciens Paulus dicat ſpiritum Arrabonem nobis da-tum futurorum bonorum, hoc eſt eorum, quæ oculis non com-prehenduntur, ſed ſunt cœleſtia, & immortalia, tametſi prin-cipes illum Apoſtoli, ædificatores Eccleſiæ Christi in flamma, & ſonitu etiam acceperunt, vt ſentire eum, videre-que poſſent, num iccirco nos non ſentiemus, quòd eum ocu-lis minimè cernimus, cùm tamen in intimis noſtris ſenſibus, hoc eſt in ipſa cognitione, atque mente illius nobis vis perſpicua ſit? Nam quid eſt habere nos ſpiritum arrabonem futurorum bonorum, niſi quòd cùm ſola ſpiritualia æterna ſint qui ſpiri-tualia intelligat, atque optet, habere eum iam immortalita-tis arrabonem? ſicut ad Corinthios ſcribens ait Apoſtolus: Et-enim qui ſumus in tabernaculo gemimus onerati propterea quòd nolumus exui, ſed ſuperindui, vt abſorbeatur mortali-tas à vita. Qui autem fecit nos in hoc ipſum Deus eſt, qui idem dedit nobis arrabonem ſpiritus, vt iſta ipſa intelligeremus vi-delicet, quæ optamus. Et alio loco: Qui confirmat nos vo-

biſcum in CHRISTVM, & vnxit nos Deus, qui & [illegible] gnauit nos, & dedit arrabonem ſpiritus in cordibus noſtris. [illegible] ad Epheſios: In CHRISTO, inquit, ſperatis, & vos audientes verbum veritatis Euangelium ſalutis veſtræ, in quo & credentes obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ. Certè enim is, qui intelligentiam nobis [illegible] rum veram dat ſpiritus, cùm idem etiam ſpem, & fiduciam [illegible] illorum quæ penes Deum ſunt adipiſcendorum, verè [illegible] nobis eſt accipiendus, vt ſit idem ſpiritus, & doctor, [illegible] futurorum nobis bonorum: quem Ioannes ſpiritum ve- ritatis, eumque à mundo non poſſe capi affirmat, [illegible] non cognoſcit mundus. Qui enim queat noſſe, cùm Spiritus [illegible] ctus nihil omnino rationis cum mundo habens, [illegible] abſtrahat & auellat ab eo, ad ſuperioraque pertrahat: [illegible] mundus in ſuis terrenis ſordibus iaceat obuolutus.

PLANE ita eſt Iulius, inquit, & hoc certè ſpiritu, quod [illegible] ciari nemo poteſt, altiores efficimur, quàm vt in terrenis [illegible] aut animi & mentis lumen, aut ſpei noſtræ fructum [illegible] QVID IVLI, inquam, cùm illas eodem ſpiritu [illegible] virtutes, quibus comparatæ illæ, quæ ex lege, & [illegible] gis ſunt, vſque adeò ſordeant, neceſſe eſt, vt propemodum [illegible] ſtius in vitij partem, quam in virtutis numerari [illegible] cùm non ita ſuum cuique reddimus, vt noſtrum [illegible] ita ſumus benefici aduerſus amicos, vt inimicis [illegible] mur, non ſic fauemus, & ſuffragamur optatis [illegible] dignitatem, & commoda, & fortunas noſtras [illegible] mus, ſed diuino illo genere iuſtitiæ per fidem CHRISTI [illegible] nati, atque repleti, quò proximè accedimus [illegible] pſum Deum in iuuando, benigneque faciendo [illegible] ducimus, quibus cùm quippiam agendum nobis, & com- nicandum ſit, cùm rem, operam, fidem, conſilium, [illegible] temque noſtram inimicis æquè, atque amicis paratam [illegible] ſumus, cùm omnia agimus ſalutis cæterorum cauſa, [illegible] mnino ad nos, ſed ad Deum ipſum cuncta referimus: [illegible] humanas curas & ſolicitudines rerum innumerabilium, [illegible] mundi æſtus hominibus affert, nihil animo commouemur, [illegible] omni motu, tempeſtateque fortunæ tanquam inter [illegible] puli firmi, atque hærentes in ſpe Dei conſiſtimus: [illegible] gerimus, ſic viuimus, ſic proximos exemplo noſtri [illegible] præ nobis feramus ſpeciem non terrenorum hominum [illegible] talium quodam modo deorum. Iſtáne tot, ac tanta [illegible] conſuetudinemque naturæ Chriſtianæ mentis miracula [illegible] profectò appellanda illa ſunt, abſq; manifeſta Spiritus [illegible] ſione patrari poſſe à nobis ac effici credendum eſt: quæ [illegible] [illegible]

...vim habere etiam videntur, clariusque præbere documen- ...potentiæ, & beneuolentiæ ſummi Dei erga nos, necnon ve- ...fidei eius, quam profitemur, quàm ſi mortuorum corpora ...reuocaremus. Siquidem longe potentius eſt, & maiore ...ratione dignum, vniuerſam hominis naturam peremptam ...de principio in patre noſtro Adam, & tot annorum mil- ...in terram defoſſam ac conſepultam excitare ſubito ad cœ- ...& ex corporea ſpiritualem reddere, quam vita defunctos fa- ...reuiuiſcant. EST SANE, inquit. Et vero iſta mi frater mi- ...aperiunt aliquanto etiam euidentiorem ex his eſſe no- ..., quàm fuerit ex igne, atque flamma Apoſtolis, Spiritus ſan- ...miſſionem. Et ſi illi quidem omni ratione illum hauſerunt, & ...rum, quàm nos, multo abundantius, ſed ille ignis tunc, & ...flammæ ſplendor illis datus eſt, vt quemadmodum qui ædificiũ aliquod inſtituunt, & fundamentum ipſi operis explorant, & in- ...tuentur, quò deinde eorum freti fide, ac diligentia qui ſucce- dunt, confidant extructionis firmitati, ſic primæ illi eccleſiæ fun- damenta operis cum iaciebantur, inſpiciunda data ſunt, vt de quo principibus illis omnibus modis fuiſſet compertum, id poſt- ...pro non dubio acciperemus. ATQVI IVLI de his potiſſi- mum virtutibus & potentijs loquitur Paulus, cum Galatas de- ...a ſuſceptione legis, in cuius fuerant ritus, & obſeruan- ...falſis apoſtolis inducti. Qui igitur, inquit, ſuppeditat vo- ...ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auſcultatione fidei id facit? Dum enim manifeſtum, & com- ...indicium ponit virtutes eas, quibus exornantur, qui auſcul- ...fidei, de his profectò virtutibus loqui eſt exiſtimandus, quæ hominem faciunt ipſum in ſemetipſo, quàm in vllis extraordi- narijs operibus & factis admirabiliorem: quanquam, vt dixi, nihil tam extra ordinem ſit, quàm in corpore, carneque humana Deum habere ita coniunctum, vt in omnibus dictis, atque fa- ctis diuinæ ſemper virtutis imago ex nobis effulgeat, quas nimi- rum virtutes, cum ſe ad fidem Chriſti Galatæ contuliſſent, erant conſecuti, vt continentes, vt probi, vt æquanimitate præditi, vt iniuriarum, damnorum, contumeliarumque tolerantes, vt à mũ- di, & fortunæ præmijs, honoribusq; omnibus ob amorem CHRI- STI facilè eſſent diſiuncti. Quarum quidem virtutum ne vmbram quidem, aut ſimulacrum aliquod expreſſius poterat lex in mori- bus cuiuſquam, animoq; formare, ad quã tum quidem legẽ, cum ...ferrent Galatæ, præclaram illam Chriſti, & fidei ædificatio- ...m deſtruebant, vimq; diuinæ iuſtitiæ, quæ homines in cœlum ...pit, & ab omni ſeruitute animos liberat, ſub legem rurſus & ...præcepta legis ſubijciebant, vt fierent ſeipſis eo pacto infe- ...res. ERGO IVRE reprehenſi ab Apoſtolo, & tanquam amentes



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

caſtigati ſunt, inquit. QVARTVM reſtat adhuc, inquam, quod eſt palmarium, quo ſpiritum iam ſanctum in igne & flammas ſuas, largumque ex eo lumen ad hanc Pauli indicandam illuſtrandamque ſententiam tuo arbitratu deriues. De amore ipſo loquor, quem erga Deum ſic toto corde concipimus, vt exuberet largiter, & in omnes deinde proximos etiam redundet, nihilque eſſe nobis gratum, neque iucundum ſinat, quod non ſit Deus. Neque vero idcirco Deum ipſum amamus, quod ſperemus, atque cupiamus ab eo terræ bona, liberos, ſedes, domicilia, fortunas, annuos agrorum fructus in pace, atque otio fruendos. Hæc enim religio eſt Iudæorum propria, ob eam cauſam colentium Deum, vt ipſis bene ſit, & ipſorum liberis in his vtique rebus, quæ incolumitatem, & commoda mortalis vitæ ſpectant. Neque etiam amore in Deum ea gratia accendimur, vt cum hic ad voluntatem noſtram vixerimus, animoque & cupiditatibus varijs fuerimus obſecuti, nec quicquam niſi terrenum, & carnale cogitauerimus, tum demum freti Dei miſericordia, per quam peccatis noſtris ad ignoſcendum facilis eſt, ita cœli præmium ab eo expectemus, vt quicquid in hac vita nobis iucundum, & ſuaue habitum eſt, idem poſtea in cœlo & in altera illa vita nobis repræſentetur, hoc vno differens, quòd tum futurum ſit ſempiternum. Ad hominis ſeneis, & hãc huiuſcemodi beatitudinem Maumethanorum ſecta contenta eſt, hoc deterior etiam, quàm Iudæorum, quòd illorum Moyſis lex à corporeis, & externis obſeruantijs initium ſumens, procedebat ad ſpiritualia. Hæc cum in ſpiritualibus poſt fidei CHRISTI auxilio poſitam ſe comperiſſet ad carnem, [illegible] retrò reuoluta eſt. Verum, vt dicebam, nos non ob hæc tantum Deum amamus, & colimus, quò in his, quæ extra ipſum noſque ſunt, indulgentiam ipſius experiamur, ac benignitatem, ſed ipſum met ipſum, inquam, per ſe diligimus, ipſum appetimus, ipſum volumus, neque eſt in cœlo, neque eſt terra, neque in voluptatibus, neque in magnis honoribus, neque in bonis alijs quicquam, cuius flagremus ſtudio, præterquam ipſius Dei. Hic amor in nobis, atque hæc in cordibus noſtris charitas vbi accenſa fuerit, quis non intelligat conuerſo more naturæ moleſta fore nobis, quæ vulgo ſua via ducuntur, & quæ aſpera cæteris, nobis periucunda? vt quod Paulus hic ait in oppreſſionibus, omnibuſque incommodis gauiſuri ſimus, & de noſtris damnis, calamitatibuſque gloriaturi. EA RE QVIDEM, inquit IVLIVS, quòd tum maxime locum occaſionemque habituri ſumus approbandæ Domino Deo noſtræ erga eum fidei, eximiæque voluntatis. Etenim frater, mecum ipſe, & cum animo meo reputans agnoſco ita ſeſe habere, vt tu dicis, vt cum ad hunc gradum fidei perducti fuerimus, qui amoris, & charitatis totus eſt, tum ſentiamus in nobis

in hominem habitare iam amplius, ſed Deum, ſiquidem maiorem omnia tunc agimus, quod pro humanis viribus. QVID veròm IVLI, inquam, cum & dimidium noſtri tum penitus extinctum ſit, atque adeo multo maxima potius pars, quantum ſcilicet in nobis mortale, & caducum ad terram conuerſum eſt, & in eius loco ſubditum, quod eſt cœleſte, & ſempiternum? Etenim quod iucundum eſt in nobis, quod auarum, quod elatum, quod contumax, quod inſidioſum, quod voluptati, molliciei, cupiditatiq; addictum, tunc euaneſcat totum neceſſe eſt, quibus quidem ex partibus plurima fermè natura hominis conflata eſt, atque ex his conſtat. Illud autem modicum, & nobile, & è cœlo originem ducens, quod plerunque oppreſſum, & redactum in anguſtum coarctatur, ſæpe vndique & à cupiditatibus premitur, & catenatum pertrahitur illo in DEVM amore excitatum, atque adiutum, vimque igneam è cœlo nactum abruptis, aut liquefactis captiuitatis ſuæ vinculis, non in libertatem ſeſe modo, ſed in imperium etiam vindicat, imperium autem eiuſmodi, quo & reliquas partes animi in eundem ſecum erga Deum affectum trahat, & ipſum terrenis rebus iam deinde tanquam ad ſe minime pertinentibus nulla ex parte moueatur. De quo amore, & charitatis dono Paulus ad Corinthios æmulantes inter ſe maiora chariſmata, illudque præcipuè linguarum excellere exiſtimantes: Sectaminine, inquit, meliora chariſmata: etiam præcellentem vobis viam oſtendo, ſectemini charitatem, ſine qua reliqua omnia dona Spiritus ſancti mortua ſunt. ASSENTIOR, inquit, & certiſſimum habeo, cum ad hoc ſtudium amoris aduerſus Deum peruenerimus, nihil eſſe, quod nobis à fortuna metuendum ſit, nihil, quod ab inſidijs hominum, aut violentijs formidandum, maximumque hoc eſſe iudicium intelligo Spiritus ſancti intra nos tabernaculum ſibi ad commorandum ſtatuentis, cum ærumnas, & labores, & res omnes aſperas non modo ſine vlla mœſtitia, ſed cum lætitia etiam ferimus, & cum voluptate. Quemadmodum de Apoſtolis ſcriptum eſt, diſceſſiſſe eos è conſpectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti eſſent, pro nomine IESV contumeliam perpeti. IAM VERO IVLI ſpiritus iſte, de quo iamdudum loquimur, tibi ne videtur præſtantior eſſe, & melior, quam is, qui nos aſſidue in terrenis curis retinet occupatos, an illum tu fortaſſe huic anteponis? EGONE VT anteponam, inquit? Iam fixa eſſem ſententia, quid me fieri poſſet amentius? NEMPE ERGO illum, inquam, qui nos ad cœlum & ſpem æternorum bonorum ſemper vocat, digniorem, & potiorem, & diuiniorem eſſe ſpiritum arbitrare, q̃ eum, cuius hortatu & monitis ſpei noſtræ in terris omnia ſubſidia ponimus? NON arbitror, inquit, ſed intelligo certo. ERGO veriorem etiam, niſi tu ſine veritate præſtare ali-

quid alicui, & dignius eſſe exiſtimas. MINIME, inquit ille, puto, contraq; habeo hoc potius conſtitutum, cum mendax, & falſum quicquid eſt, infirmum id ſemper, & ignobile, ſordidumque ſit, nullam ibi præſtantiam neq; dignitatem eſſe vbi non ſit veritas. Si ergo ſpiritus iſte ex mundo non eſt, & eſt præſtantior multo, quam ille mundanus, ac veritatem omnem in ſe continet, cum aperit nobis fidei CHRISTI myſterium, mundumq; pro Deo derelinquamus, hortatur, cum corporea, & terrena illa opera ad ſpiritualem nobis intelligentiam conuertit, cum diuinis muneribus nos exornat, cum amore in Deum totos rapit, nequaquam eſt pertimeſcendum profectò, nec vel minimum dubitandum, quòd ſpes noſtra nos fallat, quam repoſuimus in bonitate, & gratia & clementia ſummi Dei, nos eſſe illum videlicet in præmium fidei noſtræ, & ipſius gloriam aſſecuturos, cum præſertim is amor, qui in Deum nos inflammat, vnus ſit, atq; idem cum Dei amore aduerſus nos, in eodem enim Spiritu ſancto, qui & amor Dei eſt, & ipſe Deus, in cordibus noſtris inhabitante, & beneuolentia Dei erga nos oſtenditur, & noſtra inflammatur erga ipſum Deum voluntas, ita tamen vt noſtrum hoc ipſum Deum quod amamus, ab ipſo amore in nos Dei profectum ſit. Ille enim nobis plurima nimirum, & maxima amoris ſui indicia oſtendit. Ille virtutes nobis dedit, ille veras intelligentias, ille animi robur ad perferenda aduerſa, ille etiam quo nos ſibi alienos, atque adeo hoſtes in gratiam ſecum conciliaret, filium ſuum vnigenitum in mundum miſit, qui demonſtraret nobis ad immortalitatem iter, & beatam vitam oſtenderet, non in mundi delitijs, & poſſeſſionibus, ſed in ſola fide erga Deum poſitam eſſe, quibus de rebus videamus, quid loquatur Apoſtolus.

*ADHVC enim Chriſtus cum eſſemus imbecilli, tempore opportuno pro impiis mortuus eſt. Vix enim pro iuſto quiſquam morietur. Nam pro bono forte quiſpiam audeat mori. Confirmat autem ſuum amorem in nos Deus, quòd cum adhuc peccatores nos eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo igitur magis iuſtificati nũc in ſanguine ipſius ſeruabimur per ipſum ab ira. Si n. hoſtes cum eſſemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati ſeruabimur, in vita ipſius, non hoc ſolum, verum etiã gloriam habebimus in Deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.*

REVERTITVR Paulus ad id, quod ante dixerat, quòd nunc ex fide iuſtificati cum pacem habeamus erga Deum ſperare poſſumus æterna bona, atque ita ſperare, vt certo illa expectemus,

itate ſic ſe habere ex amore in nobis Dei, & ex ipſo ſpiritu ſancto probauerat, nunc alijs argumentis ex CHRISTO, & CHRISTI morte, ipſoque Dei amore erga nos idem vt comprobet, aggreditur, ſingulis penè verbis arduas multorum quæſtiones explanans, & dubitata diſſoluens. Erant enim qui ſe opponerent, rationem petentes, cur non ante CHRISTVS ad hominum genus redimendum veniſſet. His reſpondet Apoſtolus, quia eramus imbecilli, neque tantum myſterium ferre adhuc poteramus, quando quidem hominum genus tanquam homo vnus primis temporibus ætatis ſuæ lacte, non firmo cibo nutriri neceſſe habuit, ideoq; fuit non Chriſtus populo Iſraëlitico, ſed lex lata, quæ quaſi lactis in eo alendo gereret vices. At cur nunc venit potiſſimum? quia tempus opportunum affuit. Vnde iſta huic temporis opportunitas? huic eſt quæſtioni alijs in locis ab Apoſtolo reſponſum, quoniam hoc pręcipuè tempore omnibus omnino hominibus in foueam interitus propter peccata delapſis magis enituit Dei omnipotentis gloria, & præſtantius erga nos beneficiũ. Quòd ſi idcirco datum nobis fuit, vt probiores, & iuſtiores, & Deo magis dediti redderemur, eo potiſſimum tempore decuit dari, & quo magis gratum nobis, & magis neceſſarium illud beneficium accideret. At quo pacto ſi hominum genus tunc maximè opertum, obrutumq; peccatis extitit, potuit eſſe idoneum, & valens ad capiendum myſterium Dei? Hoc enim præterea etiam videtur poſſe opponi, cui nos quæſtioni reſpondemus, quia tunc maximè ſibi ipſum diffidens de tota ſpe ſalutis ſuæ, habuit neceſſe in Deo ſolo confidere, quæ eſt fidei, & myſterij propria iam virtus, ipſaque Euangelij potentia, per quam vnam ſalui eſſe poſſumus. Nunc ad declarationẽ, & ad Apoſtoli verba veniamus, quibus ipſe exaggerat indicia beneuolentiæ Dei erga nos, quòd pro impijs filium morti, vt liberarentur ipſi, tradidit, quibus ſi adhuc hoſtibus vſque eo indulſit, vt filium ſuum vnicum mori pro eis vellet, quò eos ſecum redigeret in amicitiam, nunc amicis factis non modo perpetuam ſalutem, ſed ne gloriam quidem ſuam eſt denegaturus. Atque hæc quidem in his verbis eſt ſententia, ſi pro impijs enim, ſi pro hoſtibus, ſi pro peccatoribus filium Deus in mortem dedit: multo nunc magis eodem erga nos amore inductus pro fidelibus iam, pro iuſtis, pro amicis, non id modo eſt daturus, vt ab ira tuti ſimus, hoc eſt, ab ea pœna, quam iratus Deus peccatis noſtris potis eſt infligere, ſed vt vitam etiam filij ſui illam iam immortalem, & non terrenam, gloriamque ſuam conſequamur, idque per eundem D. N. I. C. qui ſicut nobis cum Deo reconciliationis fuit author, ita erit vitæ, & gloriæ impetrator. Nam quod interpoſitũ eſt (Vix enim pro iuſto quiſquã morietur, nam pro bono quis forſitan audeat mori) ſenſum iſtum habet, vt

chari-

charitatem CHRISTI magis expendamus, inquit, qui pro impijs, & pro hoſtibus in mortem ſe dedit, ex communibus eam hominum ſenſibus, & affectionibus æſtimemus, inter quos qui pro iuſto volens mortem perferat, nullus fere inueniatur, at pro bono fortaſſe quis eam audentius ſubeat. In quibus verbis vnum vni, iuſtus impio, bonus hoſti redditur. Sed qui pro iuſto animum inducat mori, nemo reperiatur: pro bono aliquis, vt pro filio pater, amicus pro amico, ſeruus pro domino, quod illi, pro quibus morimur, ita amore & affectu cordis propenſiſſimi, vt bonum noſtrum in illis ſit. Pro iuſto autem mori, in quo iudicium tantum noſtrum ſit, non amor præterea etiam, neque animi inſignis affectio prorſus inauditum eſt. Christus ergo in quo neutrum extitit (nam & nobis antea nos impij, & ipſi hoſtes eramus) cum eſt mortuus pro nobis, nouam profectò quandam, & omni inauditam tempore vim amoris erga nos, in Deo patre ſuo & in ſemetipſo oſtendit. TVM IVLIVS: Moueor, inquit, animo vehementer, cum iſta ex te mi frater audio, quæ cum bonus mihi maximi omnium doctoris magnitudinem mentis, admirabilemque ſcientiam, tum beneficium omnipotentis Dei, bonitatemque, & patientiam Ieſu Chriſti ante oculos ponunt, iamque præclarè extare video, quod tu ante promiſeras, ſi quis iſtis ipſis attentius inſpexerit, diligentiusq; Euangelij doctrinam fuerit contemplatus, nequaquam cum vllo tempore de fide Chriſti dubitaturum. Ita illuſtris, & perſpicua verſatur mihi ob oculos fidei noſtræ veritas, multisq; multarum quæſtionum, & difficilibus ſcrupulis per te mi frater, vel per eam potius, quæ tibi tributa eſt à Domino Deo facultatem liberatus ſum, qui & ſi non me illi quidem vel tantulum mouebant, vt vllis Eccleſiæ in decretis hæſitarem: in eo tamen erant moleſti, quod eos ſæpe, quibus cum diſputabam, cum hæc ipſa illi, & alia non pauca obijcerent, per quæ lumini, & veritati fidei tenebræ offundi quaſi videbantur, non poteram, ſicuti quidem cupiebam, ea refellere. Nunc aduerſus illos, & contra omnes præterea calumniantium argutias egregiè armis ſpiritualibus inſtructus, nullum certamen deinceps pro veritate tuenda detrectaturus ſum, nullius vim ingenij formidaturus. Illud tantum doleo, quod ad nos credentes iam peculiariter pertinet, ipſumque ad me imprimis, etenim qui in hac fide Chriſti nati, qui tanti myſterij participes, & conſortes facti, tanto veritatis lumine ſimulatque prodiuimus in vitam, per baptiſmi ſacramentum illuſtrati fuimus, in eamque formam diuino munere vocati, vt ſupra hominis naturam ad ſocietatem, & ſimilitudinem ipſius Dei adiungere nos queamus, quam tamen ipſi Deo gratiam aut quod pietatis ſtudium referimus? videmus multo maxima noſtrorum pars ferè nunquam, nos vero do-

ctiores,

ſiores, & acutiores reliquis volumus eſſe, ſane quam perraro in eam cogitationem deuenimus, vt ſtatuamus nobis pie, & caſte, & ſancte eſſe viuendum? quod tamen conſilium quaſi volucré vmbram celeriter à nobis ſinimus auolare, & cum ſana mente eiuſmodi quippiam decreuerimus, non eſſe nobis à Deo, & à ſpiritu æterno diſcedendum, repente eueſtigio alij facti in id ipſum nos coniicimus, quod fugere meditabamur. Quid eſt hoc? quæ hæc vis? qui animi error? quæ mentium caligo? Cur amor erga Ieſum noſter, quem certè non inficiamur, in cordibus habere, cur beneficiorum ab eo acceptorum memoria, cur fides, cur ſpes, cur diuinum illud vitæ beatæ præmium, regniq; cœleſtis, ac ſempiterni expectatio nos continere in officio non poteſt? Tantum ne iſta valet, quæ circum nos eſt inducta caro? Hæ terrenæ induuiæ tantum habent virium, vt me ſæpenumero omnem cum Deo rationem habere meditantem è cœlo ipſæ deducant, atque eiciant, cupientemque hærere mentis, fideique complexu, in Chriſto Ieſu meo, proturbent inde tamen, diuellantque à beata cura, & ad inquinatas ac ſordidas detrahant cogitationes? Hei quam vereor, ne iſta ingenij, ſcientiæque facultas, quæ nobis idcirco à Deo donata eſt, vt ad eum facilius, amantiusque accedamus, recidat in contrarium fraudique nobis potius ſit, qui quò plus intelligimus, hoc & offendimus grauius, & magis iure plectimur. Noli oro te, inquam, mi frater humanæ nunc ſtatum conditionis deflere, qui ſic facti ſumus, vt nequeamus in hac vita vllo à nobis pacto carnis moleſtias excutere: quippe illæ etiam nobis natura agnatæ ſunt, dieſque, & noctes viuunt nobiſcum, noſque eiuſcemodi habent motus, vt non ſolum rationi noſtræ, ſed ne Dei quidem voluntati ſint obtemperantes. Eſt enim nobis comparatum ab ipſa natura perpetuũ aduerſus noſmetipſos certamen grauisq; & laborioſa dimicatio, cum vt Paulus ait: Concupiſcat caro aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, in qua aſſiduitate pugnandi aliquando carnem ſuperare non mirum ſit. Illam quidem Dei, & noſtri proditionem nefariam refugere debemus, vt ne carni ſpiritum ſubijciamus volentes, quo profectò nihil foret perfidioſius. Quòd ſi mente, & voluntate perpetuò cum Deo erimus coniuncti, quemadmodum ſerenis mœnibus etiam ſi hoſtis volitet in ſuburbijs, ſpes tamen ſalutis adhuc firma eſt, ſic nobis hærentibus in ipſo Deo quàm vehementes, & ſubiti cupiditatum motus poſſunt interdum nos quidem affligere in terram, capere autem, abducereque in ſeruitutem non poſſunt. Ad eam enim ipſam Dei gratiam, è qua pauliſper excidimus, dono illius miſericordiæ cito reſtituimur. Itaque imagine ſimilitudinis quadam, ſi tamen eſt fas iſta ſic proferre, & diuinis aſſimilare mortalia, Chriſtus ipſe quoque in arce

patris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

patris ſui, ſolioq; omnipotentis Dei nihilominus permanens ad carnem accipiendam inter homines delapſus eſt, qui quòd ſolus omnium hominum nullos vnquam eius motus, nullas omnino carnis illecebras ſenſit repugnantes Deo & rationi, fuit hoc diuinæ in eo naturæ, & ſine patre generationis proprium, ad quam nos facultatem non poſſumus aſpirare. Sed nunc mi frater quoniam ad veſperum iam inclinat dies, & iſta ipſa de qua nunc dum loquimur, ad curam ſui nos inuitat caro, concedendum ei eſt, maiorq; nobis fidei noſtræ, qui illam alendam, tuendamque ſuſcepimus, quàm illius iniuriarum ratio habenda. Cras, perendie, quando feſti dies ſunt, perſequemur reliqua. Nunc ambulemus pauliſper ſi placet, animumque ab hac ſeueritate diſputandi relaxemus.

---

# LIBER SECVNDVS.

MAGNA nobis aggredientibus ad hanc rationem, exercitationemq; de Deo, & de diuinis rebus ſcribendi, atq; tractandi, propoſita ſpes fuit, nos non ſolum modo, quod à Deo accepimus, nec cogitationum optimarum, ſi quam eiuſdem Dei beneficio obtinemus, ad eius ipſius, vnde iſta profecta ſunt, honorem, & laudem grato animo conuerſuros, ſed cæteris etiam affectionibus noſtris, quæ multæ ſæpe, & variæ nos à rectis conſilijs proturbant, modum et ijs aliquē, & cum bona ratione concordiam eſſe reperturos. Quæ ſpes, & cogitatio noſtra nos certè non fefelliſſet, ſi, vt mentem, & voluntatem habere in poteſtate, ſic etiam imperare facilè cæteris animi partibus potuiſſemus. Nam cum ea, quæ ſunt conſilij & voluntatis in nobis, ita iam pridem Deo per nos dicata ſint, vt firmiter in eo hæreant, nec videantur vlla vnquā vi inde ſe diuulſura, illam alteram partem infidam, & turbulentam, quæ in affectionum varijs permotionibus conſiſtit, ſic cum alias ſæpe, tum vero in hoc ipſo munere, officioq. ſcribendi, incertam, fragilemque experimur, vt nomen optimi, & chariſſimi fratris, quod nobis ſumpſeramus ad animi iucunditatem per eam nobis conuerſum ſit ad dolorem. Labefactauit enim animum meū, & de conſtantiæ ſtatu conuellit illius nobis adempti, ereptique memoria, quæ hoc etiam acrior remanſit in nobis, quòd graues noſtri caſus, & poſt mortem eius ſecuta tempora ſæpenumero me commonuerunt, quantum mihi in illo opis, atque ſubſidij ad omnes fortunæ motus fuiſſet ablatū. Non enim profectò mediocre aliquid in eo, neq; vſitatum amiſimus, ſed cum ſummum illud ingenium,

genium,

tem, quod cuncti in eo, qui id nouerant, mirabantur, cęteri propter magnitudinē famæ, atq; rei vix credibile eſſe arbitrabantur, tum omni optima arte ſe excoluiſſet, vt non ſolum naturam, & conſuetudinem reliquorū, ſed noſtra etiam, qui inſtabamus, atq; imitabamur, ſtudia ſuperaret, tum ſummus inter nos amor, ſumma concordia, ſumma communicatio rerum, conſiliorumque animorum, quæ ſemper fuit, hanc etiam nunc vim habet in nobis, vt nequeamus, nō & incommodum noſtrum tot in illo rebus iucundiſſimis orbati, & acerbam illius, ac immaturam mortē lugere. octauum enim annum, & vigeſimum vix attigerat, cum ex hac vita migrauit, cum ſi velimus ea, quæ geſſit, & quę conſecutus eſt, expendere, & numerare, nō ille propè adhuc adoleſcens, ſed iam ſenectute fuiſſe functus videatur. Nam vt Latinas, Græcasq; literas à prima pueritia penitus hauſerat, tum legendis, ac perdiſcendis, vtriuſq; linguæ optimis authoribus reliquam, quoad domi manſit, conſumpſit ætatem. poſt ad me conueniendum Romam profectus, cum cerneret genus illud vitæ, quod apud principes cum authoritate, & gratia in maximis rebus agendis, deliberandiſq; verſatur, egregiam quandam habere ad benemerendum de plurimis facultatē, idem ipſe vitæ genus, atq; eadem ſtudia appetiuit. Fuit enim, ſi quiſquam vnquam, ad humanitatem, ad liberalitatē, ad beneficentiam & natura, & voluntate propenſus. Sed vt ad res gerendas omnibus copijs, opibusq; prudentiæ in omnem partem fieret paratior, ad eam ſibi præcipuè comparandam incubuit, quam in omni parte, & actione vitæ plurimum valere ſentiebat eloquentiā. Eam porrò, cum intelligeret ſine philoſophia expolitam planè, atque perfectam haberi non poſſe, admirabili quodam, & inaudito ſtudiorum curſu, omnia Platonis ſcripta Ariſtotelisque perdidicit. Non enim fuit illi ingenium ex eo genere, quod laudare tantummodo & probare, ſed quod admirari, & vt ſuperius hominis facultate, ſuſpicere etiam ſolemus: memoria porrò tanta, vt quæcunque audierat, legerat, aſpexerat, ea vel ſemel notata, atque animaduerſa, in promptu poſtea proferre ſemper poſſet. Igitur translatus ad actiones, & negotia, id de ſe breui tempore præbuit ſpecimen virtutis, humanitatis, integritatis, prudentiæ, vt nulli iam maximè rei non cùm ab ipſo principe, tum à reliquis omnibus idoneus, & par eſſe iudicaretur. Sed nos hæc ipſa in eo intuentes, tum quidem, & admirantes, & ſi in tantis coniunctiſſimi fratris, ad omnem virtutem proceſſibus, gaudio efferebamur, ſpemque non dubiam eximiæ ac dignitatis conſtitutam iam habebamus, tamen quòd vim illam incredibilem ingenij in corpore præſertim tenui, & imbecillo, cuiuſmodi illius corpus fuit, vix diuturnam fore ſperare poteramus, erat quædam admixta cum illa lætitia noſtra

animi

animi pietas, & ſolicitudo, quæ me miſerum tamen non ſefell[illegible]
Atque vt omnia, quæ ante dixi, in fratre mei amantiſſimo, & me-
cum concordiſſimo, quamdiu illis perfrui licitum fuit, vitam mi-
hi iucundam, & lætam effecerunt, ſic illo poſtea adempto, [illegible]
ſuauitate fraterna, illa ſpe, illis officijs, conſuetudinibusque pri-
uatus, acerbum habui penè omne tempus, quod ſecutum eſt. Nec
hoc ex Chriſtiana veritate, ac diſciplina, peccatum enim meum
primus ipſe confiteor, neque in hoc fratri ipſi meo par [illegible]
ſum: ille enim, quoad vixit, cætera ita egit, atque ſolebat ad
Deum ſemper omnia referret. Ego, qui planè habeo [illegible]
taleis animos, atque ita inſtitutas in CHRISTI religio[illegible]
tes, qualis illa fratris mei profectò extitit, non ſibi finem,
ſed immortalitatis initium in ipſa morte acquirere. Mœreo ta-
men, & frangor animo, neque in recordatione optimi fratris
gemitu, & lachrymis temperare poſſum. Quando enim ſibi [illegible]
tale inueniet ſolatium, iam ſeneſcens ætas mea? quando erit
qui mihi illum referat, in cuius item amore, & beneuolentia,
ſicut in illo faciebam, poſſim conquieſcere? Quis mihi poſthac
illam curarum, cogitationumque communionem, & ſocietatem
ſimili cum fide conſenſioneque præſtabit? Atque vt hæc omnia
aliquo Dei immortalis beneficio aliquando mihi contingant,
illum animum excellentem, ac ſingularem, illam vim [illegible]
virtutis, atque ingenij, quis mihi generi, nomini, familiæque no-
ſtræ reſtituet vnquam? ô fallaces ferè ſemper ſperantium, ina-
nesque, & fluxas cogitationes, quæ cum ſibi ſæpe magna propo-
ſuerunt, eaque certo curſu comprehendere iam, [illegible]
tur, repente tanquam vmbris illuſæ, & irritæ, nihil [illegible]
ctatas, ſed tantum ſibi pœnitere reliquum eſſe agnoſcunt, atque
intelligunt, nec tamen iſta omnia, vt contemnant, adducuntur.
Ego cum fratrem non amiſerim meum, ſed in eum locum [illegible]
miſerit Deus, in quo vno beate, & ſempiterne datur viuere, [illegible]
quiddam tamen, quod me angit, & vrget, nec eſſe ſedato ani[illegible]
ſinit, quod mihi fratrem ipſum meum deſideratiſſimum, atque
optimum, dies ac noctes offert, non ad lætitiam animi, quon-
dam vt ſolebat, ſed ad renouandum illius mortis dolorē. Quin
aliquando omnem quæſo abijciamus, & in te, ô bone Ieſu,
omnia vitæ ſolatia potius conſtituamus. Namque has curas &
ſolicitudines rerum humanarum, ſi quis altius in eis ſe merſerit, &
fluctibus illis ferri ſe patiatur, quis non intelligat, non [illegible]
tum ad portum, ſed ad calamitates vitæ, & ad naufragia [illegible]
cere? Vnus eſt portus capiendus nobis, atque tenendus, [illegible]
lumus ſalui, firma in Deo ſpes, & in obtemperando illius volun-
tati dedita noſtra voluntas, quæ etiam ſi vehementiore aliquo
animi motu perturbatur, & exterarum rerum impulſu concu-
tur:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adhærere tamen in Deo parte ſui potiſſima ſemper debet, nequaquam ab eo ſe totam dimouere. Quod ſi humanæ naturæ imbecillitate, noſtra ſæpe conſilia franguntur, quæ ſunt ſua ſponte erecta ad ſummum Deum, tuum eſt, bone IESV præbere te præſentem prolapſionibus noſtris. An tu cum nihil antea rei cum nobis fuiſſet, cum alios quoſdam etiam tunc deos, alios mores, aliam vitam intueremur, in qua quidem ratione cæci, miſeriq; eramus, acceſſiſti vltro ad nos, veritatẽ indicaſti, peccata condonaſti, vitam beatam promiſiſti. Nunc cum volumus, cum admitimur, cum laboramus, ſi nõ omnia prorſus impleuerimus, quæ abs te ad agendam diuiniorẽ vitã præcepta nobis ſunt, iam tu nõ aderis nobis? neq; audies vocatus? nec labenteis manu ſuſtinebis? ſed corruere potius, & allidi patiere? Hem IESV bone, ſuſcipe nos, & qui pro inimicis mortem volens ſubijſti, nos certè iam amicos à morte vindica. Ac ne diutius in hac cogitatione moratur oratio noſtra, cum de Dei bonitate, & clementia ad ignoſcendum dubium nemini ſit, noſque his de rebus pluribus locis dicturi ſimus, redeamus ad ea, quæ nobis inſtituta ſunt, vt myſteria fidei CHRISTI in ipſo Paulo perueſtigemus. Quorum partem aliquam, bonorum ingeniorum dignam cognitione, Deo nobis inſpirante, primo libro aperuimus, alter hic quæ ſequuntur, non inferiora continebit. Nam vt ſurreximus mane, ego & Iulius frater, partemque eam temporis diuinis rebus dedimus, quæ erat bono mori, & religioni debita, tum complexi mutuò inter nos, ducto lectore nobiſcum, ad eaſdem vmbras perreximus, & in eadem, qua pridie fueramus, conſedimus exhedra. Tum IVLIVS: Non dici poteſt, mi frater, quàm me tua heſterna diſputatio delectauerit, eis de rebus habita, quæ tamen ſolæ, aut præcipuè mentes bonas delectant. De Deo enim, & amore Dei erga nos, noſtroque viciſſim ergà eum, qui audiunt, & intelligunt, niſi ijdem penitus ab omni recto ſenſu abhorrentes ſint, iucundos quoſdam motus interioris lætitiæ ſentiant, neceſſe eſt, nequaquam comparandos cum voluptatibus cæteris. Sed me cum alia multa affecerunt, noua mihi quidem, & antea inaudita, quæ abs te prolata ſunt, tum illud admirabile, penitusque reconditum præpotentis Dei conſilium, quo filium ille ſuum vnicum, in carne hominis miſit, ad perhibendum teſtimonium veritati, ita me cœpit, vt nunc iam non credere, nec perſuaſum eſſe, ſed planè tenere, & ſcire mihi videar, CHRISTVM Dominum, ex quo nobis ſit vita, neque aliud nomen eſſe ſub cœlo, per quod credentes, ſalui fieri poſſimus. Proinde ego hac nocte mecum cuncta iſta diutius volutans, & non pauca ſubijciens cogitationibus meis, ſcripturæ loca, præſertimque ex Ioanne: ille enim altius profectò in ipſa diuinitatis conſilia ſe im-

merſit, illam veritatem ſpiritus, & natos ex mundo, aut ex Deo
homines, & quorum non carnis, neque viri voluntas, ſed Deus
pater eſt: tum alia permulta, quæ in eius Euangelio, tanquam
ſemina veræ, & vitæ, & ſapientiæ diſperſa ſunt, hic percepi omnia
probè, & enucleatè, hoc per te introitu mihi patefacto, vt quæ
antea mihi erant perobſcura, nunc lucere ea meridie clarius, &
ante oculos poſita eſſe videantur. Quod idem in Paulo mihi eue-
nturum confido. magno enim lumine ſemel introducto pate-
re omneis receſſus, & angulos quamlibet occultorum lumini ne-
ceſſe eſt. Sed tu, mi frater, intelligentiam huius myſterij [illegible]
commentatione multa, nocturniſq; vigilijs, ac lucubrationibus,
an alia quapiam ratione tibi comparaſti? nam mihi quidem, ſi
fari licet, quod ſentio, quod cum bona venia tua dixerim, hoc
mihi hominis ingenio multo videtur maius. AN VERERIS, ne-
quam, ne mihi moleſtus ſis, meumque offendas animum, ſi ea,
quæ loquimur de Deo, & de conſilijs Dei, a meo tibi ingenio
non videantur profecta? Non ſumus, opinor, tam inſolentes.
Nouimus enim vires, & facultates noſtras. Sed cum commiſi-
mus nos Deo, toto corde, & pectore, vbi quid de talibus agen-
dum, aut diſſerendum eſt, tum quòd menti noſtræ ab eo illu-
ſcit, ſic arripimus, tanquam id anteponendum longe ijs, quæ
diutiſſime à nobis quæſita, & inueſtigata ſunt. Quod ne magis
credas, & mirere, Deum ipſum teſtamur, cui vni debemus,
nunquam ante hunc diem in quo de his agere cœpimus, mihi
huius arcani myſterij, non modo plenam notionem, ſed ne ve-
ſtigium quidem, ad indagandum vllum in mentem veniſſe, quod
nunc repente mihi totum apparuit, vt facilè Dei donum id in-
telligatur, nec tam mea cauſa ab eo mihi tributum, quam & tua
primum mi frater, qui iſta maximè expetis, & eorum deinde
omnium, qui ad Deum propius adiungere ſe volentes, ea, quæ
mundi ſunt, ſpernere, & repudiare ſunt parati. Nam qui in mun-
do curas, & cogitationes ſuas defigunt, ad hæc lumina cœle-
ſapientiæ prorſus ſunt conniuentes, tamque illa ſibi habent te-
nebricoſa, & obſcura, vt nos ea lucere, & clariſſima eſſe intelli-
gimus. Quorum infelix ſanè, & miſeranda eſt conditio, hoc ea-
dem etiam magis, quòd iſti ipſi admodum ſibi ſapere, [illegible]
que eſſe docti, & callidi videntur: qui nobis etiam illuden-
liti ſunt, quòd perſuaſum habeamus, ea nobis præoptanda [illegible]
quæ ad manum non ſunt, quorum autem eſt præſens, [illegible]
poſſeſſio, ea poſthabenda eſſe conſtituamus. etenim mens illa
eſt hoc cœno, ſordibuſque terrenis coinquinata, & obruta, vt
erigere ſeſe ad intuendam cœleſtis ſpiritus vim nullo modo poſ-
ſit, nec in illo altero regno, quod à ſenſibus abſconditum [illegible]
tantum, & rite inſtitutis mentibus manifeſtum eſt, [illegible]

quam

rem ſibi, aut locum deſignare. Qui ſi, vt fidei, & CHRISTI iam nunc omittamus, virili ſaltem animo, & conſilio forent initi, ſine vlla nimirum dubitatione, ſtatuerent plus eſſe in reponendum, quæ ſempiterna promittuntur, quam illis tribuendum, quæ certo noſcuntur eſſe interitura. Quid eſt enim dementius, quàm ijs confidere quenquam, & gloriari, tanquam in, quæ ſua eſſe non poſſunt, atque illa contemnere, quæ ſi haberi poſſent, propria illi, & perpetua ſemper eſſent? Cum vero, ſi fidei CHRISTI vim, & diuinæ naturæ bonitatem attentius inſpiciamus, neque inanis ſpes noſtra, nec Dei fallax promiſſio eſſe poſſit, quis erit tam auerſus à vero, qui fidem noſtram, inanem, infirmamque credulitatem, ac non ſtabilem, ſingularemque ſapientiam, illam autem rationem, quæ mundum magis ſequitur, cognitionem certam, potius quam leuem in opinando temeritatem eſſe conſtituat? TVM IVLIVS, Veriſſima ſunt hæc, mi frater, inquit. Namque & ego fidei vim tacitus mecum contemplans, plus etiam ſapientiæ in ea, quàm credulitatis, videor agnoſcere, quanquam ineſt quidem vtrumque, ſed illud magis. nam & confidere Deo, magis quàm mundo, verioris ſapientiæ eſt, & ſempiterna appetere, potius quàm mortalia, animi multo præſtantioris. At enim iſta à ſenſibus remota ſunt. Quid tum? nónne & in iſtis curis, & cupiditatibus, quæ mundi ſunt, ſæpe ea, quæ poſſidentur, & tenentur à nobis, ſpe plus habendi, vel in honore, vel in pecunia erogamus, atque effundimus certumq; quod eſt abijcimus, vt quod incertum, conſectemur: in quo crebrò ſolet cupidos homines fortuna ipſa refellere. Atque hoc illis eo incommodius accidit, quòd infinitis prius ſumptibus, laboribusque iactati, etiam ſi aſſequantur id, quod concupierant, in quo ſperarant, tandem ſe quieturos, in eo ipſo maximè inducti, atque decepti, omnium curarum ſtimulis, & ſolicitudinibus anguntur. Noſtra autem fides, hoc eſt, IESV Chriſti, ea nobis ſola optanda, ſperandaque proponit, quorum non in adeptione ſolum beatitudo, & immortalitas, ſed etiam in ipſa ſpe, atque expectatione iucunda vita conſiſtit. Non enim pollicetur nobis quicquam exiguum, aut mediocre, neque quod cum alia re, ſi comparetur, ex ipſa contentione tenue, aut aſpernabile queat videri, ſed ipſum omnium rerum caput, naturæ totius principem, fontem lætitiæ, veritatis, immortalitatis, propria nobis poſſeſſione promittit, atque offert, cuius tam præcelſi muneris magnitudinem, ſi vere volumus pendere, atq; æſtimare, omnis e mundanis voluptatibus delectatio, omnis amplitudo imperij, atque honoris, cœnum nobis, & ſordes præ illo videatur neceſſe eſt. Etenim omnes Deum, etiam inuiti, aut ignorantes appetimus, ſummumque in eo bonum noſtrum, ſi non cogitato,

& explicito mentis conſilio, at tacita naturæ cupiditate conſti-
tuimus. In Deo enim omnes conditi, & facti ſumus, in illo & vi-
uimus, & mouemur, quantumque ad illum contendimus appro-
pinquare, ad eumque nos adiungimus, tanta nobis noſtrimet &
eius, quo vere ſumus, ſemper fit acceſſio, quæ vſque ad diuinita-
tis conſortium nos pertrahit, deosque eſſe facit, vt omni morta-
litatis fragilitate, morteq; calcata, in ſempiternis gaudiis, hono-
ribusque viuamus. Hoc vnum prorſus, ſi incomparabile donum
eſt, ſi digna Deo vox hæc, & tanti præmij in eo fidentibus, tale
repromiſſio, vox, & oratio Dei iſta ipſa CHRISTVS eſt, quo lo-
cutus eſt nobiſcum Deus, quomodo optime, & commodiſſime
loqui potuit, Chriſti IESV videlicet exemplo, vita, ſermonibus,
per eum ipſum nos admonens, vt a mundi cultu, amoreq; auulſi,
omneis in ſe vno amores noſtros poneremus. Atque hæc vera &
vnica in Deum fides eſt, quam ſequitur diuinæ imitatio iuſtitiæ
cui quidem iuſtitiæ ſimilis & par vita coniuncta eſt particeps
ipſa diuinitatis, atque eiuſdem cum ea ſempiternæ beatitudinis
conſors, ad quam per vnum CHRISTVM eſt aditus. Ipſe enim
eſt illud ipſum myſterium, quod eſt abnegare mundum, & in vno
Deo ſpem ponere, quemadmodum ipſe in Ioanne [illegible],
qua diſcipulos commendat Patri: Ego dedi eis, inquit, ſermo-
nem tuum. Dediſti planè IESV bone, quippe, qui temetipſum
nobis, & ſaluti noſtræ tradidiſti. Et mundus eos odio habuit.
Quid ita vero odio habuit? quia non ſunt, inquit, de mundo.
Iam enim deſeruerunt, iam repudiauerunt mundum, & idcirco
odio ſunt apud illum, quem ipſi contempſerunt. Quare de mun-
do non ſunt? nónne & in mundo, & de mundo erant? erant
enimuero, ſed vt me conſequerentur, à mundo ſunt diuulſi, at-
que abſtracti. Quia & ego, inquit, non ſum de mundo, de mun-
do non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Quid autem quan-
hoc tantum eſt, non eſſe de mundo? & eſſe in hoc ſimilem tui?
quia aliter, inquit, vere ſancti eſſe non poſſunt. Sanctifica eos
Pater in veritate. quæ eſt iſta veritas? Sermo tuus, inquit, veritas
eſt. Quid iſte ſermo, quid, inquam, eſt? vt abnegetur mundus
& ſolus expetatur Deus, quandoquidem vtrique ſimul dediti eſſe
non poſſumus. Iſte ſermo ſi in ſeipſo ſpectetur, & in natura ſua
veritate pendatur, Deus ipſe eſt, qui in CHRISTO fuit cum ho-
mine coniunctus, ſi in nobis vera eſt iuſtitia, & ſanctitas, [illegible]
in nos per Chriſtum IESVM ab eodem Deo infuſa, atque coniun-
cta, in quo fidei CHRISTI diuinum planè myſterium [illegible]
Atque hic idem ſermo, primò vt ex ore Dei egreſſus, & prolatus
eſt, à Deo in mundum fuit miſſus, qui fuit CHRISTVS. Deinde
per nos à CHRISTO in eundem mundum propagatur, vt præ-
dicantes omnibus diuinam veritatem & tanquam palmites a
vite

in fructum vberem ferentes, quàm plurimos in vnum quaſi corpus coagmentemus, quod vno capite CHRISTO, pluribus autem membris huius totum ſermonis veritate, tanquam vnius ſpiritu animetur, ac regatur. Sed ego nimium longe progredior, teq; ab inſtituta interpretatione impedio, ſed ignoſcas frater, ego enim nocturnas meas cogitationes ardore animi quodam erga Deum incitatus, quin exponerem tibi, continere ſane me non potui. FECISTI planè bene, mi chariſſime frater, qui heſternis diſputationibus noſtris, extremam manum impoſuiſti, remque ita expoliſti, vt ſic demum fore perſpicuum iam inter omnib. noſſe iſta volentibus, fidem in Deum illam, quæ à Deo ſola ſit, & quæ vna hominibus veram tradat iuſtitiam, eamenque iuſtitiæ adiungat immortalitatem, niſi in CHRISTO per CHRISTVM nequaquam haberi poſſe. Quapropter hoc insigni & primario fidei myſterio, DEO nobis reſerante, iam indicato atque monſtrato, ad reliqua in ipſo Paulo examinanda accedamus. Quod vt ordine inſtituto melius fiat, lege tu in Codice quod ſcriptum eſt.

Propter hoc, *ſicut per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines mors commeauit, in quo omnes peccauerunt, vſque enim ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputatur cum non eſt lex. Verum regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen etiam in eos, qui non peccaſſent, in ſimilitudinem præuaricationis Adam, qui eſt forma futuri.*

CVM SVPRA dixiſſet Apoſtolus, de quo heri ſatis fuit diſputatum, nos in CHRISTI morte, & ſanguine Deo patri fuiſſe reconciliatos, & quod, ſi ille hoc pro nobis, cum adhuc eſſemus inimici, egerat tamẽ, & perpeſſus fuerat, vt filium in mortem pater pro nobis traderet, filius mortem eam ipſam libente animo ſuſciperet: multo nunc magis amicis iam factis vitã illam, quam ipſe recuperaſſet à mortuis excitatus, immortalemq́ue iam poſſideret, CHRISTVM nobis daturum eſſe, & communicaturum, ne Iudæus poſſit mirari, & forſitan hæſitare, quid nobis cum CHRISTI morte, & ſurrectione ſit, aut quo illa pacto pertineant ad nos: Eodem, inquit, quo peccatum, & mors Adæ in nos, hoc eſt, in omne hominũ genus fuſa eſt, & propagata. Sicut enim in peccato Adæ proprio, & voluntario, illiusq; morte nos nulla noſtra peculiari culpa, ſimilitudine tantum illius præuaricationis, comprehenſi ſumus, vt & peccatores ſimus pariter, & moriamur: ſic in CHRISTI morte, & ſurrectione nos nulla noſtra propria virtute, & iuſti coram Deo effecti ſumus, & vitam

nouæ huius iuſtitiæ comitem accepimus, purgati enim à peccatis, atque illis mortui in ſimilitudine mortis CHRISTI, & in ſimilitudine eiuſdem exurrectionis ad iuſtitiam reſtituti, vitam eandem iure, quam ipſe habet, conſequimur. Quemadmodum enim in Adam, qui typus fuit, & forma humanæ ſpeciei totius, quæ ex eo erat oritura, impreſſio peccati, & mortis inuſta eodem exemplo peruaſit in nos, & in totũ poſterum genus permanauit, vt quod ab illo iudicio, & voluntate patratum fuit, id [illegible] ea, quatenus ex illo progeniti ſumus etiam nil tale cogitantibus, naturale ſit factum, quòd à principio, & capite generis noſtri diſſimiles eſſe non poſſumus, ſic in CHRISTO, qui [illegible] conſequentium, cum hominum mors pro aliorum peccatis ſuſcepta, vitaque mox recepta, & peccatum interemit in hominibus, qui è Deo geniti ſunt, hoc eſt, ſpirituali generatione procreati, & iuſtitiam eiſdem, vitamque inſinuauit. Ac ſicut propter Adam, non noſtram nos, ſed illius mortem morimur, hanc communem videlicet, quæ in nobis naturæ eſt, in illo fuit culpæ, ex qua deinde culpa extitit, & facta eſt moriendi natura, ſic propter CHRISTVM à mortuis excitatum non noſtram viuimus, ſed CHRISTI ipſius vitam, illam iuſtitiæ ſcilicet, quod propria illa vita CHRISTI, facta eſt fidelibus cunctis communis. Mortuus enim nobis eſt CHRISTVS, vt nos illi viuamus. [illegible] ad Corinthios, Si vnus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes fuere mortui. Et pro omnibus mortuus fuit, vt qui viuunt, non amplius ſibi ipſi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & ſurrexit. In CHRISTO autem mors, vt non peccatum eius proprium, ſed noſtrum ſecuta eſt, ita iſta vita recta, atque [illegible] nobis per eum tradita, non propriæ noſtræ, ſed diuinæ in nobis per fidem iuſtitiæ eſt comes. Quod alibi Paulus innuit, ſic inquiens, Omnia duco eſſe quiſquilias, dum CHRISTVM lucrifaciam, & reperiar in eo, non habens meam iuſtitiam ex lege, ſed eam, quæ per fidem eſt CHRISTI quæ ex Deo eſt, iuſtitiam [illegible] fide. Exemplum itaque & vis ex forma mortis, & ſurrectionis IESV Chriſti ſimilitudine eadem in nos tranſmiſſa eſt, ſicut peccatum, & mors per ſimilitudinem præuaricationis Adæ in nos fuit deriuata. Sed ſermo Apoſtoli mancus eſſe exiſtimatur hoc loco ab ijs, qui parum attendunt hoc exemplum Adæ non ideo præmitti, vt deinde ſequatur in CHRISTO, quaſi paris rei facta relatio (Nam id Paulus, aut nequaquam poſt, aut longo interuallo facit) ſed ſequi proximè dicta, & cum illis comparari. Sic enim CHRISTVS ſanguine, & morte ſua Deo nos reconciliauit, & per reconciliationem vitam etiam ſuam nobis dilargitus eſt, quemadmodum Adam peccato ſuo à Deo nos abſtraxit, & per peccatum mortis effecit participes. Itaque illa

duo

ce verba, propter hoc, ſuperioribus verbis magis adnectenda ſint, vt ita legatur, Sed etiam gloriantes in Deo per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum, per quem reconciliationem accepimus, propter hoc, id eſt, quia pro nobis & ſuſcepit mortem, & reuixit, vt non ſolùm quis Deo nos reconciliauerit, ſed qua etiam ratione, & quo pacto id egerit, à Paulo ſit expoſitum, & vt exemplo id confirmet. Quemadmodum, inquit, per vnum hominem peccatum, hoc eſt, ſimultas, & diſſenſio cum Deo, & per peccatum mors in hominum genus eſt tranſuecta. Sed tu fortaſſe nihil, & de peccato, vt noſtri appellant, originali, & de eius morbique propagatione in poſteritatem aliquid hoc loco audire vis. IMMO, inquit, & id quoque præterea, quomodo illam in patre primo generis noſtri labem reparauerit, CHRISTVS, cum nihilo poſt eum minùs quàm antea, & moriamur, & à peccando nequeamus eſſe immunes. FACIENDVM eſt, inquam, vt tu vis mi frater, & quoniam horum verborum in Paulo difficilis eſt explanatio, cùm auxilium ex Deo poſtulandum nobis eſt, tum tota res altiùs aliquantò repetenda. ID QVIDEM nobis etiam commodius fuerit, inquit, etenim quid aliud omnino quærimus, quàm intelligere? BENE SANE: Verum videamus, quid ait ſcriptura, quæ Deum formaſſe hominem aſſerit è terra, gleba accepta, & inſpiraſſe in eum flatum vitæ hominemque mox conſtituiſſe in Eden ad Orientem, in quo hominem locauerit, quem finxiſſet, eduxiſſe quoque è terra in illo horto arborem omnem aſpectu pulchram, guſtatu iucundam. Porrò horti in medio duas vel imprimis nobiles produxiſſe arbores, Arborem vitæ, cuius pomorum eſus à ſenectute, morteque defenderet, & arborem cognitionis boni & mali. Cùm ergo poſuiſſet hominem Deus in hoc ipſo horto, vt coleret eum & cuſtodiret, ita illi omnia fruenda in eo, poſſidendaque permiſit, vt ſolam interdiceret arborem noſcendi boni & mali, de cæteris inquiens pomis, & nucibus cunctarum arborum veſtro arbitratu comedetis, ex arbore notionis boni, & mali, fructum nullum edendi cauſa attingetis, qua enim die cunque comederitis, morte moriemini. Hoc Dei præceptum quorſum accipiendum ſit, difficilis eſt conſideratio. Nam nec inuidiſſe homini Deus tam præclaram cognitionem, vt illa boni, malique eſt, vllo modo eſt exiſtimandus, & quomodo ex illa cognitione mors ſequatur, item eſt admirandum. Sed nos contentionibus omiſſis, breuiter quod ſentimus, exponere conabimur. Eſt igitur bonum duplex: Vnum eſt ſummum illud, & primum, quod Deus eſt, cui nullum omnino malum eſt contrarium, ſiquidem ei, quod ſummè eſt, nihil è regione omnino eſt, quod aduerſum reſpondeat. Alterum eſt bonum, cui contrarium

opponitur, ex aduerſo malum. In primo illo bono, vt omnis mali experte, vita tantummodò eſt. In hoc altero autem bono, quod nunquam ſolum, neque ſyncerum, ſed, vt ſunt humana, mixtum contrario malo ſemper eſt, & vita, & mors ſimiliter eſt contracta. Cùm ergo prohibebat hominem Deus, ab eſu illius pomi, in quo boni, & mali cognitio inſita erat, conſulebat illius ſaluti, non enim eum nolebat, verùm ita attemperabat voluntatem ſuam, vt hominem tamen, quem liberum fecerat, præcepti ſeueritate nollet alligare. Boni itaque illius malique cognitio vitaretur, demonſtrata homini eſt à Deo, vt ne in mali boni, & mortis plagas conſtringeretur, cui beatior multò fruitio si eius boni noſcendi & poſſidendi propoſitus eſſet, cuius gratiam, & ſuauitatem nulla ex contrario malè amaritudo in vita, aut mortis timor poſſet prærerrumpere. In quo bono nimirum, qui Deus ſummus eſt, ſi ſe homo figere, & collocare conſtituiſſet, inuiolatam malis vitam, eamq́ue immortalem fuerat adepturus. Quoniam autem dimiſſo principe bono, alterum id genus boni potiùs eſt conſectatus, quod malum in ſe admixtum contineret, non mirum eſt, ſi in ea vita, quam magis appetiuit, mortem etiam contraxit, quæ vitæ illi neceſſariò inerat [illegible] ſcrupulus rurſus & dubitatio. ſi enim huiuſce boni, malique cognitio, effectrix eſt mortalitatis, quî poteſt illa eſſe in Deo, cum tamen Deus in ſcriptura ſic loquatur, Ecce Adam factus eſt tanquam vnus è nobis, noſcens bonum, & malum, quem ſermonem, qui per ironiam eſſe prolatum volunt, hi non ſolùm Dei maieſtati, ſed etiam ſcripturæ ſanctæ grauitati, ſummæq́ue authoritati detrahere videntur. Non enim tamen ironicè id protulit, quod ſecutum eſt, vt prouideretur, ne de ligno vitæ ederet, & viueret in æternum, quo Dei decreto Adam præceps è paradiſo exturbatus eſt. Nos autem dicamus huiuſmodi boni, & mali diuerſam in Deo ac nobis eſſe cognitionem. Deus enim à principio & tanquam à cauſa ad cognoſcendum illud ducitur, totaq́ue mentis, & intelligentiæ in Deo eſt cognitio, nos verò à ſenſu, ab vſu, à contactu, ab experiundo, diſcernendoque ad eandem nixi intelligentiam aſcendimus. Porrò autem non in eo, quod intelligitur, ſed in eo, quod ſentitur bonum, hoc & malum mortis cauſam affert. Itaque ab ipſo Deo non interdictum oculis hominis, qui & ipſi vim ſuam cognoſcendi habent, quanquam non principem illam, neque præcipuam, quæ eſt mentis & rationis propria, ſed palato prohibitum, & guſtatui fuit. Hic enim iam erat bonum, malumq́ue in nos ipſos accerſere, atque inſinuare ſi pomum comederetur. Hoc igitur bonum, quod prohibebat homini Deus in pomi eſu, mortemq́ue pœnam præuaricanti proponebat, mundus iſte eſt, & mundana hæc vita, quæ

pellecta, inductaque voluptatibus veram adulterantibus ſpe-
ciem boni, vbi à vero & ſummo bono nos abſtraxerit, in mœſti-
tias & ſolicitudines nos mergit, & in ipſam comitem mœroris
atque rapit mortem. quod totum nobis accidit, quia mundi
amatores effecti ab ipſo Dei ſummi amore nos diſiunximus. Hoc
enim ſecutus Adam, qui primò à Deo, tanquam in confinio
malorumque bonorum conſtitutus, & ſimplicis illius, atq; ſum-
mi, & huius cum malo, & cum calamitate mixti, vt vtrum vellet,
ſibi deligeret, vbi ſe ad Euam, hoc eſt ad carnem ſuam, & ad
mundanum bonum inflexit, dimiſſo diuino, hancque naturæ ſuæ
etiam conditionem eſſe voluit, vt mundi amator eſſet homo, &
peccatum ipſe commiſit, mortemque contraxit, & nos ex ſe pro-
genitos in eandem mortis, atque peccati induxit labem. Eſt e-
nim in nobis etiam reluctantibus, & inuitis ingeneratus profe-
ctò hic mundi amor, & dulcedo quædam mortalis vitæ, a Deo
nos diſtrahens, & boni illius fructum nobis diripiens, quod non
ſummum modò, verùm etiam ſolum bonum eſt. Atque hoc eſt
peccatum originis mi frater, quod in natura noſtra tantum labis
habet, quod ſi attentiùs conſiderare velimus, quomodo & ſuſ-
ceptum à primo patre Adam, & in nos natura transfuſum ſit,
mortemque acciuerit in humano genere, facilè id poſſumus in-
telligentia percipere, ab hoc enim improbo, & Deo infenſo
mundi in nobis amore cum contumacia illa naſcitur, quæ nos
Dei imperio, & voluntati facit repugnantes, tum cupiditatum
etiam in nobis, & amentium appetitionum, morborumque ani-
mi, & perturbationum omnium turba exoritur, quæ tanquam
rebellis familia, dominam ſuam oppugnat rationem, nullamque
ei partem temporis neque diurni, neque nocturni puram, & va-
cuam à moleſtia relinquit, quod quidem homini iure euenit,
quando ordine turbato ſi nos Dei imperio minus audientes ſu-
mus, nec animum ipſi noſtrum in poteſtate habere debeamus.
Natura igitur nobis iam agnatum eſt, quod in parente noſtro
fuit voluntarium, vt & amemus mundum, & idcircò moriamur,
præclaraque hæc hæreditas mortis, atque peccati ab illo paren-
te nobis tradita eſt, quam neceſſariò ſequitur à ſummo bono a-
lienatio, vt quia Deum non toto corde diligimus, omnes filij iræ
in natura producamur, repulſi ab oris regionibusque cœleſtibus,
& terræ damnatis partibus potiùs addicti. Carnis enim & con-
cupiſcentiæ ſectam, imperiumque ſequentes, quæ ad terram
nos, & ad terrena bona deripit, ſpemque in illis omnem, & fru-
ctum vitæ conſtituentes, dominum nobis mundum poſthabito
Deo facimus, & adoptamus. Ob quod videamus, quid dicat ſcri-
ptura factum fuiſſe Adæ: Et emiſit eum, inquit, Dominus ex pa-
radiſo voluptatis ad colendam terram, ex qua fuerat ſumptus, &

eiecit Adam, & collocauit eum è regione paradiſi deliciarum. Vidéſne mi frater totius humanæ vitæ formam, antequam Chriſtus veniſſet ad nos, in his ſcripturæ verbis expreſſam eſſe, ex quibus intelligimus peccatum in nobis, quod hauſimus ex Adam, atq; accepimus, hoc ipſum eſſe, quod ad propiora hæc nobis, & pręſentiora terræ bona delabentes, dominum mundum ſequimur, Deum verum relinquimus: Deus porrò ipſe zelotes eſt, nec patitur deos alios pręferri ſibi, & anteponi. Ita enim inquit ad Iſraël: Non curuabis te ante ſculptile, neq; id coles, quia ego Dominus Deus tuus, Dominus zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios. Atqui ſanè qui mundum colunt, non ſeſe curuant duntaxat ante illum, ſed totos ſe in illum proſternunt, atq; abiiciunt, vt nullius ſculptilis cultus, quàm hic mundi amor, & ſeruitus animi, quà terrenis bonis ſumus adſtricti, Deo infenſior atq; inimicior eſſe poſſit. ATTENDO, inquit, & ſimul intelligere iam incipio, quid attulerit nobis Chriſtus, & quemadmodum id commune damnum humani generis aduentu ſuo correxerit, qui certè auocauit nos à mundo, & ad Deum verum conuertit, docuitq; nos illo admirabili, vereq; diuino vitæ ſuæ curſu, vt rationes vitæ noſtras non in hoc mundo, neq; in fluxis illius, & fugacibus bonis, ſed in Deo & ſempiterno bono omnes poneremus. Quam etiam deliberationem vitæ agendæ in baptiſmo profitemur. Verùm mi frater ſcire ex te optarim, priuſquam ad vlteriora progrediamur, quæ fuerit futura in Adam immortalitas, ſi peccatum ille non admiſiſſet, & quo pacto in nobis mors ex peccato ſit producta. CVM FECISSET, inquam, hominem primum Deus, ſic illum compactum eſſe voluit ex mente, & corpore, hoc eſt, ex immortali, & ex mortali parte, vt pars tamen inferior ſuperiori fuerit adhæſura, ſi in ipſo fonte vitæ Deo mens primo ipſa hærere voluiſſet: aſpectus enim ipſe ad Deum, mentiſque conuerſio prorſus illi ſubiecta, & dedita, nequaquam vllam in partem ſeſe commouens, ſpiritum inde illum vitæ aſſiduè excipiebat, à quo primo facta fuerat in animam viuentem, eumque ipſa ſpiritum, deinde in omne corpus rectis ordinibus tranſmittebat, quod totum è rationis Deo inhærentis arbitrio dependens, nullis ipſum ſuis agitationibus turbatum, neque cum mente diſcors eodem illo Dei flatu implebatur, ſeſeque cum mente, & cum Deo vno nexu continebat, vt aditum nullum ſibi mors, neque ianuam ad conuellendum illam conſenſionem poſſet inuenire: pòſt verò mente, & ratione, per guſtatum vetitæ arboris à Deo diuulſa, & in tranſuerſas detorta partes, cũ obſtructis aut declinatis meatib. illis, qui recti antea, & inter ſe congruentes ſpiritum Dei, & vitã in totum hominem influebant, mens primũ ipſa, quam

ſuapte natura immortalis, meliorem tamen in ſe diuinæ, quàm naturæ ſuæ vitam amiſiſſet, corpus quoque, quod ſponte fragile, & pronum in terram eſſet, neq; amplius medio interrupto curſu, vitam è Deo haurire, vt antea poſſet, morti concedere neceſſe habuit, quandoquidem nec ſtare ipſum valeret per ſe, neque ipſius diutius in vita ſuſtinendi vllam amplius haberet animo poteſtatem. Ita omnibus in homine partibus diſſipatis, atque conuulſis, ſecumque, & cum Deo diſcordibus effectis patefacta morti via eſt, omnesque ſub illius poteſtatem poſtea ſucceſſere. Ex duarum quidem arborum illarum, quas in paradiſi medio à Deo productas legimus, altera fructus ſuos iam extulit cognitionem boni, malique videlicet, quæ eſt à nobis carè admodum, atque infeliciter miſeria primum totius vitæ, deinde ad extremum ipſa morte comparata, alterius verò poma arboris nullo certe non ad finem à DEO producta ſunt, quæ ſunt vitæ efficientia, & immortalitatis. Nihil enim fruſtra, nonque ad certos fines vnquam agit Deus. Sed quoniam ita cecidit, vt ſeculum prius, & iſta antecedens primi parentis vitio hominum auerſio à ſummo Deo, & ad mundum, terramque conuerſio arborem illam mortis & præuaricationis anteferret, altera arbor, quæ ſit immortalitatis nobis reſtitutrix filio ipſius Dei, qui nos erat à mundo ad Deum reuocaturus, futuroque illi ſeculo, in quo non amplius carnales ſed ſpirituales victuri ſumus, fuit profecto reſeruata, cuius vim, & admirabilem poteſtatem crux CHRISTI gloriosa in ſememetipſam ſuſcepit. Ea enim vitæ vera arbos eſt, propagine culturæ cœleſtis illinc huc traducta, quæ filium Dei in ſeipſum vitæ & immortalitatis ſublatum alte mundo exhibuit, quæ exportata fuit è Hieruſalem eius ipſius humeris, quem ipſa latura erat, quò planum fieret cunctis iſta animaduertentibus redemptionem humani generis non in vna Iudæorum natione concluſam, ſed cuncto orbi terrarum à Deo communicatam, & expoſitam eſſe, quam crucem cum eſſet illa teterrimum antea omnibus, turpiſſimumque ſupplicium, idcirco CHRISTVS ſuſcepit, vt ſuum diuinum myſterium penitus cōpleret, quo mundi ima omnia, aſperaq; elegit, vt alta illius expetitaq; proſterneret, ne ad cœlum Deumque aſcendere nitentibus ea forent impedimento, cunctosque commonefaceret & doceret non amplectendis mundi ſuauitatibus, & præmijs, sed vno Deo amando atque expetendo ad honorem nos immortalitatis, & ad vera vitæ bona peruenire oportere. Verum vt redeamus ad conditionem humanæ vitæ, quam nobis primi parentis noſtri culpa conflauit, eiecto, atq; exturbato ex pacato illo loco in exteriorē terram homine, propoſuit illi Deus labores, & ſudores, vitamq; vt aſperam difficilem, ac ęrumnoſam, mortique demum cederet, naturæ lege

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ræ lege ſanxit. Igitur ille miſer gratia Dei priſtina, arctaque amicitia ſpoliatus, atque orbatus, ſecum ipſe ſemper diſcors, agitatusque metu aſſiduo mortis, & vitam trahens difficilem, atque duram, mox in ipſa quoque morte angelorum ferè illorum præda efficiebatur, qui grauiore errato, aſperiore contumacia ipſis ſuæ creationis primordijs Deo rebelles eſſe deſtiterunt, tum Deum ſubijt miſericordia, & cogitatio eiuſmodi. Licet enim nobis, qui inter homines loquimur, & loquendo tempus producimus, de illis diuinis ſine mora, & tempore conſilijs humano modo loqui, in illa, inquam, æterna & incommutabili mente & miſericordia locuta eſt. Hoccine eſt Deus opus tuũ illud diuini quod vt dignitate cæteris præcelleret, manibus ipſe tuis ſummi effeciſti? quod ad imaginem tuam confinxiſti? quod in toto mundo, & animantibus reliquis tanto cum honore præfectum voluiſti? quò te cogitabas hæc cœli ſpatia, & has mentium ſedes beatarum, frequentiores etiam, ornatioresque reddituram, & in eorum loco, qui ſcelere ſuo inexpiabili cecidiſſent, incolas cœli homines te facturum, in quibus animum immortalem cum mortali corpore coniunxeras non vt deterior pars meliorem obrueret, ſed vt deteriori melior de ſua nobilitate impertiret, quæ nunc conuerſa ratio, & tota commutata eſt. Iacet princeps omnis naturæ homo à tua facie repulſus in vmbra mortis, ſqualens, ſordensque, tantum iam natus ad mœrores, atque ad ærumnas, ne finem quidem miſeriarum in ipſa ſibi morte reperturus, qui hoc dignior & nobilior videtur fuiſſe factus, vt calamitoſius deinde, turpiusque concideret. Læſit ille te, violauit, offendit, fateor, ſed tamen ſemetipſum grauius, nec cuiquam, quam ſibi inimicior fuit, vt certe immenſam tuam bonitatem illius hæc culpa nõ debeat ſuperare. Quòd ſi ego è tua mente non penitus excidi, ſi priſtinus mihi apud te manet locus, ſi meæ tibi ſemper acceptæ, & nunquam ingratæ acciderunt preces, miſerere ò pater æterne operis tui, & reduc illud in gratiam tuam, tuumque primum verius & potentius ſit conſilium, quàm hominis error, qui ea, quæ tu illi ad ſalutem attribueras, conuertit ſibi ad perniciem. Quòd ſi hæc ratio & miſeri, atque afflicti hominis nõ moueat miſericordia, etiam ne impium illud genus perditorum angelorum, quod tibi è regione infeſtum ſemper & aduerſarium eſt, hac tam opulenta præda, & triumpho deuicti, ac capti generis nobiliſſimi donaturus? Hac oratione commotus Deus iam peccati, & iniuriæ immemor, reſpexit ad ſeſe, & ad bonitatem ſuam, ſapientiaque ſibi ſua in conſilio adhibita, damnum quod primi hominis culpa cuncto generi humano fuerat illatum, reparare conſtituit. Ita

ILLE quidem mi frater, Iulius inquit: quippe qui non ex miſericordia minor ſit, quàm ex infinita virtute, & poteſtate ſua. Sed

hæc

iuſmodi reparationem , inquam , multa fuerunt opus. Nam ſemel a Deo, quod ſtatutum eſt, nunquam poſtea poſſit, deinde reſcindi, non alterius potuit ſapientiæ eſſe, quam diuinæ ringere curſus rerum , ordinesque actionum , vt in reſtituendis reuocando ea, quæ conuulſa, collapſaque procumbebát, diſſeret tumultus , nulla confuſio , nulla conflictatio earum rum, quæ ſimul ſtare, conuenireque non poſſent: ſed Dei conſilium ſolutum & liquidum, non impeditum , neque anceps ad fines pertenderet. Itaque cum duplicem homo mortem contraxiſſet, & illam corporis comitem iam naturæ humanæ decretam, atque adiunctam, & duriorem , atque infeliciorem alteram ea a coniunctione & gratia ſummi Dei errore voluntario idem homo cecidiſſet, ei in vtroq; opitulari conſtituit Deus , vt & mentem hominis ad amorem ſui , ſtudiumque retraheret , & corpus ac veſtiret immortalitate. Sed hoc poſterius, in quo nulla noſtræ partes ſunt , totumque eſt Dei poteſtas & deliberatio, facili Deo inſtitutum, atque ordinatum, vt optime, ac congruentiſſime inſtitui potuit. Eſt enim corporum immortalitas in id tempus reiecta, quo lege expleta omnibus moriendi, quam ſemel ſtabilitam reſcindere non fuit fas , omnibus quoque vna noua corſurgendi facultas concederetur , vel excitarentur omnes ad immortalitatem , non ex ſua voluntate , ſed ex diuina, qui ſi vt mortem oppetijſſent ſinguli, ſtatim in reſtituti fuiſſent, clamor, & concurſatio & ſtrepitus abeuntium multorum, aliorumque redeuntium , tum autem mœror in his qui adhuc viuerent, in illis, qui iam reuixiſſent, exultatio & ob deinde impunitatem maior ad explendum oblatas cupiditates alacritas , Deique tuta contemptio omnia in orbe terrarum confuſione , & diſcordia , & inſolitis motibus perturbaſſent. Itaque ſancte ac ſeuere, ſummoque diuinę ſapientię conſilio , atque id extremum & vltimum tempus cunctorum ad immortalitatem eſt reſeruata. In altera vero parte vt ad amorem Dei homo reduceretur, mundumque præ eo contemnere perſuaderetur, quoniam in ea non ſolius Dei partes ſunt, ſed virtutem , & poteſtatem neceſſaria etiam eſt noſtræ voluntatis conſenſio , quæ ab ipſo nobis Deo libera eſt attributa, multo plus negocij ad prouidendum, & laboris fuit. Non enim ſuaſionibus, & monitis in eam voluntatem homo adducendus fuit, vt repudiato domino mundo, totum ſe Deo dederet, dicaret , ſed & exemplis inſtruendus , & terroribus adigendus, & præmijs , atque honoribus fuit inuitandus , quod quidem in libera natura , atque ingenua plus habere virium, momenti debuit. Itaque huc potiſſimum incubuit diuina ſapientia, cumque cunctorum præmiorum , quæ ſenſus moueant,

præci-

præcipua videatur eſſe immortalitas, quæ ſit cum beata vita ſemper cohærens, atque coniuncta, huius maxime ſpe atque expectatione conſequendæ fulciri hominem, & corroborari oportuit, ne illecebris mundi delinitus, quæ languorem, & effœminationem ſemper afferunt, ab illa intentione animi deficeret, quæ eſſet conuerſa, & directa ad vnum Deum. Igitur de principio Deus cùm ipſe per ſe à mundi initio vſque ad Moyſen aliquot ſibi homines delegiſſet, quos ſponte ſua, vt cæteros in cupiditatem mundi prolabentes, in ſui tamen ſtudio, & amore contineret, lege poſt per Moyſen promulgata & lata, prophetas per interualla temporum miſit, qui ſalutari fungentes legatione ad hominum genus perferrent hanc DEI erga ipſos plenam clementiæ, & benignitatis voluntatem, qui tamen cum homines & ipſi eſſent, ſæpeque in his offenderent, à quibus alios, vt cauerent, admonebant, nec verbi diuini vim, quam mortalis infirmitas non ſuſtinebat, pleno documento hominibus enunciarent, filius eſt Dei ad nos poſtremò miſſus, cuius facta verbis etiam potiora etiam eſſent, cum nulla præcepti vis tam abſoluta eſſe poſſit, vt eam non ille vita æquaret, atque expleret, facile eſt intellectum non eum nuncium duntaxat præcepti, verbique paterni, ſed verbum ipſummet, & præceptum patris fuiſſe. Qua de re ſatis à nobis heri fuit dictum. Verum is in mundum eſt conſtitutus, & ad eam rem natus, atque factus, vt illa nos doctrina cœleſti erudiret, mundi bona, malaque in neutram partem nobis æſtimanda, ſed tantum in Deo ſpes ponendas eſſe, non ſolum ipſe mouendo, agendoque id nos docuit, verum etiam exemplo certo, atque præclaro in ſemetipſo nobis oſtendit, quam eam vitam, quam nobis agendam proponebat, apud Deum præmia, atque ornamenta ſequerentur. Surrexit itaque in nouam vitam, & corpore immortali iam, atque impatibili effecto, in cœlum palàm aſcendit, regnumque ſempiternum apud patrem eſt adeptus, aditu eodem nobis patefacto, vt ſi ſequi illius veſtigia velimus, ad eandem & regni, & immortalitatis gloriam valeamus prouehi. DIGNVM HOC mi frater, Iulius inquit, illa diuina bonitate conſilium, plenaque ſapientiæ, & humanitatis deliberatio. Et quidem fuit æquum, vt primum conſilium Dei, quo ille erat ab initio hominem, vt is in perpetuum permaneret, fabricatus, cum de his, quæ eſſe poſſunt, quod melius ſit ſemper velit Deus, æquum inquam fuit, vt priſtinum illud Dei conſilium, errori, & peccato hominis præcelleret, hominique ipſi per clementiam, & benignitatem id redderet, quo ſua ille culpa fuerat priuatus. ATQVI INQVAM Iuli, ſi oportuit CHRISTVM Dei filium hoc ita facere, vt exurrectionem corporum futuram, ipſe à mortuis primus exurgens in ſemetipſo cæteris oſtenderet,

eodem

eidem vtique neceſſe fuit prius etiam mori. AD MODVM in-
QVID, nónne hoc oportuit fieri reuera, non imagine, &
ſimulacro, quandoquidem nequaquam eſt diuinæ veritatis præ-
ſtigiis, neque velle quenquam in errorem inducere? OPOR-
TVIT PLANE. NVNC adhibe animum huc quæſo, & rationem
omnem conſidera. Electus eſt, qui ſuſcitationem corporum homi-
num in ſuo corpore oſtenderet, eosque illa ſpe, & expectatione
eius præmij ad Dominum Deum conuerteret, qui ſi ipſe fuit ſuſ-
citandus, mori etiam antequam ſuſcitaretur debuit, & quidem
immortem vitam aliquam degere. Nũc tu totum curſum hunc
vitæ, mortis, ſurrectionisque IESV CHRISTI itáne expendis, & æſti-
mas, vt in eo tantum ſpectata ſit exurrectio, mors vero ipſa Chri-
ſti & vita appendices duntaxat fuerint, nec aliquid ipſę per ſe v-
tilitatis & commodi humano generi ad cognoſcendum Deum
colendumque attulerint? QVIS HOC impius ſic fateatur, in-
quit, cum vita, & mors CHRISTI tanto excellentiorem, quam cor-
poris exurrectio nobis oſtenderit vitam, quanto beatius eſt fide,
ac pietate hærere in ſummo Deo, quàm ipſo corpore immorta-
lem viuere. Nanque & hanc corporeæ vitæ perpetuitatem, ſi à
Deo auerſa, alienaque ſit, miſerrimam dicere non ſum dubitatu-
rus. RECTE TV quidem mi frater, inquam, etenim hac profe-
cto magnitudine, & infinitate ſapientiæ eſt Deus, vt cum quid a-
gendum conſtituit, non extrema tantum conſiliorum ſuorum, ſed
& principia, & media diuinis velit referta eſſe myſteriis. Sed iam
comparemus, quid ad reparandum Adæ detrimentum retulerit
noſter Chriſtus. Hoc enim opinor primo abs te fuiſſe quæſitum.
Primum dico, quòd præſtantiſſimam omnium vitam nobis re-
ſtituerit mentis, animæque videlicet, quam ſolam veram dicere
non dubitamus, cum ſumus in gratia, & amicitia cum Deo, quæ
tamen nobis per Adam fuerat amiſſa. Deinde quòd immortalita-
tem corporum reſtituit, quanquam hanc quidem diſtulit in ſuũ
tempus optimis rationibus adductus. Sed eam certe in ſe ipſe
iam perfecit, planeque oſtendit nobis non defuturam. Verum
quæ illis duntaxat, qui cum pietate, & fide ad Deum ſe contuliſ-
ſent, iucunda, atque optabilis, cæteris miſera, atq; ærumnoſa eſſet
aduentura. Nam quod ſolet quæri vtrum CHRISTI fides nobis
originale peccatum abſtulerit, abſtulit nimirum ex ea parte,
quatenus diffidebamus cum Deo, Deumque nobis alium & domi-
num mundum conſtituebamus, quod erat tamen in nobis omni-
um malorum maximum. Carnis quidem repugnantiam, & diffi-
dium cupiditatis cum ratione, menteque reliquit, non vt ea nos
obrueret, in terramq; deprimeret, quod ante aduentum CHRISTI
contingebat, ſed vt vim in nobis virtutis, tolerantiæque acueret,
pugnamq; noſtrum coram Deo, & laudem ex victoria nobis red-
deret;

deret inſigniorem. Verum his iam enodatis, vt ego arbitror, & ad clariorem intelligentiam adductis redeundum nobis eſt ad Apoſtoli verba, niſi tu forte aliud mauis. Hoc IPSVM, inquit, nam mihi abs te de omnibus ſatis eſt factum. CVM APOSTOLVS, inquam, ex morte, & exurrectione IESV CHRISTI conciliationem ad nos cum Deo, & ſalutem, ac vitam diceret eſſe tranſmiſſam: nequis in modo, ac ratione dicti dubitaret, ſubieciſſet ſtatim exemplum Adæ, qui & ipſe potuiſſet à ſe peccatum & mortem in poſteros transfundere, in hoc ipſo Adæ errato aliquamdiu moratur, vt melius demonſtrata communi calamitate generis noſtri, quantum Deo per CHRISTVM gratiæ debeamus, [illegible]dius etiam intelligamus. Quemadmodum, inquit, per vnum hominem peccatum in mundum ingreſſum eſt, & per peccatum mors: & ſic in omnes homines mors peruaſit, in quo omnes peccarunt, in vno illo homine videlicet. In Adam enim generis capite omnes peccauerunt, cum peccauit ille, propriumque & voluntarium peccatum ſuum nobis commune & naturale reliquit. Quod & alibi Paulus, Quemadmodum in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita in CHRISTO omnes viuificabuntur. Quòd ſi in vno illo generis parente omnes peccauerunt, ſimiles illi deinceps nati, ac producti, peccati autem naturæ ſemper natura mors [illegible] eſt, ſicut in Adam peccauere omnes, ita & in Adam omnes moriuntur, eadem enim ratione, qua ſimiles illi in peccato ſumus producti, ſimiles etiam in morte obeunda ſumus. Vſque enim ad legem, inquit, peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputatur, cum non eſt lex. At quænam iſta lex? nec dubium [illegible]tius eſt, quin de Moyſis lege ſentiat, licet à doctiſſimis aliter ſit interpretatum. Nam ſi de lege naturæ intelligat, quonam modo quæſo exprobrat illa hominibus peccatum, & pœnam peccati irrogat, quæ vno ordine omnes ad pœnam, & ad mortem vocat tam innocentes, quàm noxios? Deinde quando iſta naturæ lex non fuit, quam ante in mundo cum eſſet, nihilominus peccatum per aduentum eius primo cœpit exprobrari, cum antea non exprobraretur? In pueris aiunt, quibus antequam lex rationis adueniat peccata vitio non attribuuntur: Ergo in mundo Apoſtolus in pueris voluit intelligi? quod nequaquam conſonat. Nos vero potius intelligamus, & ante, & poſt Moyſis legem peccatum quidem fuiſſe in mundo, verum ante legem incognitum fuiſſe, atque nec exprobratum vera illa exprobratione ſcilicet, quà peccatum eſt, in quo intelligitur Dei eſſe offenſio, qui peccati intellectus per legem primum eſt cognitus. Ideoque Apoſtolus, Per legem, inquit, eſt cognitio peccati. At enim fuit diu ante legem Cain, & Sodomæ, & in diluuio omnibus exprobratum peccatum. Sed nos de hominum iudicio, & exiſtimatione loquimur. Nam

nus Deum comprehendere, cum ſit per legem cognitio pec-
ſine lege Deus vel Moyſis, vel naturæ notionem peccati nul-
habuiſſet, non exprobrabatur igitur peccatũ cuiquam ante
quia nec ſub vera peccati ratione cognoſcebatur, neq; ta-
anguſte hoc interpretandum eſt, vt nemo vnquam ante
aut ſuum, aut alterius peccatum intellexerit, potuerunt e-
multi cognoſcere, ex illis præcipue antiquioribus, qui
ab origine, & creatione diuina cum abeſſent, eiuſdem
Dei & legis vim, & peccati noſſe potuerunt: ſed quod
maxima multo parte neque hominum modo, verum etiam
vſu venerat vt peccatum ignoraretur, id pro commu-
ſumpſit Apoſtolus, qui etiam caute admodum locutus eſt,
dixit, non imputatur: non autem dixit, quod nemo illud im-
Quòd ſi occurratur ante Moyſis legem etiam alias alia-
gentium leges, quæ peccata hominibus exprobra-
plecterent, iam dictum eſt ſolum id eſſe peccatum, in
offenſio omnipotentis Dei, quod ante Moyſis legem i-
mundo fuit, in quo quidem genere vno peccati ſic in-
& hic, & vbique inſiſtit Apoſtolus: Ante legem ergo
in mundo nihilominus peccatum, poſt legem demum
obiectari, nanq; & ante legem ab Adam vſque ad Moyſem
regnauit, quod videtur eo ſenſu dictum quaſi ex ſtipendio
quod eſt mors, oſtendere velit peccatum in primo illo
ab omnibus hominibus admiſſum vnà & patratum fuiſſe
cum omnibus item mors obeunda ſit, vt ab illo fuit obita,
firmiſſimum ſibi è lege aduocat argumentum. Etenim ſi
quæ eſt à Deo omnia intelligēte tradita, peccata quę-
hominibus deſcribit, eaq; ſuſcipi interdicit, & vetat, quam ſi
peccatumque admittatur, mors eſt, non obtem-
pœna propoſita, tanquam ſemper peccatum neceſſario
ſequatur: eadem profecto ratione, ſed conuerſo ordine, ſi
omnibus etiam ante legem illata ſemper eſt, pro aliquo vti-
peccato ab eodem ſummo Deo qui & legem & in lege mor-
peccatis pœnam propoſuit, illis fuit præſtituta, ſed non o-
peccatis proprijs certa à ſe ſuſceptis voluntate offenderunt,
poſtea multa ſuſcipi poſſe indicauit lex, & tamen omnes
ſunt: ergo in vno homine, & parente primo ab omnibus
communiter hominibus fuit offenſum. Hoc argumentum quan-
vim habeat ſubtiliter intuentibus facile poterit apparere.
cluſum enim certè eſt, omnes in vno homine homines pec-
, etiam qui peculiare crimen in ſe non admiſiſſent. Re-
ergo mors ab Adam vſque ad Moyſen, quod idem eſt, ac
ſuo iure eſt perbacchata, neminem ſibi eximium, cui
, ducens, ne ex eo quidem numero, qui ipſi ex ſeſe pec-

catum non perpetraſſent. At cur his ſaltem non pepercit? quia quit, ſi non proprium illorum, at originis peccatum, quod ſimilitudine præuaricationis Adam tranſtulerant in ſeſe, in illis perſecuta. Forma enim totius generis humani in Adam primo extitit, vt quod in illo contigit, quãtum ad peccatum ſpectat, quantumque ad mortem, idem deinceps tranſeat in omnes. Eſt enim Adam forma futuri eſt, vt quod in illo factum eſt, in alijs fiat. Vt & ad Philippenſes, Imitatores mei eſtote, & conſiderate ſic ambulantes, vt habetis formam nos, hoc eſt, vt quemadmodum ego me gero, item vos geratis. Sed quid? nónne & poſt Moyſen mors regnauit? regnauit vtique. Verum illud Apoſtolo maximis eſt propoſitum, vt vno parentis primi peccato omne humano concidiſſe oſtendat, idque ex vna omnium morte tum comprobare, quæ etiam ante Moyſen commune peccatum humani generis vlta fuerit, vt quaſi regnare ſit, ſuo iure, libere, ſuo arbitratu vſam illam fuiſſe, quæ poſtea ſub lege cum quempiam legis violatorem perimebat, non tam ſuo iure ipſa vtebatur, quam ex præſcripto agebat, hoc eſt ex imperio, & poteſtate legis, vt regnare ante legem eſſet libero ſuo iudicio, & non interpellato iuris ſui curſu generale peccatum in hominibus punire: poſt legem vero, miniſtrare iam legi, & ſeruitutem quandam in obtemperando illi ſuſcipere, atque contrarie. Nam ſi in hoc quoque loco ſtudeamus id aſſerere mortem dominanti in animas ſimul hominum & in corpora legem primum Moyſis obuiam iſſe, illiusque tyrannidem vocandis hominibus ad honorem, & cultum ſummi DEI, & ijs in bonis moribus inſtituendis repreſſiſſe, dicimus & ante legem vocatos à DEO in amorem, & cognitionem ſui fuiſſe multos, legeque non tam ſublata poſt peccata, quam aucta potius, multiplicataque fuiſſe, quod & mox Paulus, & in alijs ſæpe locis repetit, atque confirmat.

*SED NON vt delictum, ſic & donum. Si enim vnius delicto multi occiderunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis IESV Chriſti, in multos abundauit. Et non ſicut, per vnum qui peccauit donum. Iudicium enim ex vno in condemnationem, Donum autem ex multis delictis in iuſtificationem.*

ABSOLVTA priore comparatione, qua oſtenderat exemplo Adæ aduerſus Iudæos obtrectantes CHRISTO reconciliationem cum Deo, & vitam per vnum Ieſum CHRISTVM in omnes homines tranſmiſſam eſſe, ſicut per Adam peccatum & mortem

thenes fuerat tranſuecta: Nunc vtriuſque factum inter ſe & Adæ & CHRISTI comparare aggreditur, vtrum fuerit eorum validius, & fortius. In qua quidem contentione, gratia, offenſione ponetur potentior, non numero quidem eorum, qui ſeruandi ſunt præ his, qui periere, ſiuntue perituri. Non enim id nunc intendit Apoſtolus, nec libertatem ſuam cuiquam adimit, eligendi utram velit ſectam, ſiue interire ex præuaricatione Adæ constituat, ſiue ſeruari, ex obedientia CHRISTI. Non enim numerorum hic, qui aut beneficio, aut damnatione comprehenduntur, inter ſe confertur, ſed vis, & poteſtas peccati atque gratiæ in comparationem eſt adducta. Primoq; ex vtriuſque authore, & capite delicti, ac gratiæ fit contentio, deinde ex duplicibus & gratiæ, & delicti effectibus. Ac primum, Si, inquit, vnius delicto reliqui mortui ſunt, hoc eſt, quod ipſe appellat multi, ipſa multitudo videlicet, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Ieſu CHRISTI in multos abundauit. In his enim verbis & peccati, & gratiæ, ex nobilitate, & potentia eorum, qui vtriuſque authores ſunt, in contentionem adducitur. Peccati enim author eſt homo, gratiæ, & doni Deus. Si peccatum igitur ex vnius peccato tantum ad mortem potuit, donum, & gratia ex Deo multo plus valebit. Ad quid autem ſit valitura, paulo poſt exponet, vt nimirum regnetur in vita. Porrò quantum inter Deũ, & hominem intereſt, tantum intereſt inter peccati vim, & vim gratiæ. Quod autem ait, Gratia Dei & donum in gratia vnius hominis IESV CHRISTI in multos abundauit, ſic eſt intelligendum, quòd primus homo IESVS CHRISTVS hanc in ſe Dei gratiam, & hoc donum accepit, & in ſeipſo omnibus, ſicut Adam primus peccatum in ſe concepit, & in ſeipſo omnibus. Sicut enim Adam naturam in ſe hominis ad carnis, & mundi amorem poſthabito Deo conuertit, & in eo omnibus Adæ filijs carnalibus illa ad mundum conuerſio eſt facta: ita homo IESVS CHRISTVS mortem carnis peccati in ſemetipſo concipiens, eandẽ in omnes Dei filios ſpirituales immiſit. At cur non ſpirituales homines eodem modo filij CHRISTI ſicut Adæ carnales? Nempe ob eam rem, quòd caput, & fons peccati, atque carnis eſt homo. Ideoque in carne filij Adæ ſumus, gratiæ autem, & ſpiritus non eſt homo pater, ſed Deus. Primus itaque Adam homo peccare per ſeſe ipſe potuit, ſicuti peccauit, & ideo eſt contaminati generis pater, ſurgere autẽ ad gratiam per ſeſe homo non potuit, iccircoq; illã gratiam, & iuſtitiam, & vitam hauſit ex Deo homo CHRISTVS Ieſu, & ex eodem Deo in CHRISTO nos hauſimus, qui per ſpiritum, & obedientiam, & fructum gratiæ Dei filij effecti ſumus. Atque hac cõparatione inter authores peccati, & gratiæ facta, ad comparandos effectus vtriuſq; peccati, gratiæq; procedit.

Ac non ſicut per vnum, qui peccauit, donum quod. Conſiſtenim eſt horum verborum ſenſus, perinde eſt, vt ſi diceret, Ac non ſicut peccatum, ita donum, quorum vtrunque per vnum inductum eſt. At quamobrem non ſic? Quoniam, inquit, iudicium quidem ex vno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in iuſtificationem. Hoc eſt, inquit, interuallum hæc diſtantia inter peccatum Adæ, & inter donum ac beneficium ſummi Dei: quod ſi ex vnius iudicatione peccati omnes damnati ſunt, tantumque potuit peccatum vnum, vt valuerit cunctis ad damnationem, quantum vim illius beneficij eſſe oportuit, quod non ex illo vno peccato humani generis communi duntaxat, ſed ex plurimis poſtea peculiaribus etiam peccatis nos reſtituit in iuſtitiam?

*SI ENIM vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & doni iuſtitiæ qui accipient in vita regnabunt per vnum IESVM Chriſtum. Igitur ſicut per vnum delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnum iuſte factum in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſumus multi, ſic & per obedientiam vnius iuſti conſtituentur multi.*

IN EADEM inſiſtit contentione Paulus apoſtolus [illegible] atque doni, & quod modo contulit vim, & facultatem [illegible] inter ſe, ex authoribus primum, ac deinde in ſeipſis & effectibus eorum comparans atque inquiens, quòd ſi vnum tantum potuit peccatum, vt omnes condemnaret, quantum plus potuit donum, quod ex plurimis peccatis ad iuſtitiam reuocaret! Nunc effectum alterum vtriuſque adducit in comparationem, quòd ſi a delicto regnum mortis per vnum inductum eſt, multo magis per vnum IESVM CHRISTVM abundantiam gratiæ, & donum iuſtitiæ qui acceperint regnabunt in vita, hoc eſt, ſi tanta eſt inter peccati authorem, authoremque gratiæ differentia, quòd vnus illorum homo eſt, alter Deus, ſi tantum inter vim quoque & peccati & gratiæ intereſt, quòd vno ex peccato inducta eſt condemnatio, gratia non vnum modo peccatum, verum innumerabilia peccata ſuſtulit, cum fructus peccati ſit mors, gratiæ vita, tantum etiam interuallum inter hanc mortem, hancque vitam eſſe neceſſe eſt, quantum inter illa priora interfuit, vt quantum Deus homini, gratia peccato, tantum etiam vita hæc quæ ex gratia Dei per iuſtitiam in nos fluxit, illi morti præponderet, quæ eſt ex peccato vnius hominis inuecta, atque hac effectum [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

utrinque contentione facta, deinde in ſequentibus verbis modum exponit, quo per Adam læſi fuimus, & quo per Christum ſeruati, quà dicit, quod per vnius inobedientiam peccatores effecti ſumus, & per vnius obedientiam iuſti. Verum quo modo ex vnius inobedientia nos peccauerimus, dictum iam eſt, nempe eo quòd Adam à conſideratione, & reſpectu Dei ad mundum, & carnem potius conuerſus, in eoque non obediens Deo, eundem mundi amorem, & propterea in Deum inobedientiam transfudit ad nos, à quo mundi amore Christvs ſua cruce, & morte ad Deum nos reuocans ſubiectos ipſi Deo, & in obedientia deditos omnes, qui ſimul mundo cum eo mori voluerunt, effecit.

*Lex autē interuenit, vt multiplicaretur delictum, vbi autem multiplicatum eſt peccatum, ſuperabundauit gratia, vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, ſic & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum.*

Qvod pauloante poſuerat in comparando maiorem multo potentiam fuiſſe gratiæ, quæ nos ex peccatis plurimis ad iuſtitiam, vitamque reduxerit, quàm peccati quod vnum, & per vnum nos damnationi ſubiecerit, nunc id demonſtrat, quo modo ex peccatis plurimis in nobis collectis & coaceruatis vim maiorem iam oſtenderit gratia. Quoniam, inquit, vt grauius etiam, & copioſius peccaremus lex interueniens effecit. Ad peccatum enim originis & naturæ, quod eſt in amore mundi, & propter eam cauſam in imperio & dominatu carnis ac cupiditatis implicitum eſſe, acceſſit lex, quæ hoc in nobis effecit, vt cum nihilominus carni, & cupiditatibus ſeruiremus, tum contumaciam quoque & contemptum Dei præceptorumque eius non ſeruanda lege ſuſciperemus, ex quo pondus maius additum eſt peccato. Itemque illud ex lege nacti ſumus, quòd multa, quæ ſuapte natura peccata non ſunt illius interdictione, aut præcepto iubentis illa fieri, aut vetantis peccata inueniuntur, ſi non ex præſcripto legis fuerint obſeruata. Lex igitur acceſſit, vt multiplex redderetur delictum, vt inquit, ergo iccircóne data lex, vt frequentaretur etiam magis, & maiorem vim nanciſceretur peccatum? nequaquam illa quidem ob eam rationem, & cauſam data eſt, ſed vt peccatum potius cognoſceretur. Per legem enim cognitio peccati. Quid autem facit iſta cognitio? Hoc nimirum vt cognita noſtra imbecillitate ad auxilium gratiæ Dei confugiamus, noſtramque nullius momenti iuſtitiam ducentes, illam à Deo ipſo iuſtitiam expetamus, quæ in Christi fide, & mortis illius dono nobis eſt oſtentata. Proinde etiam ſtatuamus ideo legem fuiſſe datam, vt multiplicaretur delictum,

non abſurde ſentiamus, dum ne in hoc tamen fini inſiſtamus. Non enim finis, & extremum legis eſt, vt grauius peccetur, ſed vt admiſſis & cognitis grauioribus peccatis, ad quæ propulſanda virtus noſtra eſt impotens, fiducia in Deo noſtra, & in ipſius gratia ac benignitate tota conſtituatur. Quo vno modo maxime, lex ad fidem CHRISTI fuit præparatio, ideoque Iudæis potiſſimum diuino egregio beneficio data, vt genus à Deo iam inde in patre ſuo Abraam electum, & è quo oriturus erat CHRISTVS illorum ex lege peccatorum multiplicatione admonitum, & princeps recognoſceret ſe, & ſibi ipſi diffidens illum iam humilitate, non legis opere ſe adiungeret. Superabundauit igitur gratia, vbi multiplicatum eſt peccatum apud illos videlicet, in quo & ipſa gratia potentiam ſuam apertius declarauit, & gratiam illam nobis impertientis Dei amplior atque illuſtrior facta eſt gloria. Superabundauit autem vt quemadmodum peccatum in mortem noſtram regnauerat, id eſt, per mortem oppreſſos nos tenuerat, ipſa ita nunc Dei gratia in nobis regnet per iuſtitiam, per quam vbi iuſtos nos effecerit, ab illa iuſtitia nos in vitam æternam, & beatam, intromittat, authore IESV CHRISTO Domino noſtro, qui fuit nobis Adam iuſtitiæ, & vitæ immortalis, ſicut alter ille prior fuerat mortis.

*Quid igitur dicemus? manebimus in peccato, vt gratia multiplicata ſit? abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo amplius viuemus in eo? An ignoratis quòd quotquot baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem eius baptizati ſumus?*

ECCE vis baptiſmi & myſterium fidei noſtræ, ſtatuſque eorum qui fidem CHRISTI rite amplectuntur, de quo nunc loquitur Apoſtolus, paulopoſt de ſtatu eorum, qui viuunt in lege etiam locuturus. Cum enim CHRISTVS morte ſua carnem in ſe perimeret, quæ in eo caro non fuit peccati, ſed ſimilitudinem carnis peccati in ſe pertulit: ipſe enim ſe pro nobis fecit peccatum, vt in carne noſtra peccatum perimeret. Nos qui carnē peccati vere amicti ſumus, quam ex Adam infectam, & contaminatam traximus, morimur in morte CHRISTI cum baptiſmum accipimus, in eoque profitemur nos Satana, & pompis eius renunciatis atque abiectis, Deo ſoli credere, & confidere paratos. Satanam enim & pompas eius, id eſt, mundanas omnes ſpes cupiditateſque reijcere, idem eſt ac carne peccati ſe exuere, ſed CHRISTVS in ſimilitudine quidem peccatum quod nullum habebat, in ſe ipſo extinxit, carnem in veritate, quæ tamen caro quoque nobis in homine interempta eſt, ſecum ipſa perimit, & interficit peccatum. Nos ſimilitudine in morte carnis vſurpamus, in veritate peccatum in nobis interimimus, tametſi ſi res, tempuſq; ferat, & de-

fenſio,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeſe, aut declaratio veritatis ſic poſtulet, etiam carnem reuera macerare ſumus obligati. Sed hoc caſus & dies aliquando affert. Id quidem ſolenne & ſtatum omnibus eſt, vt in baptiſmo hanc viam, & ſectam vitæ profiteamur, quemadmodum poſthabitis rebus omnibus in Deo vno fidem noſtram conſtituimus & locamus. Itaque mortui ſumus peccato omnes, qui in CHRISTO initiati ſumus, quod ſi non ſimulate, ſed vere illa eſt a nobis & animo concepta, & ore, ac verbis enunciata vitæ profeſſio, qui poſſumus amplius manere in peccato, aut quo pacto operationum malæ, prauæque cum fide CHRISTI hærere in nobis poſſunt? Nam qui dicunt ſola ex fide ſaluos nos fieri, neque ad ſalutem bonas operationes requiri, ipſi ſe impediunt, ſuum ipſi dictum refellunt, & redarguunt. Fides ſola ſatis eſt ad ſalutem, fateor, ſed vt integra ſit, neque vlla ſui ex parte diminuta. Fides porro eſt peccato eſſe mortuum, & viuere Deo: hoc eſt, ea quæ agat quiſque, & quæ ſperet habere omnia poſita in vno Deo, neque cum mundo commercij quicquam, aut nimis arctæ rationis contrahere, hoc enim eſt mortuum eſſe peccato. Tu vero qui vnam in fide ſpem vitæ conſtituis, cum ab ea diſiungis, & auellis peccati mortem, quid iam amplius fidei, quo illa merito fides appelletur, relinquis? nec vero illa ratio veræ rationis eſt participes manendum eſſe in peccato, vt Dei benignitas, & gratia magnificetur, ſiquidem ibi magis illa abundat, vbi eſt grauius, frequentiuſque delictum. Si enim hoc ita ſit, nequaquam magnificatur Dei benignitas, ſed opprimitur. Illa enim in hoc ſeſe exhibet illuſtrem atque amplam, diuinæque iuſtitiæ, & bonitatis ſuæ lumen oſtendit quòd aufert à nobis peccata, & iuſtitiam ſuam nobis iam factis fidelibus impertit. Qui vero perſeuerant in peccato, non modo non illuſtrant Dei ſummi beneficentiam, ſed ne illi quidem locum, vbi ſe explicent, relinquunt.

*Conſepulti ſumus igitur cum illo per baptiſmum in mortem, vt quemadmodum excitatus fuit* CHRISTVS *è mortuis per gloriam patris, ſic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim conſiti ſumus ſimilitudini mortis illius, nempe & reſurrectionis erimus. Hoc noſcentes quòd vetus noſter homo cruci vnà affixus fuit, vt aboleretur corpus peccati, ne quo deinceps ſeruiremus peccato. Nam qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato, ſi autem mortui ſumus cum* CHRISTO, *credimus, quòd & viuemus cum eo.*

MAGIS etiam ac magis Apoſtolus vim eam ſacramenti, quæ in baptiſmo eſt, & fidei CHRISTI myſterium declarat. Ac in baptiſmo quidem trina illa noſtri in aqua immerſio, rurſusq; ter

facta ex aqua emerſio, & cum CHRISTO nos ſepeliri in fide ve-
ræ trinitatis, & cum CHRISTO item reſurgere in eadem fide
denotat. Sed vt videamus clarius ſimilitudinis noſtræ cũ CHRI-
STO, & rerum earum, quæ inde eueniunt, conſequentiam, ſic
conſideremus. Mors carnis, & corporis id profectò affert, vt pec-
catum ſimul cum ea, & peccati effectrix cupiditas moriatur.
CHRISTVS porrò in cruce mortuus eſt ſponte, ac volens, cœ-
leſte illud hominibus præbens documentum nulla eſſe alia
bona, quæ vere expetenda ſint, quandoquidem nec [illegible]
quam bona illa ipſa mundi expetantur, facienda tanti, [illegible]
illi longe Deus, & ſperata ex eo bona anteponantur, [illegible]
num, & integrum fidei CHRISTI myſterium, quæ [illegible]
tota in Deo, & ſpe Dei collocat, a mundo autem, & mundi [illegible]
auellit, atque abſtrahit. Nos ergo qui fidem iſtam amplectimur,
& CHRISTVM ſequi, colereq; inſtituimus, niſi in eadem ſimus
qua ille & volũtate, & ſententia, falſo Chriſtianum nomen vſur-
pamus. Quid ergo? dixerit quiſpiam, num corpus & vitam abij-
cere ſtatim debemus, vt cum CHRISTO fideles Deo [illegible]
mur? Minimè iſtuc quidem re, ſed voluntate debemus, [illegible]
parati, vt ſi eam à nobis Deus depopoſcerit, ſi nos ipſe [illegible]
men pro veritate deduxerit, ſi eſt mors noſtra fructum [illegible]
ſuſcipiendę veritatis, pietatiſq; allatura, corpus noſtrum [illegible]
acerbitati facilè permittamus: ipſi vero nequaquam ægre [illegible]
rentes, ſed Deo gratias agentes, qui tantum nobis [illegible] vo-
luerit habitum, pro illis ipſis Deum inſuper deprecemur, qui nos
ferro, & igne ad perniciem vitæ fuerint inſectati. Hæc [illegible]
fidei noſtræ, hæc vis, hoc præpotentis Dei in ſalutem noſtram conſi-
lium. Verum non ſæpe hoc à nobis poſtulat Deus, vt re ipſa mo-
riamur. Dies erit cuique ſua moriendi conſtituta. Voluntatem
quidem huiuſcemodi noſtram & decretum mentis noſtræ poſtu-
lat, vt ſtatuamus pro Deo, & pro ijs bonis, quæ à Deo nobis pro-
poſita ſunt, non inuitis, ſi accidat, eſſe moriendum. Re autem [illegible]
facto ſemper vtique hoc poſtulat, vt ea quæ ſequuntur, carnis
corporis mortem, atq; vna cum eo occidunt, & commoriuntur,
cuiuſmodi eſt mundi amor, & cupiditatum regnum, & volup-
tum illecebræ, & auri, argenti, lautæq; ſupellectilis ſtudioſa com-
paratio, honoris quoque & opum & poteſtatum ambitus [illegible]
prorſus intereant in nobis, & quanquam in carne etiam [illegible]
uamus, carnis tamen operibus, & effectionibus ſimus [illegible]
alioquin ſi iſta carnalia abijcere renuimus, ſi pergimus in cupidi-
tate, & ambitione viuere, quo nam pacto probemus nos ad [illegible]
ſerendam vltro pro Deo vitam voluntate eſſe paratos? CHRI-
STVS igitur totum hoc documentum ipſe in ſe expleuit, cum
corpus ſuum addixit morti, quo nos morti illius ſimiles facti [illegible]

peccatum

primam quidem corporis mortem Dei arbitrio libentes reſerue-mus. Interim vero, quod muneris noſtri, & Chriſtiani imprimis officij eſt, partem illam mortis in corpore ſubeamus, quæ non [illegible] corpus ſed luxum, & diffluentiam corporis, animiq; prauum motus ad corpus ſe accommodantis abolet in nobis, atque perficit, qua ratione quidem peccato mortui verè & dicimur, & ſumus. Rurſus cum CHRISTVS in carne reſurrexit, illamq́; recepit vitam, quæ non amplius occaſura, ſed futura erat in eo iam immortalis, cumq́ue aſcendit in cœlum, & ad dexteram patris conſedit, alteram partem myſterij plenam, & perfectam in ſe nobis ipſe demonſtrauit, quæ præmia videlicet, & qui à Deo honores eos conſequantur, qui pro Dei honore, & pro cœleſtibus præmijs mundum & ſuauitates mundi fuerint aſpernati, vt nos, qui illam adhuc vitam obtinere non poſſumus, obtinebimus autem poſtea, interim tamen ea conſectemur, quæ illius vitæ propria, ſemperque illi adiuncta futura ſunt, innocentiam dico, iuſtitiam, pietatem, charitatem: nam & hæc quoq; nunquam moriuntur, [illegible]q; immortalis animi noſtri immortales & hi ſunt. Quòd ſi cùm illa morte peccati, qua peccatum iam in nobis CHRISTO commortui interemimus, ad hanc nouam vitam iuſtitiæ, quæ diuini generis iuſtitia eſt, non humani, negligamus exurgere, ne ad illam quidem vitam, quæ in corpore futura apud Deum eſt beata, atq; immortalis magnopere aſpiramus. Ex his ſatis patere arbitror, quod ſit myſterium fidei, & quæ baptiſmi vis, noſtraque cum CHRISTO mortis veteris hominis, hoc eſt, eius qui ex Adam progenitus eſt, & nouæ vitæ ex Deo, cum Deoq́ue ſimilitudo. Sicut autem CHRISTI à mortuis exurrectio gloriam Dei patris illuſtrem reddidit, ſic noſtra ex peccati morte ad nouam iuſtitiæ vitam excitatio non virtutibus noſtris, ſed eidem bonitati, & gloriæ Dei aſcribenda eſt. Conſiti ergo ſi fuimus ſimilitudini mortis CHRISTI, & reſurrectionis erimus? hoc eſt, ſi ſimilitudinem mortis eius in carne noſtra, quatenus ſcilicet morimur peccato, non totam mortem ferimus, & reſurrectionis illius ſimilitudinem feremus. Nunc quidem non reſurrectione tota, ſed quatenus ad vitam iuſtitiæ reſurgimus, poſt autem & integram reſurrectionem, cum in ſupremo mundi iudicio reuiuiſcemus, & mortem item ſuſcipiemus integram, cum vltimum noſtrū diem obibimus. Conſiti autem, inquit, vt non ore tantum, neq; enunciatione verborum, ſed corde, menteque coniuncti, & in vnum quaſi conflati cum CHRISTO ipſo in mortem, & vitam ſimus. Nam ſic quidem vetus homo noſter cum eo crucifixus fuerit, corpusque in nobis peccati interierit, corpus autem peccati quatenus ex eo oritur, feruetque peccatum, vt ne amplius deinceps ſeruiamus peccato. Nam qui mortuus eſt, purgatus eſt à peccato.

Quòd ſi vere cum CHRISTO mortui ſumus, fide & voluntate videlicet, credimus etiam, & confidimus cum eo nos victuros, in hoc quidem ſeculo nouæ iuſtitiæ vita, in altero etiam corpore, & immortali illa totius hominis gloria.

*Scientes quod* CHRISTVS *ſuſcitatus è mortuis, amplius non moritur, mors illi non amplius dominatur. Quod enim mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit Deo, ſic & vos exiſtimate vos ipſos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in* CHRISTO *Ieſu domino noſtro.*

INSISTIT Apoſtolus, & ſimilitudinem eandem in alia proſequitur, per quam mortem, & vitam CHRISTI in [illegible] quadam referimus. Vt enim mortem illius ab eo in corpore ſuſceptam nos in peccati morte, quæ pars eſt vniuerſæ mortis excipimus, ſic eiuſdem vitam vniuerſam & integram, qua ipſe & corpore & iuſtitia in æternum iam viuit, nos in ea parte accipiamus qua iuſtitiæ viuitur. Ac ſicut illa in eo vita iam immortalis eſt, ſic in nobis non amplius moriatur iuſtitia, ſemel ille peccato mortuus eſt noſtro nimirum, & nos ſemel ſimus mortui, ne in id denuo incidamus, vt rurſus in eo nobis ſit moriendum. Iuſtitiæ autem vitam, quam ipſius vitæ CHRISTI à mortuis excitati imitatione ſuſcipimus inuiolatam, & perpetuam [illegible]mus, in qua viuimus iam Deo, non peccato, aut mundo. Atque hæc in nobis imago ſit vitæ eius quam Deo viuit nunc CHRISTVS. Ille enim ita Deo viuit, vt & in æternum cum eo viuat, & Deus ipſe ſit: Nos ita in hac iuſtitiæ vita viuamus, vt ab ea nunquam diſcedamus, & Dei ſimiles in illa, ac tanquam filij & nominemur, & ſimus: quæ quidem vita peccato mortuum eſſe & per iuſtitiam viuere Deo, totum eſt fidei noſtræ myſterium, qui eſt CHRISTVS conſilium, & ſermo omnipotentis Dei, in quo vno hanc vitam nobis viuere conceſſum eſt. Vbi enim non eſt CHRISTVS, neque mundo, & peccato mori quempiam contingit, neque item viuere ipſi Deo.

*Ne igitur regnet peccatum in mortali veſtro corpore, vt pareatis illi in cupiditatibus eius, neve præbete membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed præbete vos ipſos Deo velut ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.*

CVM peccatum regnat in nobis, noſque ei ſubiecti, & dicto audientes ſumus, tunc exhibemus illi membra noſtra, & totum corpus, vt ad peccati nutum, atq; imperium illa præſto ſint. Porrò

impe-

imperat peccatum voluntati noſtræ, tanquam militi, & appariſio, vt ad omnes corporis cupiditates explendas membra noſtra veluti arma, & parata habeat, & quotienſcunque annuerit cupiditas, capiat illa atque adminiſtrandum corpori in ſuis cupiditatibus accurrat: quibus quidem armis ad iniuſtitiam, hoc eſt ad omne genus ſceleris & improbitatis peccatum vtitur, quod nos dehortatur, ne in corpore noſtro patiamur Apoſtolus, rurſusque idem hortatur, vt exhibeamus noſmetipſos Deo, velut ex mortuis viuentes, & membra noſtra arma iuſtitiæ eidem Deo vt ſint prompta & præſtò ad omne imperium Dei, qui his membris vt armis ad iuſtitiam, hoc eſt ad omne genus virtutis & probitatis eſt vſurus. Sed quod ait, velut ex mortuis viuentes, idcirco ait, quòd iuſtitia vita animæ eſt, ad quam quidem iuſtitiam poſteaquam CHRISTO à mortuis ſurgente nos quoque cum eo illius nouæ vitæ referendo ſimilitudinem conſurreximus. Nam & ipſe ſurrexit ob iuſtificationem noſtri, vt ſcilicet & nos ad iuſtitiam exurgeremus, poſtquam, inquam, ſicut mortui fueramus peccato in CHRISTO mortuo, ſic ab ipſo peccato, & iniuſtitia per ſurrectionem eiuſdem tanquam à morte in vitam iuſtitiæ reſtituti fuimus, hanc ipſam iuſtitiam, & vitam, quam à Deo accepimus illi ipſi, vnde profecta eſt, exercere, & conſeruare debemus: hoc etiam magis, quòd in memoria habentes & grato recolentes animo, quã tetra ex peccati morte ad cuiuſmodi cum Deo, & in Deo iuſtitiæ vitam traducti fuerimus, vt magis agnoſcere diſcamus beneficium omnipotentis Dei, & plus illius gratiæ tribuere obligati ſumus. Velut ex mortuis igitur viuentes, id eſt, qui hanc nouam vitam ipſius Dei beneficio obtinemus, cum peccato noſtro antè eſſemus ipſi mortui. Atque ideo ipſam hanc vitam illius voluntati totam ſubjiciamus. Peccatum enim vobis non dominabitur, inquit: Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Rationem dat, quare nobis non dominabitur peccatum: quia ſub gratia ſumus, & nõ ſub lege, quia ſpiritualem iam vitam viuimus in CHRISTO, non ampliùs carnalem, ex qua parte duntaxat & carnis, & corporis ſubiecti ſumus legi. Nam ex ſpiritu certè illi non ſubjicimur. Non dubium autem eſt, quin dum ſub gratia ſumus, peccatum nobis nõ dominetur, ſed illud eſt dubiũ, quòd & qui ſub gratia ſunt, interdum etiam peccant, ex eóque gratiam amittere videntur, & qui ſub lege ſunt, videntur poſſe non peccare. Sed ſemper nobis iſta vt intelligamus, ad myſterium fidei reuertendum eſt, ex quo illa à Deo nobis adeſt gratia, quòd Spiritu ſancto nos admonente, à mundo, & mundi bonis auulſi, atque abſtracti, bonum omne noſtrum in Deo vno, & in eo duntaxat pręmiis, quæ ab eo nobis in cœlo ſunt propoſita,

ſtatui-

ſtatuimus & locamus. Hæc enim ex Deo illuminatio noſtra, hęc directio mentis, & voluntatis, gratiam, & iuſtitiam illius in nobis imprimit, vt qui veritatem tanti myſterij, non auribus hauſimus ſolùm, neque in aliena fide, atque authoritate repoſitam duntaxat habemus, ſed corde, & mente percepimus ipſi: vt aliquando etiam in peccatum prolabamur, quoniam tamen id pręter animi noſtri conſtitutum eſt, nunquam illud in nobis regnare, neque dominari patiamur. Qui verò ſub lege Moyſis ſunt, vt qui mundo, & mundi cupiditatibus ſunt affixi, licet praecepta quædam habeant ex lege, quo ſe pacto in cupiditatibus illis gerere & gubernare debeant, tamen ſerui neceſſariò ſunt peccati, quando totum etiam illud, quod lege eis eſt permiſſum, cùm bona terrena magni æſtiment, coram Deo quodammodo peccatum eſt: ex quo etiam dictum fuit à Paulo, & aliis locis docente, quòd ex operibus legis coram Deo non eſt iuſtificatio, & in ea ad Philippenſes, quòd cùm ipſe ſecundum iuſtitiam, quæ eſt in lege, factus eſſet irreprehenſibilis, quæ tamen ei lucra extitiſſent, propter CHRISTVM, illa arbitratus ſit damnum ſibi eſſe, & etiam nunc arbitrari ſibi damnum, in quo profectò oſtendit legis iuſtitiam coram Deo, quoniam ab radice ſua in terra nititur, peccatum potiùs eſſe. Quo enim pacto aliter damnum ſit? niſi quòd nihil tam diſcrepans fieri poteſt, neque tam alienum, & inſociabile inter ſe, quam & mundana appetere, & Deum ſimul amare. Ergo nobis iam non dominabitur peccatum, qui ſub hac gratia & non ſub lege ampliùs ſumus.

*Quid igitur? peccabimus, quando non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. Nonne ſcitis, quòd cui exhibetis vos ipſos ſeruos in obediendo ſerui eſtis, cui obeditis, ſiue peccati in mortem, ſiue obedientiæ in iuſtitiam? Gratia autem Deo, quòd eratis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in quam traditi fuiſtis formam doctrinæ, liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.*

HAEC poſtulatio interrogantium ſi peccandum eſt, poſtquam ſumus ſub gratia, & non ſub lege Iudæorum propria eſt non intelligentium, quantum ſeruitutis & mali ſit in peccato ipſo, præter effectum etiam illum peccati, qui eſt mors, quæ maximè in lege peccantibus proponebatur, quando in fide CHRISTI nihil nobis à Deo tam ſit expoſitũ, atque promptum, quam ignoſcentia, & venia, quam illi gratiam vnam appellari exiſtimabant: quorum etiam imbecillitatem carnalis mentis paulò pòſt declarat Apoſtolus. Illi ergo cùm putarent non vſque eò ſeuerè agere Deum interprete IESV Christo vt agebat lex, eius

penam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

entiam, ac non veniam peccato proponebat, atque iidem ipſi ſuas explere cupiditates, ſeruatis formulis quibuſdam, iucundum & optabile eſſe ducerent, hoc ipſum quærunt, num peccari liceat, atque impunè iam poſſit, poſtquam à IESV Chriſto venia non pœna peccatoribus eſt allata, quorum inſcitiam refellit Paulus, humanas ſimilitudines in medium proferens, quando ad altiora capienda conſilia necdum erant idonei, Abſit, inquiens, quòd peccare liceat ſub gratia conſtitutis. Quî enim liceat, cum gratia ea ſit, quæ ad libertatem nos duxerit, & ad iuſtitiæ vitam, peccatum autem ſub ſeruitutem iniquitatis & mortis nos redigat? ſiquidem cui nos exhibemus ſeruos, in obedientia eius ſerui efficimur, quatenus ei obedientiam præſtamus. Ita vt habeat is, cui obediendo ſeruimus, in nobis poteſtatem, per quam ad ſuam naturam & voluntatem nos pertrahat. Porrò peccati natura mortis effectrix eſt: qui ergo ſeruiunt per obedientiam peccato in mortem, illi ſeruiunt, & ſub eo moriuntur. At iuſtitia per gratiam dat vitam. Igitur ſi ſerui vnà eſſe non poſſumus, morti & vitæ, nec peccato item poſſumus eſſe ſimul & iuſtitiæ. Seruire etenim eſt agere ad alienæ voluntatis, naturæque præſcriptum, quod idem eſt ac illi, cui obedias, ſeruum eſſe, ſiue peccato in mortem, ſiue obedientiæ in iuſtitiam: hoc eſt, ſiue peccato obedias, iſta te ſeruitus ex vi, naturaque peccati ad mortem detrudit, ſiue obedientiæ pareas, iſtud parere obedientiæ deducit te ad iuſtitiam, cum qua ſemper vita coniuncta eſt. Ferme enim vtitur hoc vocabulo Paulus iuſtitiæ ad ſenſum etiam vitæ, quoniam vita cum illa ex fide iuſtitia conflata ita eſt, vt non poſſunt inter ſe diſtrahi, ſed ipſe in his verbis poſterioribus ſuo more conciſus, & ſubterlabens, obedientiam in iuſtitiam, ſic ſimpliciter poſuit pro obedientia erga Deum in fide CHRISTI, quæ nos deducit, & vocat ad iuſtitiam, conſequenterque ad vitam. Hoc enim par pari quod referendum erat, vt quemadmodum dixerat peccati in mortem, ſic diceret iuſtitiæ in vitam, totum concluſit in ipſo iuſtitiæ verbo, & reliquit noſtris cogitationibus intelligendum. Sed gratia, inquit, Deo ſit, quòd cùm ante eſſetis ſerui peccati, obediſtis ex corde fidei, & CHRISTO, hoc eſt, quod modò dixerat obedientiæ in iuſtitiam ſecundum formam doctrinæ, quæ vobis fuit tradita, id eſt ſecundum Euangelium, eiuſque doctrinam, ex quo liberi facti eſtis à peccato, & ad ſeruiendum iuſtitiæ vocati: quo pacto ergo licitum ſit peccare ſub gratia, ſi hoc proprium in vobis eſt gratiæ donum, quod vt mortem vitaretis, à peccato fuiſtis liberati, & ſubiecti eſtis iuſtitiæ, vt vitam obtineatis.

*Humanum quid loquor ob imbecillitatem carnis veſtræ,*

*quem-*

*quemadmodum enim præbuiſtis membra veſtra ſerua impuritati & iniquitati in iniquitatem, ſic & nunc præbete membra veſtra ſerua iuſtitiæ in ſanctificationem. Quando enim ſerui eratis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his, ex quibus nunc verecundamini? Finis enim illorum mors. Nunc autem liberati à peccato, & ſerui Deo facti, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem autem vitam æternam. Pabulum enim peccati mors. Donum autem Dei, vita æterna in* CHRISTO *Ieſu Domino noſtro.*

HVMANVM quid loquitur, quoniam cùm ex his quæ [illegible] ſerunt illi, expertique in ſeipſis ſunt, velit eos nunc [illegible] facere, omittit tantiſper ſublimitatem myſterij mortis noſtræ in CHRISTO, & cum eodem ad iuſtitiæ vitam reſurrectionis, [illegible] losque ex propriis ipſorum erratis, erratorumque doloribus & pœnitentiis erudit, vt velint hanc multò potiorem, quæ in innocentia & ſanctitate poſita eſt, vitam conſtituere. Igitur [illegible] tatur eos, vt ſicut ante acceptæ fidei lumen præbuerant membra ſua ſerua impuritati, & iniquitati in iniquitatem, hoc eſt [illegible] animi habitui, & voluntatis vitio, in quotidianas, & [illegible] iniquitatis actiones, ſic nunc præbeant eadem ſerua iuſtitiæ in ſanctificationem, reducitque illos in memoriam eorum quæ antè perpetrare ſoliti erant, ex quibus pudore ipſi [illegible] rentur, tanquam illa per ſe turpia, & flagitioſa fuiſſent, [illegible] qui quo tempore ſeruiebant peccato penitusque [illegible] ti, nihil in ſe tunc iuris, neque imperij iuſtitiæ eſſe [illegible], & ideo ab illa dicuntur fuiſſe liberi, quaſi nihil cum [illegible] tionis tunc contrahentes, neque vlla in re illi obtemperantes: & ne fortè quis interpellet etiamſi in ſe, & ex ſe turpia illa fuerint, finem tamen illorum optabilem eſſe, quaſi in his poſita ſit [illegible] da, & diuturna vita, hoc etiam excludit, inquiens finem illorum fuiſſe mortem, quod in omnem quidem partem, id eſt, in omni genere mortis tam corporis, quam animæ ita eſſe conſtat [illegible] ctum quoque illum prioris vitæ inutilem & perniciosum [illegible] dit. Nam cum ipſa illa, quæ antea gerebant & ſectabantur, [illegible] ex ſe turpia, tum eadem approperabant, & præcipitabant [illegible] tem popularem hanc quidem, & communem omnibus, quæ corporis, animæque diremptio, cui nihil cognatius eſt, quam [illegible] piditatum, & libidinis dominatus, ſed & illam animæ [illegible] exitioſiorem, ac perpetuam, vt ſi maximè illa ſuauia, ap[illegible] que exiſterent, quod nequaquam ita erat, morte tamen [illegible] ſerentur: Ita omni ratione erant illis pudenda, & pœnitenda, quòd inhoneſta, quòd peſtifera, quòd incerta etiam, & [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hæreſſent. Nunc autem liberati à peccato, & ſerui facti Deo habent fructũ in ſanctificationem, & finem eius vitam æternam, quod optimè quadrat. Si enim ex peccato mors, ex ſanctificatione profectò eſt vita, quæ quoniam ſanctificatio procedit ex Deo nobis deferens vitam, ex æterno vtiq; Deo vitã quoq; æternam ſecum in nos traducit. Hoc etiam magis, cùm donum ipſa Dei ſit, ab illo totum dependens, non autem ex nobis originem vllam habens, deceatq; dona donanti ſimilia, & imprimis ipſo digna eſſe, qui donat, quod quidem donũ à Deo per Ieſum CHRISTVM nos accepimus, & in CHRISTO Ieſu illo perfruemur.

*An ignoratis fratres, ſcientibus enim legem loquor, quòd lex dominatur homini, quandiu viuit? Nupta enim mulier viuenti viro alligatur lege, ſi autem moriatur vir, ſoluta eſt à lege viri: ſic igitur viuente viro adultera iudicabitur, ſi hæreat viro alteri: ſi verò moriatur vir, libera eſt à lege, vt non ſit adultera, ſi hæreat viro alteri. Quare fratres mei & vos perempti eſtis legi per corpus Ieſu Chriſti, quo hæreatis vos alteri ei, qui ex mortuis excitatus eſt, vt fructum feramus Deo.*

RATIO iſta Apoſtoli tota intenta eſt ad cohortandos Iudæos, vt audacter deſciſcant à lege, & dicent ſe CHRISTO tanquam ipſi legi mortui ſint, & lex ipſis. In illis enim fidei nouæ primordiis complures adhuc eorum titubabant, noſcentes quidem veram & veritatem myſterij Chriſti, ſed inſito metu legis, in qua conſenuerant, patresque ſuos & auos in eadem profeſſos cultũ Dei veri meminerant, in ancipites curas diſtrahebantur, vt non planè ſtatim decernerent, quid ſibi eſſet faciendum: hos ſic hæſitantes, & ambiguos, nequaquam aſpernantes fidem Chriſti, ſed dubitantes tamen, impellit Apoſtolus, vt toto pectore Chriſtum amplectantur eo, quòd nullum ampliùs in eos imperium habeat lex, quippe cui ipſi mortui ſunt, lex verò in eis tantum ius ſuum exerceat, qui in vita hac illi ſunt ſubiecti, quod autem homine mortuo ſoluatur in eum imperium legis, exemplo ex ipſa lege ſumpto planum facit. Eſt enim in lege poſitum, vt mulier viro nupta tota ſit viri, nec alienum virum vllo modo expetat, quem ſi expetierit, vt adultera puniatur: hoc ex lege vinculum viro mulierem obſtringens, ſi vir moriatur, diſſolutum ſtatim eſt: nec ad alterum virum tranſiens mulier, iam eſt adultera amplius iudicanda. Atque hoc quod in parte quadam, & in vno præcepto legis perſcriptum eſt, idem profectò valet in vniuerſam legem, quæ ſiue ipſa antiquetur, ſiue illa qui tenentur, vita ipſi functi ſint, ſolutum eſt omne vinculum, neque ampliùs mortui qui iam ſunt, legi ipſi ſubjiciũtur, neq; ſanè refert quod eſt in

exem-

exemplo viri & mulieris poſitum, vtrius ſolutio & mors in cogitetur, quando alterius vtriuſuis morte alter ſolutus eſt, à vinculo legis quod ad matrimonij ius pertinet, per illius mortem liberatus, noſque cùm morimur legi, lex etiam moritur nobis. Sed vt noſtram hanc cum lege coniunctionem [illegible]mus, ac nunc de nobis tanquam de Iudęis illis loquamur. Quemadmodum ſi coniugio deuincti non ſumus, nihil habet poteſtatis in nos ea lex, quæ de coniugio eſt poſita, & ſi publica[illegible]dimimus, leges publicanorum non ſunt nobis latæ, [illegible] finibus regundis ſunt, ſi agrum non poſſidemus, nec [illegible] licidiis, ſi domicilio ſumus priuati, ſic in vniuerſum cum Moyſis lex regendis, & docendis hominibus lata ſit, [illegible] illis in hac vita, & in his terrenis mundaniſque rebus, [illegible]bus, ſtudiis, commerciiſque ſine offenſione Dei verſandum [illegible]gendumque ſit, ſi terrena iſta omnia negligantur, & pro nihilo pendantur, neque è corporeis, & carnalibus his cum quiſquam pendeat, iſte legi profectò iam mortuus eſt, & lex ipſi, ne[illegible] cum altero quicquam ampliùs rei habet, nec rationis [illegible]dem Chriſti ſecuti ſunt, & Chriſto ſeſe totos, ac per Chriſtum Deo dediderunt, hiſce omnibus mundi rebus & mundanis ſtudiis mortui ſunt, quippe qui cuncta abiecere corporea & repudiauere, ſoliſque in cœleſtibus ſpem ſuam collocauere. [illegible] ergo imperium iam nullum, neque poteſtatem habet. [illegible]tum enim eſt vel diſciſſum vinculum potiùs corporeorum & terreorum, quo antea legi tenebantur obſtricti. Liberi ergo [illegible] ſunt ſicut mulier priore viro orbata ad virum alterum, [illegible] per mortem Ieſu Chriſti, in cuius omnes corpore, qui Chriſti eſſe volumus, commortui cum illo ſumus, à legis imperio liberi effecti conferre ſe ad alterum eum ipſum videlicet, qui è mortuis idcirco excitatus eſt, vt nos vnà cum illo quoque excitati fructum iam Deo, & non ampliùs legi feramus, vt ſermo deinceps noſtra in his ſit, quæ ſola Deo verè accepta, grataque ſunt, quæ à dedita illi voluntate, & ſpe eiuſmet fruendi, poſſidendi[illegible] terrenis penitus abiectis ſtudiis proficiſcuntur, in quibus [illegible] terrenis lex imbecillitatis tantùm nobis eſt carniſq; [illegible]

*Quando enim eramus in carne, infectiones peccatorum quæ per legem ſunt, operabantur in membris noſtris, vt fructum fe[illegible]remus morti. Nunc autem ſoluti ſumus à lege morientes, in quo continebamur, vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non vetuſtate literæ.*

QVASI declarans, quid ſit fructum ferre Deo, oſtendit quid antea erat ferre fructum morti, quando carnalem vitam [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur, inquit, hoc enim eſt quando eramus in carne, cùm car-
nis deſideria, & commoda magni æſtimabamus, in quibus diſcri-
minandis, & regendis authoritatem, & diligentiam omnem
cum adhibet lex, tunc infectiones peccatorum, quæ per legem
erant, id eſt, illa intentio, multiplicatioque peccatorum, quæ per
rationem legis in nobis facta eſt, quandoquidem per legem &
vnumquodque peccatum maiòre culpa committitur, & plura id
genus peccata necessariò pòſt ſequuntur: iſtæ ergo infectiones,
multiplicationesque peccatorum operabantur in membris noſtris,
id eſt, membra omnia noſtra ad ſibi ſuccurrendum, inſeruien-
dumque aduocabant. In quo attentè inſpiciendum eſt volenti-
bus intelligere, qua ratione lex anſam præbeat ad grauius, mul-
tipliciusque delinquendum. hoc in his pauciſſimis verbis ab A-
poſtolo indicatum eſſe. Id porrò nos ſic explicemus: Omne pec-
catum ſi nulla ſit poſita lex, licet peccatum ſit, Deumq; aut pro-
ximum dedecore, damnóue offendat, tamen ſi patretur, atque
admittatur, neque conſcientiæ morſus graues habebit, vt quod
nulla lege reprehenſum ſit neque demonſtratum, neque prohi-
bitum, neque terroribus animum perturbabit, nulla illi peccato
pœna in lege propoſita, ſed ipſum per ſe languens, & tacitum, at-
que ad fodiendas ſtimulis curarum mentes noſtras inerme ter-
minabitur in ſeſe, expletaque cupiditate, & libidine ſua conquie-
ſcet, quòd ſi accedat monitio, & doctrina alicuius grauis & au-
thoritatem habentis viri, qui demonſtret & doceat, quàm ſit ini-
quum & turpe iniuriam proximo facere, idemque quod ſit æ-
quum & rectum commoneat: ſuadeat abſtinere à talibus, horte-
tur vt in pudore, & in officio quiſque permaneat: hac iam acce-
pta cognitaque diſciplina, ſi quis poſtea contra huiuſmodi præ-
cepta deliquerit, cum peccato grauiore deliquerit, quippe in quo
præter facinoris culpam, quæ in facinore ipſo ſita eſt, contem-
ptus etiam præcepti ſanctioris fuerit additus, quod ipſum per ſe
non leue eſt peccatum. Tum verò intus ſentiet reprehenſiones
quaſdam veluti rationis acrius ipſum obiurgantis, quòd eam
rem, quam prauam, & nefariam eſſe intelligeret, nihilóminùs
ſuſcepiſſet, neque bono in ea re conſilio, ſed inconſultæ potiùs
cupiditati paruiſſet. Hæc inteſtina rationis reprehenſio nata
iam ex monitionibus illis, quæ doctrinam dederant, recti praui-
que internoſcendi, & peccatum magis vt graue ſit, & id magis et-
iam, vt intelligatur, facit: vt cùm duplex quodammodo & ge-
minatum peccatum ex ſimplici, atque vno ſit factum, tum eius in
anima infectio tanquam vibex, & verberatio quædam illa ipſa
inhæreat conſcientiæ obiurgatio, per quam peccatum ad nos in-
ſtar perturbandos vegetius redditum eſt. Quòd ſi præter doctri-
nam, & ſuaſionem lex feratur, quæ pœnam peccato mortis, ex

lii, ignominiæque proponat, nónne quot interdicta in lege poſita ſunt, tot fiunt acceſſiones magnitudini, grauitatiq; peccati, totq; in anima ex peccato ipſo oriuntur infectiones, non modò iam conſcientiæ ſolùm, ſed aſſidui metus, ſed infeſtæ ſuſpiciones, cùm diurnis nocturniſque ſolicitudinibus vrgemur, cùm pœnam pertimeſcimus, cùm vt eam effugiamus, aut fraudem aliquam, aut vim etiam ſuſcipimus, & meditamur, nec [illegible] admiſsi terrorem ſine alio peccato excutere nos poſſe credimus. Atqui iſta ſunt pathemata, vt Paulus inquit, peccatorum [illegible] membris noſtris operantur, per quæ peccatum noſtris membris imperat, vt ad ſibi ſuccurrendum, & ſubueniendum [illegible] ſtò ſint. Lingua inficiando crimina ad periurium vocantur, atque vultus ſimulationem ſuſcipiunt, manus ad cædem mouentur, pedes expediuntur ad effugium, è corde omnia mala conſilia euocantur. Atque hoc examen facinorum, & ſcelerum à lege, & per legem in nobis coortum, totos nos corripit, & in ſeruitutem redigit peccati, vt perturbationibus inteſtinis [illegible] omnia membra noſtra deſeruire cogantur. Quorum quidem facinorum multò maxima parte, ſi lex nulla extitiſſet, potuiſſemus facilè carere, horum nunc infectionibus vexati, atque oppreſſi fructificamus morti, quò enim ampliùs inuoluimur [illegible], hoc ius morti maius in noſmetipſos tradimus. Atque hanc peccati velut hydram quandam multiplicatam ex vno [illegible] nie numeroſa & produxiſſe quodammodo videtur, [illegible] lex, & ſi legi hoc quidem non ſua ipſius omnino culpa, tamen aliqua culpa ipſius accidit, quæ non hydram hanc [illegible] ad plurimos fœtus educendos cupiditatem iſtam [illegible] eliſit ex animo, ſed eam quidem cùm reliquiſſet, [illegible] buſdam regere poſſe exiſtimauit, vt non vltra quam permiſſum foret, illa progrederetur. In quo & ſpe, & opinione ſua [illegible] pta eſt. Quid enim dixerit quiſpiam, qui legem illam tulit, an inopia conſilij in hunc errorem lapſus eſt? minimè ille verò, neque adeò labi potuit, ſed cùm ipſe verbis, ſententiiſque [illegible] nis, atque ipſo ſono, voceque literæ terrena, & corporea [illegible] propoſuiſſet, ſpiritualia ſub illis, & diuina voluit intelligi, ad [illegible] intelligentia qui perueniſſent, nucleumq; iam inueniſſent, corticem mox abjicerent, neque in litera peccati, & mortis [illegible] trice, ſed in ſpiritu viuificante ad Deum, & ad Dei iuſtitiam niterentur. Quod nos per fidem Chriſti verè facimus, qui [illegible] à iugo legis, & literæ cupiditatis noſtræ morte, hoc eſt Chriſti corpore peccati cõmortui, per quod corpus legi ſubjiciebamur, & per illud in poteſtate legis tenebamur, ad excitatum à mortuis iam Chriſtum ſine præuaricationis nota confugientes [illegible] mus Deo in nouitate ſpiritus, cuius myſterium [illegible]

hæreſt, non ampliùs in vetuſtate literæ, quæ exauthorata, & nullius iam obſoleuit.

*Quid igitur dicemus? lex peccatum eſt? abſit, ſed peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam & cupiditatem non cognoſcebam, niſi lex dixiſſet, Non concupiſces. Occaſionem autem ſumens peccatum per præceptum peperit in me omnem cupiditatem. Abſq; enim lege peccatum mortuum eſt. Ego verò viuebam abſq; lege aliquando, adueniente autem præcepto peccatum reuixit, & ego mortuus ſum, & repertum mihi eſt præceptum, quod erat ad vitam, id eſſe ad mortem: peccatum enim occaſionem capiens per præceptum decepit me, & per præceptum ipſum me peremit. Quamobrem lex quidē ſancta, & præceptum ſanctū, & iuſtum, & bonum. Quod igitur bonū mihi factum eſt mors? abſit, ſed peccatū vt appareat peccatum per bonum mihi parere mortem, vt fiat præter modū culpabile peccatum per præceptum.*

Hoc eſt, vt ab vltimis verbis incipiamus interpretari, quoniam peccatum, quod per ſe ſi non incuſetur, neq; ad ſupplicium vocetur, languidum, atq; iners minimè mentem atque animum noſtrum conturbabat, aduentu legis acrius factum eſt, & ad inferendam mihi mortem valentius. Qua ratione manifeſtum fit, multiplicatum ex occaſione præcepti & maius ac vehementius factum eſſe peccatum. Nam cùm propoſitum Paulo ſit omnibus modis elidere legem, quæ obicem, & offendiculum fidei CHRISTI opponebat, nec ſinebat homines liberè, ac ſoluto animo ad Chriſtum ſe conferre, & ante eius inutilitatem noxamque aduecta, ſuperſtitionemque declarauit, & nunc illud quoque ex ea damnum, detrimentumque monſtrat, quòd auctum eſt per eam potiùs, quàm diminutum peccatum, neque propterea tamen legem quis malam fuiſſe ſuſcipiat, quippe quæ lata fuerit, vt remoueret peccatum, ſed vitio peccantium anſam ipſa præbuit grauius aſperiusque delinquendi. Nec verò video, cur tantoperè pertimeſcant in his verbis Pauli nonnulli ſancti viri, ne arguere legem ipſi, atque eam tanquam effectricem peccati accuſare videantur, non enim vim, ſenſumque Apoſtoli ſatis diligenter attendunt, qui quod cautè, & honeſtè de lege loquitur, auribus Iudæorum dat, vt ne reprehenſione legis nuda, atq; aperta illi incendantur: quà verò rejicit illam, atq; condemnat, cordibus verè illorum id nititur inſinuare. Nihil enim magis ab Apoſtolo ſpectatum eſt, quàm vt ab lege tanquam damnoſa, inutiliq; Iudęi recedentes omne ſtudiū pietatis in CHRISTO conſtituant. Atque hoc nos de lege tota dicimus, noxiam

iam illam eſſe, & peſtiferam, in CHRISTO credentibus, ſi vni-
uerſa ſuſcipiatur, & quatenus porrecta in litera eſt à nobis ob-
ſeruetur, licet partes ex ea aliquot in moris noſtri obſeruationem,
ſi pergamus eſſe carnales, rectè tranſlatæ ſint. Nam ſpiritualibus
nobis, & in CHRISTO plena fide hærentibus in totum inutilis
& ſuperuacanea eſt lex. Non enim eadem in illa præcepta, quæ
in Euangelio ſunt, quando non ad eundem finem, non ad ean-
dem ſpem vtrobique ſunt intenta. De quo in priore libro di-
ximus. Verùm eadem lex, ſi poſthabito ſono literæ ad ſpiritum,
& myſterium veræ in Deum fidei, poſthabendis terrenis re-
bus traducta ſit, ſanctam illam ſemper & à nobis colendam ve-
nerandamq́ eſſe prædicamus, quo vno illa modo ad fidē CHRI-
STI tranſitus graduſque eſt, non ab eadem fide diuerſa. Non
igitur lex ipſa peccatum eſt, inquit Paulus, ſed indicatio demon-
ſtratioq́ue peccati. Non enim noſcebam concupiſcentiam, in-
quit, niſi lex dixiſſet, Non concupiſces. Quod eſt in quadam par-
te concupiſcendi à lege interdictum, nam vniuerſam quidem cu-
piditatem, alit potiùs, & fouet, quàm abjicit lex, quæ ſemper
terrena bona, ſemper familias, & liberos, ſemper pluuias & ro-
res cœli, ad vbertatem frugum hominibus proponit. Sed vetat
lex, quod iam alterius factum eſſet, id ab alio quoquam concu-
piſci. Nec rem inquiens, nec vxorem concupiſces alienam. At
per hoc præceptum, & interdictum legis occaſione accepta,
peccatum amplificauit in me omnem concupiſcentiam. Quo au-
tem pacto amplificauit? Quia vbi ſemel eſſet lapſus quis ſiue le-
ue errore, & incuria quadam, ſiue etiam malitia, multòque qui-
dem ardentius, & pertinacius ad vetita contendentem, vt
quidem ſemel illa ad raptum, & ad libidinem ſe proripuiſſet, mul-
torum deinde facinorum comitatu neceſſe habuit ſe communi-
re, ac præter priorem illum contemptum legis, atque præcepti,
aliorum quoque peccatorum, vt iam diximus, ingentem ſil-
uam ſecum trahere, quibus lex occaſionem præbuiſſe videa-
tur, quoniam abſq; lege peccatū mortuum eſt, inquit. Quid mor-
tuum? nónne & ſine lege mortiferum antea peccatum fuit? fuit
enimuerò, id enim & è paradiſo Adæ eiectio, & conflagratio
Sodomæ, & ipſæ præcipuè vndæ diluuij ſatis indicauere. At
vt ne de peccatis ſolùm voluntariis intelligamus, & his quæ
malitia, & certo conſilio proficiſcuntur, illud ipſum peccatum,
quod ex patre primo Adam domeſticum nobis, & natiuum fa-
ctum eſt, quod vel inuiti, vel ignorantes gerimus, ipſum illud,
inquam, peccatum nobis eſt ad mortem, per quod natura, vt A-
poſtolus ait, omnes filij iræ ſumus. Ita ſemper quidem fuit
peccatum cauſa mortis, ſed leni, tacitoq́ue veneno ſe immit-
tebatur, vt cum voluptate quadam delaberemur ad mortem.

mortem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem autem vtramque & corporis, & animæ, quoniam in vtrumque inferendæ mortis peccato eſt poteſtas. At poſtquam venit lex, quæ & monſtrauit, & prohibuit peccatum, pœnamque illi inſuper ſanxit, tunc exorta ſunt quamplurima ex peccato pathemata, quæ nos variis modis perturbarent, metus, fugæ, aliarum conquiſitiones, aliorum ſolicitationes, fraudes, cędes, inſidiæ, periuria, & omnis illa ſcelerum manus, quæ nocentem animum ſolita eſt comitari, inſtincta mœroribus, angoribus, diurnis, nocturniſque ſolicitudinibus, quæ cuncta arma ſunt peccati, ad dominandum membris noſtris, mortiſq; ſpecimen diu antè nobis, & illius vim, terroremque oſtentantia, ad quam poſtremò mortem cùm fuerit ventum, acerbiore etiā illa multò, & tetriore excipimur, quàm ſi ignari, quidnam eſſet peccatum, & nihil tale cogitantes ad eam ſenſim deueniſſemus. Illo enim modo certè & quietiorem traduxiſſemus vitam, & fuiſſemus morti leniori addicti. Atqui tanta hæc acerbitas, multiplicemque peccati occaſionem, atque anſam ex lege accepit, ex lege autem Moyſis, nequaquam enim de hoc dubitandum eſt, nec quod de lege alia loquatur Apoſtolus, exiſtimandum. Sola enim illa lex veram notionem peccati afferebat. Cuius culpam, & crimen ſola metiebatur ex ira, & offenſione omnipotentis Dei, quod eſt vnum peccare verè, & ſcelus, culpamque ſuſcipere. Quoniam abſque lege peccatum mortuum eſt, inquit. Ego autem abſque lege viuebam aliquando, quod intelligendum eſt de illa ætate, in quam ius legi adhuc nullum eſt, quòd nec peccatum in illa, vt peccatum accipitur, & à pœnis, ſanctionibuſque legis immunis eadem ætas eſt, & libera, cuiuſmodi pueritia, & illa principia ineuntis adoleſcentiæ ſunt. idem enim eſt illa eſſe ſine lege, & legem in ea ius non habere. Quod ſi ab vnius hominis ſtatu, atque vita ad nationem totam Iudæorum, ratio ſimilis transferenda eſt, id quod Apoſtolo eſt vſitatum, & frequens, ab Abraam vſque ad Moyſem ſi populum Hebræum accipias quando egit, & vixit ſine lege, tempus illi huius pueritiæ accommodes, quando in lege nondum eruditus, neque admonitus ex ea, quid cauendum eſſet, & quid ſectandum, peccati vim in ſe nullam, neque ex eo moleſtiam animi ſentiebat. Viuebam ergo ſine lege aliquando, hoc eſt, ſecuro & tranquillo animo eram, nullis intus ex peccato ſtimulis, morſibuſque vrgebar, quippe qui peccatum non agnoſcebam, fructumque hunc vitæ quietæ capiebam. At poſtquam aduenit præceptum, cœpitq; lex habere in me poteſtatem, reuixit peccatum, & ego mortuus ſum. Tunc peccatum accepit vim, tunc ex agnitione ipſa, vitio tamen acrius & vehementius illud factum eſt, multiſque ſe circum præſidibus inſtruxit, atque ego ſum mortuus. exturbata enim

pace animi, atque angoribus, & timoribus multis introductis, criminibuſque multiplicatis, atrox mihi imago mortis repræſentata eſt, cœpitque in me tanto ante mors vim, & ius ſuum exercere. Quod idem de cognitione peccati, & turbulenta propter hoc ipſum vita teſtatus eſt Dauid, Quoniam, inquiens, iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Compertum eſt itaq; præceptum legis, quod datum mihi erat ad vitam, quod ego ſi cuſtodiſſem, vitã eram habiturus, quam & vt adipiſcerer, idcirco mihi fuerat traditum: id, inquam, præceptum compertum eſt fuiſſe mihi ad mortem, non ipſum quidem ex ſe, neque ex natura ſua, ſed meum vitium & peccatum, præcepto illo occaſionem capiens decepit me, quibus enim mihi vtendum erat ad ſalutem, & quæ propter eam cauſam erant data, vt ex illis ego vitam adipiſcerer, ipſis illis armis peccatum me interemit. Nam præceptum quidem ad eam rem erat datum, vt tolleret peccatum, atq; vt excinderet, quod cùm facere non potuiſſet, coegit illud increbreſcere, adiuncta enim reſiſtentia contumacia, ac neglectu legis, cęteriſque ad effugiendum pœnam criminibus acceſſitis, & maius, & impotentius factum peccatum eſt. Proinde lex quidem ſancta eſt, & præceptũ ſanctum, iuſtumque, & bonum, id eſt, ſanctum ipſum quidem ex ſe, & bonum, & ad bonum finem pertendens, ſi materiem ſibi commodam, & tractabilem offendiſſet. Sed quoniam rebellem, & contumacem reperit, non ſolum ordinem illi, & formam afferre non potuit, ſed dedit cauſam quodam modo turbidius etiam, & deterius ſe habendi, ſicut ſæpenumero in cataplaſmatis vſuuenit, quæ eruptionibus pituitæ in corpore impoſita, cùm non ad totam pituitam extenuandam vim habeant, ſed illius impetum in aliqua parte corporis reprimere conentur, dant ferè cauſam, & motum pituitæ, vt aſperius, & violentius ſe ejiciat. De quibus quidem cataplaſmatis [sic], idem quod de præceptis legis dici poteſt, bona eſſe illa, & ſalutaria, & commoda, ſed ipſam tamen pituitam occaſionem ex illis interimendi hominis cepiſſe, cuius ſimilitudine bona lex, & iuſta, ſanctumque præceptum, ſed quia non vniuerſam in animo cupiditatem excidit, aliquaſque eius partes duntaxat, extinguere eſt conata, idcirco & commouit magis, exaſperauitque cupiditatem, & occaſionem illi attulit animæ maturius, acerbiusque interimendæ. Hoc ſenſu in euangelio Dominus, Si non veniſſem, inquit, peccatum non habuiſſent. Quid ergo, aduentus Domini cauſa illis fuit peccati? Minimè per ſe quidem, ipſe enim venerat, vt eos ab omni peccato eriperet, ſed ipſorum neglectus, & contumacia, & obſtinatio noſcendæ, amplectendæque veritatis grauius in illis peccatũ ex aduentu CHRISTI conſtituit. Ita non id quod bonũ eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum mors, ſed peccatum potius eſt, quod id bonum ad detrimentum, perniciemque conuertit, quandoquidem ipſum peccatum contra bonum ſtando, idque reijciendo, & conculcando fit grauius, & culpabilius peccatum, quam ſi nullum ex aduerſo bonum habuiſſet, contra quod tenderet, & ex cuius contentione irritatum ipſum aſperius fieret.

*Scimus enim quod lex ſpiritualis eſt. Ego vero carneus ſum, venditus ſub peccatum. nam quod operor, non cognoſco. Non enim quod volo, id ago: ſed quod odi, id facio. Quòd ſi quod nolo, id facio, conſentio legi, quòd bona. Nunc autem non amplius ego id operor, ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim quòd non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle adeſt mihi, facere autem honeſtum non reperio. Non enim quod volo facio bonum: ſed quod nolo malum id facio. Si vero, quod ego nolo, hoc facio, non iam ego id operor, ſed id, quod in me habitat peccatum.*

POSTEAQVAM dixerat peccatum ex interdicto, & prohibitione legis anſam ſibi acquiſiuiſſe, per quam ipſum grauius & vehementius fieret, quæſtioni tacitæ nunc occurrit. Potuit enim occurrere aliquis, & dicere: Cur ergo peccatur in id, quod lex prohibet, aut omnino fuerat peccandum, quid ita data lex eſt, quæ irritatura eſſet peccatum, & multiplicius id effectura? difficilis ſane quæſtio. Itaque reſpondet Apoſtolus, duaſque noſtri partes ſibi oſtendit, quarum partium alteri, & probata & accepta lex, altera pars ſit legi, & parti illi, quæ cum lege facit, contraria & aduerſaria. Quarum duarum partium inter ſe contentionem, atque pugnam exponere conatur, hominem illum exponens, qui ante aduentum gratiæ Dei, & CHRISTI, in lege Moyſis fuit, is enim maxime his certaminibus & prælijs carnis aduerſus mentem erat expoſitus. Nec ſane in hoc loco legi naturæ locus eſt, habebat illa quidem in ſe ſimulacra quædam certaminum huiuſmodi, potius quam certamina, ſed veluti quæ nihil ad Deum penitus referebat: ad coitionem vero quandam hominum retinendam, & conſeruandam ſtudia ſua dirigebat, & quicquid non eſſet contra ſocietatem communem, liberum hominib. & permiſſum relinquebat, admittebatq; libidines, nec vlla vitæ oblectamenta, quæ fraudi modo, & detrimento proximo non eſſent ab ſe, & ab quotidiano cultu, victuq; ſuo reijciebat, non eſt ad verum, & proprium legis nomen illa lex naturæ applicanda, atque aptanda. Quapropter de lege Moyſis oratio eius eſt. Quam quidem ſcimus legem, inquit, quòd ſpiritualis eſt, id eſt, ei parti hominis edicta, & lata, quæ ex mente rationeque

conſiſtit. Sic enim ſpirituale hoc loco, vt cupiditati, & ſenſui, quæ magis corporeæ ſunt affectiones, opponitur, intelligendum eſt, qualis interior homo eſt, qui non videtur, nec tangitur, quod eſt proprium ſpiritus, vt diſtinguitur ab homine externo & corporeo qui iam ſenſioni, & oculis ſubiectus eſt. Porro autẽ mens, & ratio ſpiritualis pars hominis, quæ ſenſum omnem corporis effugit, potius, & dignius ipſa eſt homo, quam aut caro, aut qui in carne affectus ſedem, & locum obtinent, cui ipſi parti potiſſimæ, & principi lex eſt præcipue lata, quæ inſtrueret mentem, atque imbueret genere illo ſcientiæ, per quod prauum illa à recto, bonum à malo, quodq; Deo gratum eſſet ab eo, quod ingratũ ſciret, poſſet diſtinguere, & cum illud perſequi, quod probari Deo intelligeret, tum id vitare, quod eſſe illi odioſum, aduerſariumque arbitratur. Spiritualis eſt igitur lex, quoniam huic parti lata eſt, quæ longe aliena, & diſſentiens à corpore, tum natura, tum etiam ſtudijs ferè & voluntatibus, per quam partem poſtea etiam in ſenſus affectionesq; corporis dimanare legis vis & præceptum bene agendi, recteq; concupiſcendi poſſit. Sed vt nequaquam fuit difficile vinci à lege rationem & ſubijci, ita illud difficilimum per rationem, & per legem, temeritatem carnis contundi, & comprimi. Obſtat enim ſemper hic corporeus homo rationali homini, neq; illi dicto patitur audiens eſſe, & cum in vnam partem diſcedere iuſſus eſt, in aliam, & diuerſam nequiter ipſe contendit, quod cum facit, non ille menti eripit concordiam, & rationem conueniendi cum lege, ſed in ſeipſo illius vim, & imperium irritam facit, vt corporeo homini nequeat lex dominari, qui is & legi, & rationi contumax ſit. Hunc vtrunq; hominem in ſemetipſo exprimens Apoſtolus, tanquam vterque loquatur, & nũc ſe in parte carnis, nunc in ſpiritus ponit, Nouimus, inquit, quod lex ſpiritualis eſt, hoc eſt menti, & rationi lata, & in ea imperium obtinens. Sed ego homo carneus ſum, venditus ſub peccato, mancipium factus peccati, cui caro ipſa me vendidit. Illa enim tantummodo id cogitans, quo pacto poſſet explere cupiditates ſuas, reliqui hominis in me rationem nullam ducit, ſed voluptatis pretio empta dedit peccato me poſſidendum. Itaque quod facio, non cognoſco, cum ego ſeruio peccato, non id agnoſco meum, non mei illud iudicij, non liberæ voluntatis eſt, non enim, quod volo, id ago, ſed quod odi, id facio. Ita in vtroque vis, cum neque quod volo, id agere mihi permiſſum eſt, & ad id quod odi, faciendum detrudor. Sed in hac tamen diſſenſione apparet, ſi id quod ago, non agere magis vellem, quòd ego internus homo videlicet, & ex ea parte qua ſpiritualis ſum conſentio legi, & eam approbo, atque adſciſco, tanquam bonam: quod ſi contra eam ipſam ago, non iam is ego ſum interior homo, qui le-

gra

perfrangam,ſed eſt peccatum illud, quod habitat in me. Peccatum quod habitat,inquit,cuius & fomes natura nobis inſitus eſt, ſeminarium cupiditatum', & ſeditionum omnium, quod nequaquam à nobis auellere poſſumus, & ipſa deinde frequentatio,cõtinuatioq; peccati, quæ peccandi conſuetudine in habitum morem adducitur,etiam contra legem eſt, & contra mentis rationem ſanctior. Atq; illa quidem naturalis carnei hominis ad peccatum propenſio præceptum illud legis aſpernatur, quod eſt, non concupiſces. Habitus vero ipſe peccandi, reliqua præterea omnia cõſtituta legis,atq; mandata confundit, & diſſipat. quod cum inuita, & reluctante ratione fit,quod accidit fermè in ijs, qui ſcientia inſtructi ad cognitionem boni,maliq; ſunt,vt non prorſus ruant, neq; ad delinquendum proiiciant ſeſe, ſed vi tacita quadam ſenſim eò pertrahantur,tunc eſt rationis & voluntatis cum habitante in carneo homine, peccato diſſidium, vt voluntas quidem legem amplectatur,illiq; hærere cupiat, peccatum autem & legi,& voluntati vim afferat. Non enim,inquit,in me, hoc eſt,in carne mea,habitat bonum. Nam ſi habitaret,cum ego bonum velim,agerem id etiam. Quid ita autem non ago? Quia cum id cupio agere, non inuenio viam, quæ me eò deducat, quòd & vi alia quadam diſtrahor,& lumini mentis meæ quaſdam intus tenebras offundi ſentio,cum illa vaporibus, fumiſque cupiditatum turbata, atq; aberrans,neq; conſilium priſtinum firmum, neq; rectam ſemitam amplius tenere ſcit.

*Reperio igitur legem volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum appoſitum eſt, condelector enim legi Dei, ſecundum interiorem hominem: verum aſpicio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me dedentem legi peccati,quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo,quis me liberabit è corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum, D.N. Igitur idem ego mente quidem ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.*

PERGIT eundem ſtatum demonſtrare Iudæi hominis ex lege vitam agentis,in quo iſta pugna mentis, & carnis aſſidua eſt, neque vllo pacto poteſt ad concordiam conuerti, quod in illa lege accidit, quia & ſi ſpiritum ac rationem lex inſtruebat: carni tamen bonam, & magnam partem relinquebat. Nam & diuitias magnificeri permittebat, & connubia etiam plura non interdicebat,eaque à Domino Deo peti ſuadebat, quæ eſſent carni,corporique accommodata, atque apta, vt pluuias,vt fertilitates, vt terræ fructus, vt familiarum, & armentorum ſobolem, ac denique videbatur lex ita Deum Hebræis proponere colendum,

non vt eum ipſius cauſa hi venerarentur, ſed vt ad ſua terrena optata conſequenda illius maieſtate, & numine abuterentur. Et ſi non hoc vitium omnino erat legis, ſed error eorum, qui legem tantum ex verbis, & literis attendebant, eueniebat quidem illud neceſſario, vt permiſſo ſemel cupiditati regno, regi poſtea cupiditas, ac ſuſtineri, vti voluiſſet lex minus facile poſſet. Reperitur, inquit, legem, quòd volenti mihi agere bonum, malum adiunctum eſt, hunc, inquit, effectum in me legis, hanc doctrinæ ſentio, quòd ſcio iam diſcernere, & diſtinguere in memetipſo aliud eſſe mei, quod aſſentiatur legi, aliud, quod repugnet. Quòd ſi non eſſet lex, nequaquam ego id animaduertiſſem, ſed inclinaſſem ad cupiditatis nutum. Nam recti quidem, & boni, quatenus cũ Deo, & ex Deo ratio illius ducenda eſt, incognitus fuiſſem. Diſtinguo itaq; in memetipſo, ex doctrina legis, & docente me lege, quòd Dei lege delector ſecundum internum hominem rationalem, ſpiritualemq; videlicet, ſecundum autem externum & carneum, repugno legi mentis meæ, quæ eadem eſt, & Dei, quando ipſi quidem legi Dei, mea mens aſſentitur, & anima, homo autem in me carneus, captiuum me redigit ſub peccati. Nam quòd hoc legis vocabulo, & in membris, & in peccato attribuit, nequaquam id eſt proprie dictum. Sed vt ſolemus dicere Mammonam dominum, ac ventrem Deum, non quòd aut dominus ille, aut hic Deus: ſed quia ſunt, qui illis ſeſe nimium ſubijciunt ſeruos, ſic legem membrorum, & peccati, non quia iſta lex, atque è contrario omnium legum potius ſit perturbatio, ſed quia multis peccato & carni nimium inſeruiatur. Ex lege itaq; accidit, inquit, vt diſcernerem, & noſſem, cum cupio facere bonum, malum mihi adiacens, & appoſitum eſſe, quod iam ante alijs verbis dixerat, per legem ſcilicet eſſe cognitionem peccati. Iam cognoſco peccatum. Video pugnam, intelligo quid interſit, ſed quis eſt tamen, qui me ex hac eruat, & liberet ſeditione, atq; pugna? Quis eſt, qui huic corpori mortis, & carni peccati, hoc eſt, his corporis & carnis meæ incolis peccato, ac morti ſilentium, pacemq; imponat? Et ſtatim tanquam hic innuens, quod paulo poſt apertius eſt dicturus, non eſſe hanc opem à lege expectandam, quoniam ea huius ferendi auxilij facultatem nullam habeat, & ad eum ſe conuertens, qui ſolus poteſt iuuare, Gratias, inquit, ago Deo per Iesvm Christvm, D.N. is enim me liberat Deus, neque per legem tamen, ſed per Iesvm Chriſtum. Nam ego quidem vt Iudæus in lege ſpem reponens vnus, atque idem cum ſim, mente quidem ſeruio legi Dei, carne autem inſeruio legi peccati, vt autem per Iesvm Deo ſeruio, ne carne quidem ſubijcior ſub peccatum, & ab hac moleſtiſſima rixa, aſſiduaq; contentione ſum ereptus, quod in verbis ſequentibus latius declarat.

Nulla

*Nulla igitur nunc condemnatio his, qui in Chriſto Ieſu, non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. Nam lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impoßibile erat in lege, & in quo illa impotens erat propter carnem, Deus ſuum ipſius filium mittens in ſimilitudine carnis peccati, & ob peccatum condemnauit peccatum in carne, vt correctio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.*

Hic Ivlivs, Ad eum locum in Paulo venimus iam, inquit, qui & fuit antea ſemper, & futurus erat inexplicabilis, niſi ſummum fidei noſtræ myſterium heſterno die nobis Deus indicaſſet. Nam per Deum ipſum immortalem, quid aut verbis his preſſius, aut ſententijs abſconditius potis eſt quiſquam cogitare, aut proferre? cum ſi illud vnũ duntaxat hic opponatur, diſſeri hic quidem de illa carnis rixa, quam nobis natura agnatam, & pertrahentem nos ſub dominatu peccati frangere, & ſuperare non potuiſſet, quòd eam Christvs à nobis remouit, atque abſtulit. Nullam tamen hic dari rationem, nec cauſam, quamobrem, & quo pacto hoc ita fuerit factum, præſertim cum experiamur quotidie fere omnes, qui in Christi etiam fide Deo ſubiecti ſumus, carnem, carniſque peccata in nobis locum habere, ſi hoc itaque, vt dico, hic obijciatur, quæraturque cur non idem potuerit lex, quæ & cognitionem peccati tradidit, & vitari illud præcepit, & præterea præſentem quoque pœnam non obtemperantibus appoſuit, quod potuit Christvs, qui ſine lege, ſine vi, ſine præſenti terrore damnationis, atque mortis tantummodo pœnam & ſupplicium in illum extremum diem differens, carnis tamen peccatum dicitur interemiſſe, qui vere, & clare reſpondeat, & qui in his verbis Pauli exponendis digitum rectè queat progredi, profectò nemo reperiatur, niſi ſi quis ad reſpondendum accedat illius cœleſtis myſterij plena notione, intelligentiaq; inſtructus. Itaq; video æſtus, laboreſq; eorum, qui hunc locum interpretari conati ſunt, tanquam in medijs fluctibus manus, pedeſque agitantium, quò ſe aliquando eximere è tanto pelago, & vindicare in aliquam terram poſſint: quorum tamen ſedulitas nobis non eſt infructuoſa. Fecerunt enim illi ſuo labore, atque cura, vt & leuior noſter labor, & vehementius in nobis ſtudium inquirendæ, ac noſcendæ veritatis exiſteret, verum illi partim cōuerſi ad prędicandam magnitudinē diuini beneficij, quod quidem iure, ac merito faciunt, dignaſq; in eo Deo gratias, & debita laudum pręconia tribuentes, illud, ꝙ vnũ maximè noſter audire, & noſſe expetit animus, quodq; vnũ ad diſſoluendas omneis

quæ-

quæſtiones aptum, appoſitumq́ue eſt, quare hoc gratiæ magis [illegible] Euangelio nobis contigerit, quam ex lege, tanquam compertum omnibus prætermittunt, quod ab omnibus maximè ignoratur. Partim quandam velut rationem reddere ſe credunt, quòd in lege noſtro ipſorum arbitrio, & noſtris duntaxat viribus relicti expertes in ea eramus eius gratiæ, quam nobis per CHRISTVM Deus communicauit, & contulit, quaſi non huius ipſius cauſa ſit quærenda, quid ita in lege expertes ſuæ gratiæ nos voluerit. Aſt ego tua heſterni diei diſputatione edoctus, & quòd [illegible] mihi fidei CHRISTI myſterium id planè demonſtraſti, quo præiuit nobis CHRISTVS, & perſpicuè viam patefecit, vt contemneremus, relinqueremusq́ue mundanas cupiditates, & omnia, quæ ſenſibus percipi, & corpore contrectari poſſunt, in minimis haberemus, appeteremus autem magis, ſperaremusque cæleſtia quæ nec cerni poſſunt, neque tangi: atq; horum ſpem potiundorum, in vno Deo totam conſtitueremus, cum & eam hanc vitæ ſectam, hocq́ue Chriſtianæ propoſitum voluntatis [illegible] ſequerentur, CHRISTVS ipſe ſurrectione ad immortalem [illegible] vitam, & aſcenſione in cœlum ſua nobis oſtendiſſet: cum hoc tanquam, veriſſimum, altiſſimumq́ue CHRISTI myſterium perfactum mihi ſit, facile iam ego poſſim rationem reddere, cur non potuerit lex: Fides autem in CHRISTO poſſit [illegible] petulantias carnis in nobis cohibere. Etenim fini-[illegible] & alio inducto genere ſanctioris, & verioris, ac flagrantioris iam cupiditatis priſtina illa carnis cupiditas deflexa [illegible] concidat, & intereat neceſſe eſt, vt etiam ſi interdum [illegible] improuiſo capti, deprehenſiq́ue in delinquendo labimur, ab illo tamen propoſito delinquendi, & ab omni cogitatione in terrenis rebus infixa penitus abhorreamus, atque ita vel peccatum totum nobis, vel ſaltem animi ſeruitus, per quam peccato is ſubiectus eſt, ſit ablata, atque erepta: quod tamen contingere nemini poteſt, niſi cum CHRISTO in carne commorienti, & cum eodem à mortuis excitato, in eiuſdem ſocietate ſpiritus mox viuenti. Illud tantum ex te quæro, quamobrem Paulus hoc fidei myſterium, quod CHRISTVS eſt, non ita aperte vbique expoſuerit, vt omnibus eſſet in promptu, neu neceſſe nobis foret per [illegible] myſticas, & arduas verborum, rerumq́ue intelligentias in [illegible] tando & inueſtigando peruenire. QVONIAM inquam, [illegible] ipſum, quod fecit CHRISTVS, idem illud Paulus in ſermone [illegible] retulit, atque oſtendit, qui myſterium fidei, & vita docuit, & dictis, ipſe enim terrena item, & mundana omnia contemnendo, & quo alijs eſſet vſui, atque ſaluti prouidendo, at ſalutis ſuæ & commodorum ſuorũ rationem nullam ducendo; tum autem intendendo ad ſuperna, atque cœleſtia, illorumq́ue ſpem aſſequendo-

[illegible]

tam in Deo vno collocando, planius multo cognitu, illuſtriusq́; euaderet fidei myſterium, quàm ſi illud lingua, & verbis tantummodo explanaſſet. Quanquam & ſatis, vt mihi quidem videtur, in ipſius epiſtolis, & ſcriptis non modo iacta huius doctrinæ ſemina, ſed etiam fruges lectiſſimæ, & optimæ eductæ ſunt: vt in ipſis verbis, quæ modo recitata ſunt, aperte patet, & perſpicuè, vt cum ſe dicit ſpernere omnia, quæ cernuntur, tanquam mortalia, & quæ non cernuntur, appetere, quòd ea ſint ſempiterna, vel cum ex oppreſſionibus ſpem confirmari fidelium teſtatur, vel cum gloriatur incommodis, quæ pro CHRISTO plurima perpeſſus eſt, vel cum in hanc ſententiam ſæpe loquitur, veritatem eſſe in CHRISTO, deponere nos veterem hominem corruptum, ſecundum cupiditates, & renouari ſpiritu mentis, induereque nouum hominem ſecundum Deum conditum in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Ac ſi verum proferre volumus, totus potius Paulus myſterij eſt declaratio, quàm vt in eius aliquot verbis debeamus quærere, venariq́ue myſterium. Sed vt ad ea mi frater veniamus, quæ ad intelligentiam horum Pauli verborum, quæ tu tam difficilima eſſe dixiſti, apta, appoſitaq́ue ſunt: vides profectò ipſe hoc, vt tu inquis, fidei myſterio edoctus, nullo modo potuiſſe legem, hæc carnis vitia comprimere, iubendo, aut vetando, quæ facilime comprimat fidei virtus. Cuius impotentiæ, & imbecillitatis in lege illa eſt ratio quòd lex quamuis ſpiritualis ſit, hoc eſt, eius noſtræ partis cauſa lata, quam interiorem in nobis hominem dicimus, is enim ſpiritus eſt corpori diſſimilimus natura, atque ſubſtantia, atque vt ipſa nobis indicaret, atq; oſtenderet, in quo eſſet error, & culpa, & peccatum, idq́ue vt diſcerneremus, ac vitaremus, inſtrueret: tamen non vſque eò fuit ſpiritualis, vt nos totos ad ea euocaret, quæ cognata, & propria ſunt ſpiritus. Sed cum in carnalibus, & terrenis nos verſari permitteret, ſpiritum, hoc eſt, rationem, mentemq́ue noſtram veluti miniſtram ſubiecit corpori, & carni vt in illius tantum affectionibus, motibusque dirigendis, & gubernandis eſſet occupata, ipſa autem ex ſeſe nihil ſibi cœleſte, neque diuinum proponeret, ad quod ſolum contenderet, & in quo ſummam conſtitueret beatitudinis ſuæ. Itaque quemadmodum auriga, qui frænandis & cohibendis equis appoſitus eſt, aut gubernator, qui naui inter fluctus dirigendæ præeſt, nullam vnquam artem tam exquiſitam, tam certam potuit reperire, qua fretus, non ſolum grauis tempeſtatum caſus, ſed etiam quotidiana omnium horarum pericula futurum ſe confideret, ſic illi Moſaicæ contigit legi, vt dum ſancto illa quidem, ſed tamen terreno, humiliq́ue conſilio aliorum peccatis obuiam ire vult, efficeretur ipſa magis occaſio peccati, quando ad carnis vitia, atque culpas, quas tollere illa non potuit,

tuit,

tuit, acceſſit etiam præuaricatio. Nil igitur mirum, ſi neque ei lex hominem carnalibus ſtudijs deditum, frænare, & coërcere. At fides CHRISTI, quæ hominem totum excitauit è terra, à mortalibus, interiturisque bonis curandis, atque expetendis, ad cœleſtia, & immortalia deſideranda bona tranſtulit. Vtque eorum terreſtrium ſordes, ignobilitatemque contemnens, illorum diuinorum præſtantiam, nobilitatemque adamaret, ductus Chriſto, perſuaſit, atque impulit. Quid mirum, ſi ea nullum peccato, & carni reliquit locum, quò illud in carne confidendo dominari aduerſus ſpiritum, vitamq; poſſet? Atque cum de illorum ſtatu, & eorum, qui legem colebant, proximè [illegible] lus, rixamque in illis carnis atque mentis ſua ipſe in perſona ante oculos expoſuiſſet, nunc ad vere Chriſtiani hominis ſtatum & conditionem demonſtrandam ſe confert, Nulla, inquiens, iis eſt condemnatio, qui ſunt in CHRISTO Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. Nam hi neque legi ſubiecti, vt qui mundo, & carni, & terrenis omnibus mortui ſunt, nec ius in eos lex, nec poteſtatem vllam obtinet iudicandi, atq; damnandi, ſub regnum enim ſpiritus, & vitæ in CHRISTO IESV tranſeunt, quam nimirum vitam, neq; dare, [illegible] nobis, neque item auferre poteſt lex. Non enim [illegible] que condemnamur per legem, quicunque in ſpiritu ambulamus. Nam lex ſpiritus vitæ in CHRISTO IESV, inquit, ſpiritum non ſuo nomine appellans, ſed vocabulo abutens, vt illum legi par verbum legis in ſpiritu referat, quod eſt Apoſtolo uſitatum. Nam viuere ſpiritu totum amoris eſt, & voluntarium vtrinque: legis autem eſt iubere, & vetare, idque agere pro imperio, & minas quoque ac metum pœnæ adhibere. Lex ergo ſpiritus vitæ in CHRISTO liberauit me à lege peccati, atque mortis, id eſt, illa ſpiritus vita, qua ego poſt obitam mortem cum CHRISTO, per quam mundo, & carni fui peremptus, cum eodem mox CHRISTO ad vitam iuſtitiæ ſuſcitatus ſum, vt viuam poſthac Deo & non mundo: iſta inquam ſuſcitatio, per CHRISTVM mihi communicata ad ſpiritualem iam degendam vitam, liberum me reddit à lege peccati, atque mortis. Iam enim in me nec peccato poteſtas eſt, nec per peccatum morti, neque adeo iam quoque Moſaicæ legi, quæ eſt his vtriſque poſita, & vt peccatum nobis demonſtret, videlicet atque arguat, & vt peccato mortis pœnam, niſi cauerimus, irroget. ab ipſa enim tota lege per has iuſtitiæ vitam iam ſum liberatus. Sicut enim CHRISTI mortem in carne illi obitam, ego in voluntate mea, & in propoſito animi imitator, quod carnem meam vna cum illius mortua peccato volo, ſic & eiuſdem reſurrectionem imitatione aſſequor, cum ad ſpiritualem iuſtitiæ vitam cum eo ipſo vna excitor, atque

[illegible]

ſurgo. Quo in ſtatu iam mihi conſiſtenti neque peccatum, neque mors, & propterea neque lex poteſt dominari. Quod enim impoſſibile erat in lege, & in quo illa impotens erat, propter carnem, propter carnem, inquit, impotens erat lex liberare nos à peccato, quod exprimere non potuit clarius, quàm imbecillitatem propter carnem legi attribuere. Quoniam enim lex carni ſuum regnum, & cupiditates ſuas terrenas relinquebat, illas autem ipſa regere bono more duntaxat, & metu eas pœnæ ex Deo, tunc item ex ſe moderari nitebatur, ad tollendum totum ex homine peccatum, nequaquã ea virium ſatis habere poterat. Deus vero miſſo filio ſuo, in ſimilitudine carnis peccati, vera quidem in carne miſit filium ſuum Deus, ſed in hoc tantum ſimili carni noſtræ, quod inſitum, inhærensque peccatum ſicuti habet noſtra, illa CHRISTI caro non habebat. Integra enim erat, neque ex Adam producta, è quo nos qui proceſſimus, infectam peccati vitio carnem cuncti retinemus. Ita ſimilitudinem illa in hoc quidem humanæ carnis gerebat, ac non eandem omnino tamen, in cæteris vero nihil noſtra à carne neque natura, neque infirmitate illa caro differebat. Nata enim erat & ipſa, atque facta ad externas accipiendas iniurias, vnamque in eo, atque eandem cum carne noſtra rationem communicabat, ad inferendas autem, & faciendas nequaquam: ad quod noſtra nimis quidem prompta, & propemodum præceps ſemper eſt caro, quæ non ſolum externa, verum etiam intus obtrectando rationi graues aſſidue pugnas, & quotidiana prælia nullo iure concitat. Miſſo igitur in ſimilitudine carnis peccati filio ſuo, & ob peccatum miſſo, hoc enim eſt, quod in Græco eſt ſcriptum, καὶ περὶ ἁμαρτίας, non enim aliter melius poteſt de peccato conuerti, ſed aut ob peccatum, aut pro peccato, quod tamen vtrunque intellectu idem eſt, ſicque in ſcripturis hæc locutio ſolet accipi, vt in epiſtola ad Hebræos ἔνθα ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν οὐκ ἔτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας, id eſt, non amplius pro peccato ſacrificium. Et paulo infra: οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία. Et rurſus: ὧν εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας. Et apud LXX. in Eſaia: ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ὄψεται σπέρμα μακρόβιον: hoc eſt, Si detur pro peccato anima noſtra. Itaque miſſo filio ſuo in ſimilitudine carnis peccati, & pro peccato, aut ob peccatum miſſo, hoc eſt, quia peccatum erat, quia pollebat, dominabaturque peccatum, ita & miſſionem filij ab Deo, & modum quo modo miſſus, quòd in carne ſimili huic peccatrici carni in mundum eſt deſtinatus, & cauſam, cur eum Deus miſerit. miſit enim ob peccatum, vt obuiam iret, prouideretque peccato, ne id omnia ad ſeſe traheret, atque conuerteret, ac effectum quoque huius miſſionis oſtendit, quòd in carne ſua ſimili carni peccati

conde-

condemnauit peccatum in carne. Illud enim peccatum, quod propter carnem irritam vim legis in nobis faciebat, noſque ſanctis monitis eius, obtemperare non ſinebat, illud, inquam, peccatum ſuſcepta carne noſtra, & cruci mortique addicta in carne ipſe peremit, quatenus nos extinctis in carne noſtra cupiditatibus deceptionis, totos ad cupiditates tranſtulit veritatis, correctio, inquit, legis impleatur in nobis. Nam & ſic neceſſe eſt verbum Græcum, δικαίωμα correctionem verti. Non enim intendebat lex nos ſic dirigere, vt omiſſis omnibus mundanis cupiditatibus, cœleſteis tantum curas, cupiditatesq; ſectaremur: hoc enim non legis, ſed fidei CHRISTI eſt proprium, niſi & ipſum ſenſum fidei ſpiritualiter accipiatur. Sed intendebat lex in hoc mundo, carneque verſantibus, modum tamen quendam cupiditatibus, & ordinem adhibere, in quo opinione ſua longe decepta fuit. Itaque hunc errorem legis, hanc diminutionem illius, tum authoritatis, tum conſilij correxit in nobis fides, quæ totos nos ex ipſa carne eiecit, atque extulit, vt exemplo CHRISTI, & diuinæ illius doctrinæ documento inſtructi in ſpiritu immortali, non in carne amplius ambularemus. De quo ad Galatas hanc diſtinctionem legis, & CHRISTI, Iudæi, & fidelis, ac vtriuſque ſtatum breuiter oſtendit. Spiritu ambulate, inquit, & cupiditatem carnis non explebitis. Atque hoc Chriſtianum eſt, alterum, quod ſequitur iam Iudaicum. Nam caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem, opponunturque inter ſe, vt ne quæ velitis, ea faciatis. Videsne quod pluribus verbis paulo ante diſputauit, certamen, & rixam in homine lege dirigente terrenas cupiditates ante oculos exponens, idem paucioribus ad Galatas verbis ab eo eſſe expreſſum? Atq; ideo etiam ibidem adiecit, Quod ſi ſpiritu agimini, non eſtis ſub legem. Ceſſerunt enim ex lege, & imperio legis, qui dimiſſis carnalibus, in quibus maximè elaborat lex, ad ſpiritum ſe, & ad ſpiritualem vitam contulerunt.

*Qui enim ſecundum carnem ſunt, ea quæ ſunt carnis ſtudent: qui autem ſecundum ſpiritum, ea, quæ ſunt ſpiritus. Nam ſtudium carnis, mors eſt: ſtudium autem ſpiritus, vita, atque pax. Ideo ſtudium carnis inimicitia eſt in Deum. Legi enim Dei illud non ſubiicitur, neque adeo poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed ſpiritu, ſi quidem ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum* CHRISTI *non habet, hic non eſt eius. Si vero Chriſtus in vobis, corpus quidem mortuum eſt ad peccatum: ſpiritus autem vita, ad iuſtitiam.*

PERGIT

PERGIT in eodem Apoſtolus inſiſtere argumento, vt qui in ſpiritu ſunt, & qui in carne, diſtinguat, & vtrorumque fructum, finemque demonſtret: Qui ſecundum carnem ſunt, inquiens, qui carnis inſiſtunt, illi ea meditantur, quæ ſunt carnis, caro porro in terram eſt conuerſa, & prona, ergo eorum meditatio tota terrena eſt. Qui vero in ſpiritu ſunt, qui ad naturam ſpiritus ſpirant, quæ nequaquam corporea, neque ſenſibilis eſt, illi ea meditantur, quæ ſunt ſpiritus: ſpiritus autem in ſublime ſe effert, & appetit cognationem ſuam, quæ cœleſtis, & immortalis, & ſoluta omni corpore eſt: ergo horum meditatio in cœlo & ſita eſt. Ita meditatio carnis mors eſt. Cum enim caro tendat & inclinet ad ea appetenda, quæ caduca ſunt, & diu ſtare non poſſunt, eaque vt cognata, & familiaria diligat, & ipſa neceſſario cum meditatione ſua, & item illa, ab ea quæ appetuntur corruptibilia ſunt, & fini, mortique addicta atque nata. Meditatio autem ſpiritus, quæ in cœleſtibus verſatur, vita eſt, & pax. Nam & in his hæret, quæ immortalia ſunt, tanquam cognatis, in quibus & ipſa perpetuò viuit, & pacis fructu potitur, quòd neque morſus vllos conſcientiæ ſentit, qui lætitiam animi, quod in voluptatibus carnis contingit, intus illi faciant amariorem, & cum ſummo bono ipſo, nimirum Deo, pace & concordia ſemper iuncta eſt. Nihil enim vult, quod non ex ipſo, & per ipſum, vel potius, quod non ipſe Deus ſit. Atque ideo meditatio carnis inimicitia contra DEVM: auertit enim ab eo, & ad contrarias partes reuocatque diuellit, quod eſt proprium inimicorum & eorum, qui cupiunt obeſſe. Contraria porrò ſunt terrena cœleſtibus, infima ſummis, inquinata mundis, caduca immortalibus. Quarum quidem terrenorum cura, & meditatio, quæ carni ſua, & peculiaris eſt, nec vnquam ſubiecta eſt legi Dei, neque vero etiam poteſt ſubijci, ex aduerſario enim genere, & penitus alieno tota conflata eſt. Itaque qui in ea ipſa carnis voluntate conſiſtunt, nequeunt Deo placere, quandoquidem hi ſe ad infenſas Deo, & inimicas potius dant partes. Sed quod ait legi Dei non poſſe ſubijci meditationem carnis, cum de lege Moyſis intelligendum eſt, quæ in hoc præcipuo vno opere occupata, vt carnem ſibi ſubigeret, nunquam tamen potuit illius feram, indomitamque naturam ad manſuetudinem, modeſtiamque redigere: tum etiam legem Dei, ipſum illum ſpiritualem viuendi modum, ordinemque deſcribit, à quo etiam magis caro remota eſt. Vos autem eſtis non in carne, ſed in ſpiritu, ſi quidem ſpiritus Dei habitat in vobis. In ijs dicitur ſpiritus Dei habitare, quorum ſpiritus cum Deo, & cum ſpiritu coniunctus amore fertur in Deum, vt idem velit cum eo, & conſentiēs illi ſit. Spiritus enim ille Dei diuinus amor eſt. Ideo qui huiuſmodi ſunt, nihil cum carne, carniſque deſiderijs,

commercij, aut rationis habent, aut ſi habent, neceſſe eſt, vt tan-
tum ſe diſtrahant à Deo, quantum ſtudij, & amoris in carnis ſtu-
dia conferunt. In quibus igitur habitat Dei ſpiritus, hi non ſunt
in carne iam illi quidem, ſed in ſpiritu, qui hoc modo ſpiritus eſt
nobis, & arrabo futurorum bonorum, & beneuolentiæ Dei ſum-
mi erga nos, vt ſupra Paulus, & Ioannes alibi, qua dicit: In hoc
ſcimus, quoniam Deus manet in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo
dedit nobis. Quòd ſiquis ſpiritum CHRISTI non habet, hic
non eſt eius. Nunc ſpiritum CHRISTI, paulo ante Dei [illegible]
vnus, atque idem omnino ſpiritus eſt, & in eo tamen [illegible]
erga nos operatio. Nam ſpiritum Dei magis agnoſcimus in e-
rectione noſtra ad iuſtitiam, & in fini ipſo rerum diuinarum æ-
ternarumque, quas petimus: CHRISTI autem ſpiritum & in
hoc, & item magis proprie in illo, quòd carnem peccato mortui
continemus. Hac enim ex parte propria eſt actio in nobis ſpiritus
CHRISTI, ex qua tamen ad illam alteram partem fit tranſitus, i-
eoque qui hunc CHRISTI ſpiritum non habet, is non eſt CHRISTI,
& quod neceſſe præterea etiam eſt, non eſt is Dei. Nō poteſt enim
ſurgere ad vitam, & ad iuſtitiam qui nō prius obierit pecca[illegible]-
nis mortem. At qui nam eſt ſpiritus CHRISTI? & in quonam viuit
CHRISTVS? In eo, inquit, cui corpus mortuum eſt propter pec-
catum, id eſt, vt ne peccet, mortuum eſt. Et ad hunc effectum [illegible]
peccandi mortuum, & cui ſpiritus vita eſt propter iuſtitiam, quod
eſt, qui viuit ſpiritualiter omni bonitati, atque [illegible]
virtute Dei iuſtitiam, diuinamque bonitatem imitari aſſidue
conatur. Atque hic quoque in his verbis ſatis expreſſum eſt [illegible]
CHRISTI myſterium, quanquam Apoſtolus compendioſe & ſuo
more locutus eſt. Eſt igitur is CHRISTI, & in eo CHRISTVS eſt,
qui corpus habet mortuum peccato, & ſpiritum viuentem habet
non cuilibet curæ, neque humanæ cogitationi, ſed aſſequendæ
& imitandæ iuſtitiæ ſummi Dei, ad quam iuſtitiam cum [illegible]
ctione Chriſti is quoque conſurrexit.

*Si vero ſpiritus eius, qui excitauit IESVM è mortuis, ha-bitat in nobis, qui excitauit CHRISTVM è mortuis, viui-ficabit & mortalia corpora veſtra per inhabitantem ipſius ſpiri-tum in vobis.*

HÆC acceſſio ad ea, quæ ante dicta ſunt à Paulo appoſita eſt,
vt quod de morte corporis, & de vita ſpiritus mentionem [illegible]
fecit, ne exiſtimarent legentes totum eſſe quod in CHRISTO [illegible]
de à Deo nobis oſtentatum ſit, & propoſitum, quòd immortales
quidem ſpiritu, & anima futuri eſſemus, corpore autem mortales.
Remouet ſtatim dubitationem hanc, & futuram corporum re-

ſionem oſtendit, cauſamque, & rationem affert. Quod ſi ſpiritus Dei, is enim CHRISTVM Deus excitauit à mortuis, in nobis habitauerit, hoc eſt, ſi anima noſtra proprium domicilium Deo fuerit, ſi nulla pars animæ diffluet a Deo, neque in alienas res, alienóſue amores ſe deflexerit, ſed hærebit omni ſua cupiditate, & appetitione in ſummo Deo, ſic enim illum in ſe inhabitantem continebit, cum nihil, quod non ex illo ſit, ſpiritus noſter cogitabit, aut appetet. Si igitur is Dei ſpiritus habitauerit in nobis, qui excitauit IESVM a mortuis, Deus is ille ipſe mortalia quoque noſtra corpora ad vitam excitabit per inhabitantem illum ſuum in nobis ſpiritum, qui non patietur corpora in perpetuum iacere, quando ipſe Dei ſpiritus maiore nixu, atque vi in cœlum, vitamque tendit, quàm vt queat in terra à corpore retineri & deprimi, ad eam autem vitam excitabit, quæ cum eodem ſemper Dei ſpiritu cohærens ſit futura. Nanque hæc propria futura eſt ſpiritus Dei in noſtris corporibus excitatio, ſiquidem omnia paſſim humana corpora excitabuntur, neque in omnibus tamen fuerit inhabitans Dei ſpiritus. Verum illa corporum vulgarium excitatio immiſſione animæ in quodque corpus ſuæ facienda eſt, quæ cum per ſe vitam anima deferat, reuocata in corpus vitam ſuam cum illo communicabit. Sed quæ anima Deo ita coniuncta fuerit, vt ſpiritum ſuum aluerit, & conformarit, ſpiritui omnipotentis Dei, ſeque ipſam Deo habitaculum præbuerit, illa in corpus rediens, non ſuam ſolum corpori, ſed & illam ſpiritus Dei vitam inſinuabit, atque inferet, quæ erit ipſi Deo ſimilitudine, imitationeque propinqua. Non viuet enim modo illud corpus, ſed & beate viuet, & Dei conſuetudine perpetua, amicitiáque perfruetur, quod cæteris corporibus non continget, quæ fuerint animabus tantum ſuis abſque Dei ſpiritu in vitam reſtituta, & repoſita.

*Quapropter fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus Nam ſi ſecundum carnem viuatis, debetis mori: ſi autem ſpiritu actiones corporis perimitis, viuetis. Quotquot enim ſpiritu Dei ducuntur, hi ſunt filii Dei. Non n. cepiſtis ſpiritum ſeruitutis, rurſus in formidinem. Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Ipſe ſpiritus conteſtatur ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei: ſi autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.*

DEBITORES ſumus, non carni, inquit, vt ſecundum illam viuamus, id eſt, nihil debemus carni, vt ad illius nutum viuere debeamus, nullo n. illa beneficio ſibi nos obſtringit, ſed inducit potius in fraudem, vt quæ interitum & mortem ſuis ſectatoribus

offerat, debemus autem ſpiritui, à quo vero beneficio, ſummo [illegible] afficimur, quòd ab eo vitam, & immortalitatem obtinemus. Si igitur volumus viuere, ſi nos delectat vita, huncq; viuendi fructum proprium, & perpetuum tenere cupimus, ſpiritu actiones corporis perimamus, eas ſcilicet in quibus corpus ſpiritui repugnat. Has enim ſi interemerimus, cum hæ nobis mortem accerſant & concilient, mortem ipſam in nobis interemptam habebimus, eritque, & eminebit ſpiritus vita, quæ illi ſemper comes, & adiuncta eſt, in hoc quidem ſeculo operatrix iuſtitiæ, in altero æternæ beatitudinis aſſecutrix. Quicunq; enim, inquit, ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Ecce immortalitatis & beatitudinis noſtræ rationem. Cum enim neceſſe ſit, vt aut Dei ſpiritum habeamus in nobis, aut ſpiritum mundi, ſi cum ſpiritu mundi [illegible] & conſpirantem ſpiritum noſtrum habuerimus, filij mundi nominabimur, & illi erimus tanquam filij patri ſubiecti, & obedientes, aut potius, vt domino ſerui parebimus, iniqua enim illius iniuſtaq; imperia & ſuſcipiemus, & exequemur, quod eſt, [illegible] tium tyranno, non vt parenti obedientium miniſterium. Si vero ſpiritum noſtrum cum Dei ſpiritu copulauerimus, patrem nobis vere noſcemus eſſe Deum, etenim illius mandata, atq; imperia omnia nobis ad ſalutem, ad lætitiam, ad vitam eſſe experiemur, ipſiusque indulgentiam erga nos intelligemus. Quæ [illegible] cum, vt patris cognatio ex fide CHRISTI nobis [illegible]. Nanque Iudæi, qui vtrunque & Deum, & mundum [illegible], duosque ſibi dominos confuſa mente commiſcebant, magis tamen erant filij mundi, quàm Dei. Etenim mundum [illegible] bant ipſum, appetebantque eius bona, atque in illis [illegible] tæ conſtituebant: Dei autem metu & timore ad ſuas [illegible] cupiditates adducebantur. Ideo enim verebantur, & cauebant Deum lædere, ne ab eo terrena poſſeſſione priuarentur. Sed tamen quoniam & ipſi ſpiritu Dei educti ex Ægypto, & in ſolitudine cuſtoditi, & lege inſtructi ſunt, ne de eis quoque intelligeretur filios Dei, ſicut nos ſumus, item illos eſſe, quoniam & ipſi ſpiritu Dei quodámodo ducti ſunt, Ideo ſubiunxit Apoſtolus, non accepiſſe ſpiritum ſeruitutis rurſus in formidinem, ſed accepiſſe ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, qua [illegible] geminata paternæ appellationis voce, in Marco ad patrem [illegible] tur IESVS, & vtrunque nomen patris eſt, alterum Syra, Hebræaque, alterum Græca, & Latina lingua, vt Deum communem patrem omnibus eſſe oſtendat. Ac nos quidem in quotidianis noſtris ad Deum precibus primo ſtatim effatu patrem illum [illegible] mus, ab ipſo IESV CHRISTO admoniti, ac edocti. Sed & [illegible] ctus quidam animi eſt interior, qui Deum non ſolum [illegible] ſibi, ſed cognoſcit etiam patrem. De quo etſi heſterno die [illegible] pau-

ra diximus, tamen hic quoque aliqua dicenda ſunt, vt virtutem fidei noſtræ, & beneficia Ieſu CHRISTI ſæpius nobis in memoriam reducamus. Pater quidem ergo omnibus nobis Deus eſt, quatenus ſemen cognationis, cum illo in nobis obtinemus, quòd ad ſimilitudinem ipſius fuimus creati. Sed & Adam pater eſt omnibus nobis, quòd naturam noſtram, atq; ſubſtantiam hunc animalem videlicet hominem totum ex illo hauſimus. Eſt enim ita ſcriptum. Et factus eſt primus homo Adam in animam viuentem. Homo igitur animalis, hoc eſt, qui anima, & vita tantum viuit, cuius omnia officia ſunt ad eum finem, vt hanc vitã mortalem cuſtodiat, illius terreni hominis Adæ, vt ipſe ad Corinthios Paulus ſcribit, filius eſt, qui ſemen præſtantioris ſuæ cognationis cum Deo, aut non attendens in ſemetipſo, aut deſpiciens carni, & corpori ſeſe ferendum totum dat, illisq; fouendis & explendis omnem diligentiam adhibet, qui huiuſcemodi homo morti omnino addictus eſt, ſic moriturus vt non vnquam amplius talis exurgat. Sed in ipſo homine poſt aduentum adultæ iam rationis, ſi diuinum ſemen illud & cognatio cum Deo fuerit animaduerſa, & cognita, ſtatueritque, qui animaduerterit, Deum patrem recognoſcere, & in illo ſpes ſuas ponere, tunc duplex illi via, & ratio propoſita erit, vna in lege Moyſis, altera in fide CHRISTI. Lex Moyſis Deum ſic patrem colentibus eum proponit, vt non ipſum tamen filijs, neque illius non viſa, & ſenſibus non percepta bona, ſed ea, quæ ſentiuntur, & cernuntur ab eo optanda eſſe doceat, atque vt eorum adipiſcendorum authorem ſibi Deum velint eſſe, illos admonet, quem patria quadam indulgentia erga eos prædicat ſuſcepturum illorum curam, tanquam filiorum patrem prædicat, & in promiſſam terram mel, & lac fluentem illos deducturum, pluuiasque illis tempeſtiuas, & fructus annuos producturum. Atque hic primus aditus eſt, atque ingreſſus ad tribuendum Deo honorem, tanquam patri, propter quam cauſam in veteri ſcriptura Iudæi filij Dei ſæpenumero appellantur, & quidem ab ipſo imprimis Deo, vt cum ait: Ego dixi, dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Vel cum, Ego filios genui, & extuli, & primogenitus meus Iſrael. Idem quoque Moyſes ad populum arguens, & increpans, Deum qui te genuit, dereliquiſti. Et Malachias: Deus vnus eſt, & pater omnium veſtrum, quod in perſona Dei Hieremias: Patrem vocabis me, inquit. Vel cum dominus dicit de ſtirpe Dauid: Ego ero illi in patrem, & ipſe mihi in filium. Iudæi quoque CHRISTO de ſemetipſis: Nos vnum patrem habemus Deum. Ex quibus omnibus manifeſtum fit, eos filios Dei iam rite nominari, qui Deum vnum authorem ſuum agnoſcunt, & venerantur. Sed vt contingit in pueris, qui etſi parentes ſuos nouere, illisque blandiri, & habere honorem didicerunt: non id tamen agunt parentum

 cauſa,

offerat, debemus autem ſpiritui, à quo vero beneficio, ſummo afficimur, quòd ab eo vitam, & immortalitatem obtinemus. Igitur volumus viuere, ſi nos delectat vita, huncq; viuendi proprium, & perpetuum tenere cupimus, ſpiritu actiones ris perimamus, eas ſcilicet in quibus corpus ſpiritui repugnat. enim ſi interemerimus, cum hæ nobis mortem accerſant, cilient, mortem ipſam in nobis interemptam habebimus, bitque, & eminebit ſpiritus vita, quæ illi ſemper comes, cta eſt, in hoc quidem ſeculo operatrix iuſtitiæ, in alterno ternæ beatitudinis aſſecutrix. Quicunq; enim, inquit, ſpiritu aguntur, hi ſunt filij Dei. Ecce immortalitatis & beatitudinis ſtræ rationem. Cum enim neceſſe ſit, vt aut Dei ſpiritum mus in nobis, aut ſpiritum mundi, ſi cum ſpiritu mundi & conſpirantem ſpiritum noſtrum habuerimus, filij mundi minabimur, & illi erimus tanquam filij patri ſubiecti, & tes, aut potius, vt domino ſerui parebimus, iniqua iuſtaq; imperia & ſuſcipiemus, & exequemur, quod eſt tium tyranno, non vt parenti obedientium miniſterium. ſpiritum noſtrum cum Dei ſpiritu copulauerimus, vere noſcemus eſſe Deum, etenim illius mandata, mnia nobis ad ſalutem, ad lætitiam, ad vitam eſſe pſiusque indulgentiam erga nos intelligemus. cum, vt patris cognatio ex fide CHRISTI nobis Nanque Iudæi, qui vtrunque & Deum, & mundum duosque ſibi dominos confuſa mente commiſcebant, men erant filij mundi, quàm Dei. Etenim mundum bant ipſum, appetebantque eius bona, atque in tæ conſtituebant: Dei autem metu & timore ad cupiditates adducebantur. Ideo enim verebantur, & Deum lædere, ne ab eo terrena poſſeſſione priuarentur. men quoniam & ipſi ſpiritu Dei educti ex Ægypto, ne cuſtoditi, & lege inſtructi ſunt, ne de eis quoque tur filios Dei, ſicut nos ſumus, item illos eſſe, quoniam ritu Dei quodámodo ducti ſunt, Ideo ſubiunxit Apoſtolus accepiſſe ſpiritum ſeruitutis rurſus in formidinem, ſed ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, geminata paternæ appellationis voce, in Marco ad tur IESVS, & vtrunque nomen patris eſt, alterum Syra, que, alterum Græca, & Latina lingua, vt Deum commu trem omnibus eſſe oſtendat. Ac nos quidem in quotidianis ſtris ad Deum precibus primo ſtatim effatu patrem illum mus, ab ipſo IESV CHRISTO admoniti, ac edocti. Sed ctus quidam animi eſt interior, qui Deum non ſolum ſibi, ſed cognoſcit etiam patrem. De quo etſi heſterno

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſupra diximus, tamen hic quoque aliqua dicenda ſunt, vt virtutem fidei noſtræ, & beneficia Ieſu CHRISTI ſæpius nobis in memoriam reducamus. Pater quidem ergo omnibus nobis Deus eſt, quatenus ſemen cognationis, cum illo in nobis obtinemus, quòd ad ſimilitudinem ipſius fuimus creati. Sed & Adam pater eſt omnibus nobis, quòd naturam noſtram, atq; ſubſtantiam hunc animalem videlicet hominem totum ex illo hauſimus. Eſt enim ita de eo ſcriptum. Et factus eſt primus homo Adam in animam viuentem. Homo igitur animalis, hoc eſt, qui anima, & vita tantum fruitur, cuius omnia officia ſunt ad eum finem, vt hanc vitã mortalem cuſtodiat, illius terreni hominis Adæ, vt ipſe ad Corinthios Paulus ſcribit, filius eſt, qui ſemen præſtantioris ſuæ cognationis cum Deo, aut non attendens in ſemetipſo, aut deſpiciens carni, & corpori ſeſe ferendum totum dat, illisq; fouendis & explendis omnem diligentiam adhibet, qui huiuſcemodi homo morti omnino addictus eſt, ſic moriturus vt non vnquam amplius talis exurgat. Sed in ipſo homine poſt aduentum adultæ iam rationis, ſi diuinum ſemen illud & cognatio cum Deo fuerit animaduerſa, & cognita, ſtatueritque, qui animaduerterit, Deum patrem recognoſcere, & in illo ſpes ſuas ponere, tunc duplex illi via, & ratio propoſita erit, vna in lege Moyſis', altera in fide CHRISTI. Lex Moyſis Deum ſic patrem colentibus eum proponit, vt non ipſum tantum filijs, neque illius non viſa, & ſenſibus non percepta bona, ſed ea, quæ ſentiuntur, & cernuntur ab eo optanda eſſe doceat, atque vt eorum adipiſcendorum authorem ſibi Deum velint eſſe, illos admonet, quem patria quadam indulgentia erga eos prædicat ſuſcepturum illorum curam, tanquam filiorum patrem prædicat, & in promiſſam terram mel, & lac fluentem illos deducturum, pluuiasque illis tempeſtiuas, & fructus annuos producturum. Atque hic primus aditus eſt, atque ingreſſus ad tribuendum Deo honorem, tanquam patri, propter quam cauſam in veteri ſcriptura Iudæi filij Dei ſæpenumero appellantur, & quidem ab ipſo imprimis Deo, vt cum ait: Ego dixi, dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Vel cum, Ego filios genui, & extuli, & primogenitus meus Iſrael. Idem quoque Moyſes ad populum arguens, & increpans, Deum qui te genuit, dereliquiſti. Et Malachias: Deus vnus eſt, & pater omnium veſtrum, quod in perſona Dei Hieremias: Patrem vocabis me, inquit. Vel cum dominus dicit de ſtirpe Dauid: Ego ero illi in patrem, & ipſe mihi in filium. Iudæi quoque CHRISTO de ſemetipſis: Nos vnum patrem habemus Deum. Ex quibus omnibus manifeſtum fit, eos filios Dei iam rite nominari, qui Deum vnum authorem ſuum agnoſcunt, & venerantur. Sed vt contingit in pueris, qui etſi parentes ſuos nouere, illisque blandiri, & habere honorem didicerunt: non id tamen agunt parentum

cauſa, neque quòd illorum voluntati penitus velint eſſe obtem-
perantes: ſed vt per cultus illos, ac blanditias aliquid commo-
rum à parentibus conſequantur: quas ætas illa concupiſcit, pro-
pter quam cauſam etiam metu, & minis coercendi ſunt, ne affe-
ctionibus illis inducti, in praua fortaſſe ſtudia incidant, & malis
moribus imbuantur: Sic accidit Iudæis, vt illum ſpiritum Dei,
quem ad Deum vnum colendum, cognoſcendumque acceperant
non in amore acciperent, ſed in metu, & formidine, itaque ſpi-
ritum eum ſeruitutis appellat Paulus. Amare enim [illegible]
terant Deum, quem idcirco amare præſeferebant, vt ea quæ ma-
gis amabant, aliena a Deo, atq; diuerſa, per eum conſequerentur,
& in illis ipſis expetendis ac potiundis, quæ amabant, [illegible]
ruerent, proximumq; ſæpe allidérent, pœnis erant propoſitis, mi-
niſq; coërcendi. Filij ergo illi Dei, ſed tanquam pueri [illegible]
lum Dei inchoatam, ac rudem in ſeipſis deferentes, qui [illegible]
viri facti eſſent, & animo, & ſtudijs patrem voluiſſent imitari,
illi penitus ſe conformare, & tradere, neque extra eum aliam
hæreditatem bonorum ex alijs parentibus conſtituiſſent [illegible]
re, verum & integrum nomen filiorum fuiſſent meriti. Non enim
puerili affectu quodam, ſed ſtabili, grauiq; iudicio Deum patrem
percoluiſſent. Et quoniam ad hanc ſpem, huncq; [illegible]
tur de principio ab ipſo Deo, atq; inſtituebantur, [illegible]
filij vocari cœpti ſunt. Atq; ideo Paulus conditionem [illegible]
lorum conditione ſeiungens ait nos non ita accepiſſe ſpiritum
Dei, vt is nobis veluti ſeruis ad timorem, formidinemq; fuerit, quem-
admodũ quidem Iudæis fuit, ſed ita accepiſſe, vt ingenui & liberi
in filios Dei adoptati paternæ vnà nomen neceſſitudinis & [illegible]
rem, ac ſanctitatem eam, quæ ei nomini debeatur, ſuſceperimus [illegible]
que vt in his adoptionib. quæ inter homines legib. fiunt, qui [illegible]
no genere adoptatur, in aliud genus emancipatus a parente [illegible]
in alterius tranſit poteſtatem, nomenque nouum fert, & [illegible]
gentem ſacraq; cõmutat, fitq; totus eius patris, cui ſe dederit [illegible]
ptandũ, & ex eo iam dependet, bonorumque illius expectat [illegible]
reditatem: ſic nos dimiſſo patre mundo, genus Adæ reijcientes [illegible]
nuimus eſſe animales, illamq; corporeorum, & terrenorum [illegible]
norum hæreditatem, quæ ab genere illo nobis veniebat, [illegible]
mus, & abijcimus, ſolaq; ea bona expectamus, quæ ex Dei [illegible]
Deo promiſſa nobis ſunt. Ita in nouam familiam, nouum [illegible]
nouæ, & æternæ hæreditatis ſpem traducti, vbi non amplius [illegible]
reni, ſed cœleſtes, non in patrimonio corruptibili, ſed in [illegible]
interituris bonis, ſpe, & deſiderio, infixi ſumus, tum verè Deum
nobis appellamus patrem, tum optimorum filiorum charitate [illegible]
ſtudio erga illum accenſi fructus eos pietatis noſtræ iam in [illegible]
vita capere incipimus, qui tali parente digni ſunt. Nam hoc [illegible]

...um amore, & ſpiritu altiores efficimur, & è communibus iſtis humanis ſtudiis & appetitionibus in cœlum longè eminemus, ...tique & beati nihil intra nos ſentientes, quod inteſtinæ illi ...tiæ officiat, hęremus contenti in ipſo complexu omnipotentis Dei. Ille verò in ſuo ſancto Spiritu nobiſcum ſemper eſt, & ſe... nobis demonſtrat, regnumque cœli in animis repræſentat no... Quod ipſemet in Luca teſtatus Dominus eſt, iam intra nos ... in hac vita eſſe, in qua quidem ſtatus noſtri beatitudine, in ... animi gaudio conuerſi ad Deum creatorem noſtrum, & pa... illius indulgentiam erga nos, veritatemque eius bono...rum, ac admirabilem fructum illorum, in nobis intelligentes, clamamus, amoris voce, atq; cordis, O pater, pater, ô verè pa...num erga nos animum, atque amorem gerens. Et quidnam eſt præterea, quod ab optimo patre & eodem patre omnipotente ... ſperare ampliùs, aut verò etiam optare debeamus? Ergo is ſpiritus, qui nos in hunc ſenſum rapit, qui ponere nos reliquas mundi curas, & ſperare in ſolo Deo iubet, qui bona illius nobis indicat, atq; impertit, qui beatos & contentos iam in hac vita facit, idem ille ipſe Spiritus Dei ſanctus, qui & ipſe Deus teſtimonium præbet ſpiritui noſtro indubitatum, atq; certum, quòd ſumus filij Dei, quando ab illo patre noſtro ſic tractamur, vt amantius, indulgentius, liberalius tractari nequeamus, cuius quidem ſpiritus diuini teſtimoniũ ſpiritus noſter qui illi eſt coniunctus, & adhęrens ſic accipit, vt ſeſe gerat pro filio Dei, cuius tantã erga ſe impertitur indulgentiam, vt præ bonis animi, quæ ex illo poſſidet mundum, & mundi bona, quęcunq; lingua nuncupare, aut ſibi poteſt cogitatio depingere, tanquam cœnũ omnia ducat, & in vno ipſo Deo etiam nunc hic viuens, & terrenis affectionibus etiam nunc pulſatus conſtituat ſummam omnis felicitatis ſuæ: qui ſi perſuaſus eſt, habetq; exploratum ſe filium Dei eſſe, tanti fide teſtimonij, & tot donis teſtimonium comprobantibus adductus, eidem teſti profectò credet, ſe cùm filius ſit, hęredem quoq; Dei fore, atq; eorum bonorum hęredem, quorũ hęreditatem maiorem ſuum fratrem Chriſtum iam adiiſſe crediderit: quæ nimirum bona ea ſunt, vt ſurrecturus homo totus è mortuis, & futurus deinceps ſit immortalis, idemque in cœlum aſcenſurus, & ad dexteram Dei ſit conſeſſurus, vbi enim caput, ibi & corpus manere eſt neceſſe propinquum ſimiliter, & adiunctum Deo, non quidem pari dignitatis æqualitate, ſed in capitis ſui maieſtate. Porrò autem caput noſtrum eſt CHRISTVS. Credet ergo & confidet certò ſpiritus noſter ſe ita hęredem fore Dei, vt ſit cohęres IESV Chriſti.

*Siquidem vnà patimur vti vnà & glorificemur.* Reputo e-

 nim

*nim quòd non dignæ ſunt ærumnæ præſentis ſeculi, ad tam glo-riam, quæ in poſterum nobis reuelabitur.*

SIQVIDEM, inquit, noſtræ fidei poſſeſſio eſt, velle pati cum Chriſto, vt ad eandem cum Chriſto gloriam etiam vna [illegible] mur, ac ne nos perturbet mentio patiendi, ſperatam[illegible] tot bonorum lætitiam incommodorũ coniunctione [illegible], ſubiungit ſtatim ſapienter, & prouidè reputare ſe, [illegible] ducere rationem, & facere ſummam, quemadmodum [illegible] ſoliti ſunt, qui calculos, & numeros in ſummas colligunt, id eſt perpendere ex vtraque parte, & æſtimare. Quid enim, quod reputet? nempe hoc, quòd omnes huiuſce ſeculi [illegible], omnes ærumnæ, incommoda omnia, quæ cum Chriſto [illegible] ſubeantur, non ſunt idonea ad tantum promerendum, quan-tum illis incommodis præmium propoſitum eſt, quandoquidem collecta, & coaceruata in vnum, ſi in contentionem futuræ glo-riæ deducantur, illius longè magnitudine, & felicitate in-feriora. Quod idem ipſe alio loco. Quod nunc nos [illegible] cedens leuitate, inquit, æternam excedentem grauitate gloriam comparat nobis non cogitantibus ea, quæ videntur, [illegible] videntur: atque hoc eſt ſpe attollere animum, & diminuere ea-dem opera laborem. Quid vero num patimur omnes cum Chri-STO qui in hanc fidem venimus? patimur enim [illegible] iam non in vinculis, & plagis, & in omni corporis [illegible], ac ſupplicio CHRISTI fidem conſtanter profitemur [illegible] crucem tollimur, ſicut ille fuit ſublatus, eo ipſo tamen quòd ad iſta parati animo, ſi accidat, ſumus, & in mediis [illegible] tatibus, atq; curis ſuſtinemus quotidie pręlia [illegible] & dolorum, & voluptatum, atque à cogitatione Dei [illegible] ad ſe nitentium, hiſque quoad licitum eſt, obſiſtimus, & [illegible] gnamus, gerimus ipſi quoque crucem noſtram, & [illegible] noſmetipſos, priſtinum genus noſtrum toto pectore [illegible] vt efficiamur filij Dei. Et quoniam longo iam proceſſu Spiritum vehementer extulit Paulus, eumque habere teſtimonium Spiri-tus ſancti, quòd filius Dei ſit, diſſeruit, vitamque ex eo [illegible] vno, & bonorum Dei hęreditatem, futuramque gloriam [illegible] tam illi eſſe dixit. Corpus autem & carnem in totum [illegible] viſus eſt, ne qui fortè ſuſpicetur nihil iſtam partem apud Deum honoris habituram eſſe, neque ad immortalitatem aſpirare poſſe, ob hancq; cauſam nec tantum futuræ illi gloriæ [illegible] deferatur, quantum opus eſt, & corporis commoda nimis con-temnantur, veluti quod iniquè, atque iniuria his præſentibus priuetur bonis, ſi id in poſterum fructus nullos cœleſtium [illegible] rum bonorum eſt percepturum, reuertitur Paulus ad confirman-

dam

lem, corpus quoque noſtrum nobiſcum vnà futurum immortale, & bonorum eorundem cum ſpiritu particeps, implicatè ille quidem, & contortè, ſed tamen vt accuratè & ſubtiliter intuentibus, hic Pauli in hoc loco intelligatur eſſe ſenſus. Nunc eius audiamus verba.

*Vehemens enim expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Nam vanitati creatura ſubiecta fuit, non ſponte, ſed propter eum, qui ſubiecit in ſpe, quod & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

VEHEMENS expectatio creaturæ, inquit, hoc vocabulum κτίσεως, quod nos cæterorum opinionem ſecuti creaturam transtulimus, melius noſtro iudicio conuerteremus fabricam, habemus quidem verbum verbo par condere, quod eſt græcè κτίσειν, idque in corporeis potiſſimùm naturis, & rebus vſurpamus: ſed quoniam vocabula, quæ ex eo verbo ducuntur, vt conditio, vt conditura, inciderent in alienos ſenſus, mentemque legentis obturbarent, conditionis loco fabricationem proferimus, cuius verbi vis cognata tamen eſt priori vocabulo, atque propinqua. Igitur his, vt dico, nominibus ad corporum naturam vtimur, quibus creatio vt longè communior eſt, ſic ferè etiam eſt ſpiritualis. Creare enim animas Deum rectè dicimus, condere, aut fabricari non ita dicimus. Sed quòd κτίσις in hoc loco pro omni eo quod fabricatum à Deo eſt, hoc eſt pro cœlo, terra, elementis accipienda ſit, quorum vna cum gloria filiorum Dei ſit facienda nouatio, quando iſta propter hominem effecta, & fabricata, hominis ipſa quoq; conditionem in vtramq; partem ſequūtur, vt & laborante eo laborent, & pacato quietura ſint, multa hic & præclara dicuntur à ſanctis viris, quaſi nos vt adhortentur acuendas eſſe nobis vires animi, vt fortius certemus, quibus non pro nobis ſolùm, ſed tanquam pro aris ac focis ſit etiam decertandum. Siquidem in illam perpetuam gloriam per patientiam, tolerationemq; certaminum poſtea introducti, & terram peccato primi hominis execrationi traditam, & cœlos ſenio, laboriq; deſtinatos, de quibus ſcriptum eſt, quòd omnes tanquam veſtimentum veteraſcent, & ſicut amictus mutabuntur, in nouam, & perpetuam pulchritudinem nobiſcū ſimul reſtituemus. Sed ego in eam mentem inclino potiùs vt de fabrica corporis noſtri intelligendum putem. Nam & cœli ante peccatū Adæ currere circumcirca, & ſe voluere inſtituerunt, & feracitas terræ, ac cæterarum rerum opportunitas non tam ſibi, quàm nobis in laborem eſt verſa. Atq; vt ea etiam ita ſe habeant, nec enim inficiamur, ne nos quidem, quin cuncta in ſeculorum fini, & in aduentu magni Dei nobiſcum vna nouanda, & in potiorem ſtatum commutanda

 ſint:

ſint: tamen argumenta futuræ immortalitatis noſtræ magis ex nobiſmetipſis, & iis, quæ in nobis experimur & ſentimus, ducenda ſunt, quam ex alienis ac longè diſſitis rebus. Itaq; & hoc vocabulo Marcus in Euangelio pro hominis tantùm conditione & creatione vſus eſt, qua IESVS diſcipulis pręcipit in illo, vt euntes in mundum omnem prędicent Euangeliũ omni creaturæ, πάσῃ τῇ κτίσει. In quo illud quoq; apparet & exiſtit, quæ maximè aduerſaria ſunt ad victoriam, palmamq; contendentibus, quæ inuincibilem videntur habere vim impediendi, arcendi, poſſe ea nõ difficiliter à nobis ſuperari, quando nobiſcum quoq; ad eandem gloriam immortalitatis aſpirant. Atque hunc habet verborum iſtorum intellectus. Vehemens enim expectatio creaturæ, hoc eſt fabricæ, & illius in nobis partis, quæ corporea eſt, ipſa quoq; expectat, vt accipiat reuelationem filiorum Dei, vt particeps etiam ipſa ſit, vt eandem immortalitatem communicet. Eſt enim ἀπεκδέχεσθαι compoſitum verbũ ab expectando, & capiendo, quod eſt quaſi hiare expectando, vt accipiat. Reuelationem autem, quoniam arcanum conſilium Dei de electis ſuis in illo extremo iudicij die omnibus reuelabitur, & tunc palam in mediũ omnia perferentur. Atq; hoc verbo ſic poſitum ab Apoſtolo eſt, expectari à corpore noſtro eandẽ immortalitatem, cuius quidem expectationis ratio communior illa ſit, quod natura eſt effectum, & in natura conditum, quin etiam ſi non animi conſilio, at tacito tamen deſiderio ad melius ſemper ipſa moueatur. Verùm cum altera ſtatim exiſtat quęſtio, quomodo corpus immortalitatem appetere, quod ad ea omnia propenſum, pręcepsq; ſit, quæ ſunt penitus contraria immortalitati, vt eſt tectus Apoſtolus, & munitus, omnia ſubitò circumſpiciens, & prouidens, occurrit è veſtigio quęrẽtibus, & antecapit, dicens iſtam ipſam fabricam partis ſenſibilis in nobis, corpus, carnemque videlicet, non ſponte ſua ſubiectam fuiſſe vanitati, ſed propter eius crimen, qui illam ſubiecit, hoc eſt propter Adæ crimen, qui obedientem illam primò rationi, & ex ea immortalitatem habere in ſe paratam, ſuo peccato, & vitio deiecit ad corruptionem. Nam vanitatem hoc loco Apoſtolus, vana carnis deſideria, & cupiditates inaneis vocat, quæ fructum, mortem & corruptionem afferunt, quas alibi cupiditates nominat deceptionis, quæ eò dem efficiunt, vt vanos filios hominum, mendaces filios hominum appellet ſcriptura, & in imagine non in veritate tranſire hominem confirmet. Etenim ſimul vt caro, quæ nullum ſui habet ordinis, nec rationis lumen ab illa in primo patre noſtro à mente, & ratione concordia diuulſa eſt, neque quod cuperet, cuiuſmodi id eſſet, cognoſcere ampliùs ipſa potuit, neque in ipſo quod cupiebat, modum ſibi, & finem conſtituere. Sed & 

va-

uitati, ac corruptioni ex eo animalis homo addictus fuit, retinuit tamen ſibi ſpem, & illud inſitum, atq; occultum naturæ deſiderium non abiecit, ſeſe cum filijs Dei in priſtinam aliquando ſtabilitatem, & veterem gratiam redintegrandum eſſe, vel eo etiam maiorem, quòd tunc in ipſo Adam in ancipiti, & lubrico poſitus poterat, & ſtare perpetuò ſi decreuiſſet & cadere, ſi hoc ei magis collibuiſſet. Poſthac vero ſi fuerit redintegratus ac re poſitus, & maiorem multo, & in perpetuum ſtabilem gloriam eſt adepturus. Ab omni enim tum penitus ſeruitute corruptionis liberabitur: id eſt, ab ea terrenarum cupiditatum ſeruitute, quæ illum conſtrictum tradit corruptioni atque morti, quibus etiam ab Apoſtolo verbis iudicatur de fabrica corporis noſtri fuiſſe dictum. Non enim cœlum, neq; terra huiuſmodi corruptionis ſeruituti ſic ſubiecta eſt, vindicabitur igitur corpus noſtrum à ſeruitute corruptionis, & in libertatem gloriæ filiorum Dei liberabitur. Erit enim hominis animalis liberatio, acceſſio eius liberationis, quam vt ſpiritualis, & filius Dei regeneratus, videlicet ex Deo, & natus homo conſequetur, quæ tunc quidem fuerit libera & ſecura gloria, cum extra belli periculum, & huiuſce vitę lapſus, in reſurrectione corporum propria & perpetua poſſidebitur.

*Nouimus enim quod omnis creatio conſuſpirat, & congemiſcit vſque ad præſens: neque ea ſolum, ſed & ipſi primitias ſpiritus habentes, & nos ipſi in nobis ipſis ſuſpiramus, qui adoptionem in filios expectamus redemptionem corporis noſtri.*

OMNIS creatio vel fabricatio in hoc loco, & in vno quoque homine totus homo, & in vniuerſo tempore totum genus humanum intelligitur, quorum vtrunq; ſcire ſe, & noſſe affirmat Paulus gemere vnà & ſuſpirare huius inueniendæ immortalitatis deſiderio. Ac natura quidem res ſeſe ita habet, vt quod Paulus alio loco, ſuſpiramus, inquit, & affectamus, nolentes quidem exui, ſed ſuperindui, vt abſorbeatur mortalitas à vita, quoniam ſic facti, atque conflati ex anima, & corpore in vnam rem fuimus, totum hoc quod ſumus, diligamus in nobis ipſis, & incolume, ac ſaluum totum eſſe cupiamus. Neq; erit quiſpiam pertentans animum ſuum, & omneis occultos ſenſus mentis ſuæ cogitatione peragrans, quin in ſemetipſo intelligat ferri nos amore, & ſtudio conſeruandi nos ipſos, atque ita conſeruandi, vt nec partis in nobis, nec temporis iacturam aliquam libenter admittamus. Sumus quidem eo animo, ſi qui bene, & recte fuimus inſtituti, vt ſi alterutrum perdendum ſit, corporis pati, quàm animæ detrimentum præoptemus. Verum enimuero non eſt plena, neque integra animi noſtri conſolatio, ſi tamen amiſſio corporis facienda ſit, hoc deſideriũ adipiſcendæ & fruendæ immortalitatis, ita in vno

quoque

quoque homine inſitum eſt, vt neque obliuione, nec [illegible] ſtudio, aut ratione vnquam vlla poſſit auelli, quod in aliis rebus, quas inaniter, & temere cupimus, nec poſſumus vllo modo adipiſci, facilè eſt prouidere ratione, ne cupiamus aduerſus quidem totam hominis immortalitatem, quominus ea optetur, & deſideretur, non vis, non ſuaſio, non conſilium vllum, non temporis longinquitas, non ſtudiorum diuerſitas poteſt, non [illegible]tio, non cuiuſquam authoritas obſtare, & prohibere. Quod ſtudium ſi innatum nobis vſque eò eſt à natura, vt neque [illegible], ne illud quidem ſimile, aut affine veri eſt, fruſtra id nobis & nequicquam ab eadem natura fuiſſe inſitum. Ad hæc accedit ratio longe fortior, quæ Paulo, & nobis in Deum rite credentibus huius eiuſdem rei ſcientiam corroboret, quòd omnes, qui Deum quoquo modo cognorunt, & ab eo ſunt vel inſpiratione, vel nuncijs è cœlo miſſis vel Moyſis lege inſtructi, atque edocti, defuncti in hanc ſpem terræ mandati, & in ſepulchris [illegible] tanquam denuo reuicturi, neque amplius poſtea in mortem eſſent recaſuri, fuerit licet Saducæorum factio quædam apud Hebræos, quæ ſuſtulerit reſurrectionem, & Paulum de [illegible] Athenis diſſerere incipientem philoſophia irriſerit, ſintque etiam nunc quamplurimi, qui corpori vni excolendo, & [illegible] neglecta fide immortalitatis adhibeant curam: tamen [illegible] lingua, atque mores, aliud mens ipſa intus, ſi [illegible] affirmat, præſertim ſi ea aliquo pacto ſacrarum rerum, & [illegible] vel ſolis auditionibus fuerit imbuta. Eſt enim in Iob, & in Prophetis, & denique penè in omni ſcripturæ contextu, de reſurrectione futura corporum paſſim plurima obuia teſtimonia. Horum porrò prædicatio, & expectatio aliorum ſi non vana, ſed vera eſt, vt quæ à ſumma Dei veritate profecta, & inſpirata ſit, ſentire poteſt Paulus, & cum Paulo omnes qui Deo fidem habemus, cunctum hominum genus in hac ſpe fuiſſe corruptioni, & morti ad tempus addictum, vt extremo in tempore conſurgat ad vitam, nec mortem poſtea amplius vnquam oppetat. Nam aut qui ex Deo perceptum habuerunt, certi ſpei ſuæ, & ſurrectionis intelligentesque quid ſperarent, tantiſper naturæ, & morti conceſſere, aut ſi à tanto doctore non fuerunt moniti, nullam quidem iuſce ſpei curam, nec cogitationem in animis ſuis voluerunt, occultum tamen naturæ, & mutum immortalitatis deſiderium abdicare à ſe nō potuere. Quare genus omne humanum, & quod mortuum eſt iam diu, & quod viuit, ſuſpirat vniuerſum, & anhelat ad hanc immortalitatem eamque ad totius integram hominis, nō alicuius certæ in homine partis, vt & totum genus, & homo totus ad incorruptionem, & vitam recuperandam contendat. Et quoniam de animo erat perſuaſibilius, de corpore [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pignum, alio etiam validiore inter viuos vtitur argumento, cui & animus ipſe corpori, & teſtimonium ſpiritus ſancti huic corpore ſpei ſubuenit, & aſtipulatur. Non ſolum, inquit, hæc communis eſt totius humanæ fabricæ, creationiſque expectatio, reuiuiſcendum denuo eſſe, & immortalem deinceps vitam agendam, ſed & illi qui ſpiritus primitias habuerunt, quod eſt intelligendum de Patriarchis, & Prophetis, in quibus primò cœpit operari ſpiritus ſanctus, & nos ipſi in quibus idem ſpiritus aſſiduum ſibi iam domicilium conſtituit, qui non primitias tantum, ſed integram meſſem ſpiritus ſancti poſſedimus, quibus ille non ſolum ſcintillam, ſed flamma, & lumine amorem, & cognitionem ſummæ veritatis infudit, & qui adoptionem in filios Dei iam ex parte nacti pleniorem etiam poſthac, & illuſtriorem eiuſdem Dei hæreditatem expectamus. Hoc enim ſibi velle iam diximus ἀπεκδέχεσθαι, quaſi expectare interim accipiendo, nos inquam, qui plenitudinem ſpiritus ex Deo hauſimus, quē habemus intus omnis nobis veritatis certiſſimum, & ſponſorem, & teſtem: ſuſpiramus tamen, & expectamus redemptionem corporum noſtrorum, quod non faceremus, ſi hæc noſtri pars, non ad obtinendam perpetuitatem, ipſa quoque nata, factaque exiſteret. Ac nequis hoc tamen dicat ſperare eſſe, ſpe autem noſtra falli, & decipi nos poſſe, refutat ſtatim, ſic inquiens:

*Spe enim ſeruati ſumus: ſpes autem cum cernitur, non eſt ſpes. Quod enim cernit quis, quid etiam ſperat? quòd ſi quod non cernimus, ſperamus, per patientiam expectamus.*

EA SPES, inquit, quæ de præterito pignus maximum nobis dedit, non ſe eſſe fallacem, vt per quam ſpem, ſalutem ſumus adepti. Nam à primo cum credidimus Deo per IESVM Chriſtum, & ſpes noſtras à mundo auferentes, in illo omnes collocauimus, & fiximus, ſtatim mercedem ſpei noſtræ accepimus ſalutem noſtram. A ſeruitute enim iniquitatis, & mortis ad vitam, & iuſtitiam Dei fuimus tranſlati, in genuſque, & nomen filiorum Dei venimus. Illa igitur ſpes, quæ nos, vt alter ait Apoſtolus, Pauli conſors, atque collega, regenerauit in ſpem viuam, tantumque nobis bonorum cum promitteret, plus etiam dedit, vt quæ dignitatem humanæ nobilitatis, quam omni vitio, & culpa contaminati homines amiſerant, cum ſe reſtituturam illis polliceretur, verò Deos ipſos, & Dei filios effecit. Illa inquam ſpes, de futuro profectò non fallet iam tot rebus, & argumentis nobis exploratа, & perſpecta. Sicuti non fefellit ne tunc quidem, cum ad eam nullo adhuc certo obſide illius firmitatis inducti acceſſimus. At nunc poſteaquam per eam noſtræ illuſtratæ mentes, & cognita omnis veritas, commerciumq; cum Deo, & cum ſpiritu

ſancto

ſancto ſalutis, & beatitudinis noſtræ nobis initum eſt, quid eſt vel quod minimum dubitemus, quin hanc quoque immortalitatem integri hominis ex corpore, animoq; conſtari, quam pollicetur nobis, ſit præſtatura? modo patienter, & cum tolerantia expectemus, quod eſt proprium eorum, qui in Deo, & fide Dei firmiter hærentes, ſolantur ſpe illa expectationem ſuam. Namque & qui expectant patienter, & qui impatientes ſunt, omnes quidem in vitam perpetuam cum corpore ſimul ſunt reſiſtendi. Sed illam ſolam immortalitatem, & veram vitam ſentiamus ſolus, quæ electis Dei futura eſt. Hi enim immortalem vitam: qui autem à Deo damnati, & repudiati fuerint, mortem quidem immortalem ſunt inuenturi. Spes igitur & in ſperando, & expectando patientia ſuſcipienda nobis eſt, quando nec ſpes quidem amplius eſſet, ſi quod ſperamus, id iam teneremus. Atque vt animaduertas altitudinem Pauli ſenſorum, & quamobrem hanc ſpei diſputationem interpoſuerit, perſpice tute, & cum animo tuo conſidera, vt intelligas non eſſe locum calumniantibus ad hanc infirmandam ſpem, cuius probationem in hac vita, non modo conſequi, verum nec deſiderare quidem poſſumus. Si quis enim contradicat, & aſſerat ſperare nos vana, & expectatione noſtra decipi, nempe id ita dicat, quoniam vtrum ſpes illa vera, an ne falſa in hac vita cupiat experiri, argumentaque veritatis hac ſpe ex his, quæ hic apparent, & cernuntur, dari ſibi conſtituat. At hoc nihil eſt, quod minus optari poſſit. Optas enim vnà ſi iſtud cupias, & viuere, & mortuus eſſe. Dum enim in hac vita ſumus, in ænigmate ſumus, & tanquam in imagine, & ſimulacro ambulamus, cunctaque felicitas, & beatitudo noſtra ſpe futuræ vitæ continetur. Quid ergo optes huiuſce ſpei ſenſibile argumentum, cum ſi hoc obtineas, quod optas, amplius ſpei ſenſibilis non ſis? Itaque ſpem quidem iſtam contemnere, & [illegible] mittere, atque ad explendos ſenſus totum conferre te poſſis: argumentari autem contra eam ex his, quæ cernuntur, aut teſtimonium flagitare certum, quod illam tibi ex ſenſibus confirmet, nullo modo poſſis, quin continuo repugnantia dicas, & id quod affirmas, ſimul etiam inficiere. Ac quemadmodum ſi quis [illegible] nos fluctus ſolidam terram cupiat eſſe, ita tamen, vt fluctus nihilominus ſint, ipſeq; ab illo nauigandi motu, & geſtatione non deſeratur, is huius ſui optati nullam ſtabilem & conſtantem habeat rationem, ſed ſibimet ipſi contrarius, & repugnans ſit: ſic qui futuræ vitæ ſpem ex his quæ ſenſibilia ſunt, volunt comprobari, hi & ſentire ſimul, & non ſentire quod deſiderant, volunt. Quando ab omni ſenſu humano, iſto videlicet, & mortali aut ſpem, aut te abeſſe neceſſe eſt, ſi ſis huiuſce ſpei ſenſum aliquem percepturus. Illa igitur tibi argumenta ſpei noſtræ fidem facient, quæ

ter eadem ſpe ducta ſunt, quam cum videamus in eis rebus, in hac vita poſſumus experiri, promiſſionis ſuæ fidem nobis ſtitiſſe, quòd reuocauit nos à peccati morte, & in iuſtitiæ vitam inſinuauit, exq; aduerſarijs Dei, & hoſtibus effecit eius filios, m, inquam, videamus ſpem noſtram in Deum tot nobis & præclara promiſſa expleuiſſe, eandem certò confidamus ea, adhuc ſuperſunt, quæ in alteram vitam reſeruata nobis ſunt, m expleturam, cum horum præſertim, quæ iam potiti ſum, illa quæ expectamus, quaſi comitatus quidam, & appendiceſſe intelligantur. TVM IVLIVS, proh Dei immortalis fim mi frater, inquit, Quid eſt nobis de hoc homine dicen- utrum eum ex humano, an ex cœleſti magis ordine ſtatua- qui tantos curſus cogitationum, tanta inuolucra diuinorum conſiliorum in tam paucis verbis conſtringat, & alliget, & m breue ſpatium progreſſus videatur, cœlum & terras & mare peragrarit? Quod porrò pelagus doctrinæ, quæ vis inaudita mentis ſapientiæ non in his verbis indita, & impreſſa eſt? oſtentione digito nos eſſe filios Dei, teſtes aduocat omni fide digniſſimos: quippe illos ipſos, qui planè noſcunt, intelliguntque veritatem, ſpiritus duos videlicet, & illum Dei, qui eſt ipſa veritas, & noſtrum quatenus cum illo copulatus eſt, hoc eſt cum ritu Dei hærens atque coniunctus. Atque in tantam nobilitatem, gloriamque ſublatos, gerentesque Dei cognationem, attamen, reuocat nos deinde ad reſpiciendam conditionem huius vitæ, quæ addicta ſit laboribus, incommodisque perfectis, in quibus nos verſari æquo animo debeamus, & ad exemplum, ac imitationem CHRISTI IESV ærumnas, & dolores libenter pati, vt cum illo quoque vnà eandem poſtea gloriam adipiſcamur. Tum deinde conuerſus ad demonſtrandam conditionem noſtri corporis, quod fragilitati, & morti videatur addictum, immortale illud quoque fore confirmat, & in tempore reuelationis gloriæ filiorum Dei, etiam ipſum ad vitam perpetuam reſtituendum eſſe dicit, atque in vna re vtranque rem expedit, & vt nos futuros ex omni parte oſtendat immortales, & animum augeat, fiduciamque corroboret, poſſe nos corporis & carnis cupiditates vincere, cum iſta quoque pars noſtri in eiuſdem expectatione, ac deſiderio ſpei nobiſcum, & cum ſpiritu noſtro conſentiat. Non enim pergraues eſſe aduerſarios, inter quos de ſumma rei conuenire eſt licitum. Atque ad hanc corporis propendam immortalitatem, huiuſceque immortalitatis ſpem non his rebus, quæ cernuntur, confirmandam, cum id fieri nulla ratione poſſit, ſed ex eadem ſpe adminiculandam, vt ſpes ſpei teſtimonio, & certo documento ſit, parsque iam adepta expectatæ partis faciat fidem, tot, & tam denſa aliud in alio intexit argumenta,

gumenta, vt aſſequi hominis penè ſenſum cogitatione noſtra nequeamus. Ac video equidem aliter hæc verba ab alijs exponi, ſed ego facilè ſuſcipio rationem iſtam tuam, creationemque, vel fabricam potius, vt tu vis, ac recte quidem, mihi vt videtur, de ſolo tantum homine intelligo, quà is corporeus, & ſenſibilis eſt: quam noſtri quoque partem ad immortalitatem ſuſpirare nobiſcum affirmanti Paulo credo, quippe quæ ſi non aperta voluntate, at communi deſiderio naturæ ad melius ipſa etiam moueatur, [illegible] rumque prophetarum, & ſanctorum hominum dictis atque ſcripturis, ac præſertim APOSTOLIS, & præconibus ſimiliter fidem de hac re indubitatam habeo. Verum illud tamen [illegible] de ipſa carne ſcilicet, deq; tota corporis natura, qui non ſit contraria, & ſemper inimica rationi, cum ad extremam vſque [illegible] tum nunquam ea turbare pacem animi, neque gerere bellum aduerſus rationem deſiſtat? quòd ſi maior aduocanda eſt authoritas, cur Paulus carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum, [illegible] illius ſe non poſſe ſtimulos, ac moleſtias propulſare ab ſe [illegible] Cur dominus illam infirmam appellauit? neque hæredem regni fieri poſſe ſæpe teſtatus eſt? Cur illa in terram, & mortem [illegible] ſemper trahit? cum ad cœlum, & ad vitam exurgere conamus? Qua denique illa ratione peruincit, vt maiorem hominum partem ſuarum vaniſſimarum laqueis cupiditatum [illegible]ctam teneat, atque vinctam? ſi non hoc malum eſt in [illegible] proprium, vt opprimat ſemper & ſuo decore ſpoliet animum? Quòd ſi hoc illi natura vitium ineſt, quo pacto illud [illegible] ineſſe poteſt, vt natura appetat etiam ipſa reuerti in [illegible] VITIVM inquam, Iuli, carni ineſt, ſed non vt eſt ea, nam ſi hoc ita eſſet, etiam antequam peccaſſet Adam vitio infecta [illegible] & rationi aduerſaria fuiſſet, quod non erat ea tunc quidem [illegible] quam ad eſum interdicti pomi, & neglectionem diuini præcepti fuit deuentum. At poſtquàm illo crimine corrupta ex priſtina ſua integritate decidit, ignorantiæ continuò tenebris [illegible] tota, & ius quoddam, ac arbitrium ſuarum liberè exequendarum appetitionum ſibi ſtulte vindicans, eadem arrogantia [illegible] uerſus mentem, qua mens, & ratio primo extulit ſeſe aduerſus DEVM. Sed & ſi talis effecta parentis noſtri crimine, & propter primam illam culpæ labem, in prauos ſenſus, cupiditateſque [illegible] coniecta: inſitum tamen illud naturæ deſiderium non potuit eijcere, quin cuperet ipſa quoque particeps eſſe honoris, [illegible] vt ex euidentibus in animo noſtro factis atque exemplis, [illegible] cultum in rebus quæ carent ratione, naturæ conſilium [illegible] deprehendamus. Vidiſti ipſe profecto, idque ſæpius homines [illegible] no, atq; ebrietati deditos, qui cum in vno illo ſtudio curas omnes ſuas, temporaque conſumant, idque ſummum bonum in vita [illegible]

rentur, nihilo tamen minus tacitis interdum confodiuntur
…is, vt in media ipſa potandi alacritate, ac lætitia ipſi ſibi diſ-
…nt, ac modeſtorum & ſobriorum hominum cupiant eſſe ſi-
…: neque à vino tamen propterea, crapulaque deſiſtunt, ſed
…n poculis hilaritatem prouocantes, ſentiunt amarum quid-
…n animo, quod ſuauitatem illius lætitiæ infuſcet & immi-
…e. Atque horum corrupta quidem vitio, & conſuetudine ratio
…t in ipſum dedecus, ſeque in eo magis quotidie, magiſque
…gitat, neq; ea tamen ſine cura, & ſtimulo, ac dolore tacito
…d conſiſtere, cum id quod ſtudet, & vult, ſibi intelligat eſſe
…ioſum. Simile quiddam nunc in corpore, & carne ipſa cogita
…m aduerſum illi quidem, & incognitum: ſed nobis, qui lu-
…ne, & ratione vtimur, perſpicuum, & euidens. Illa enim corru-
…ta, ac infecta prauitatis labe agit, & cõtendit quidem omnia,
…que & ſibi ſunt ad immortalitatem aſpiranti & nobis, qui pa-
…em, ac concordiam cuperemus, infeſta, atque inimica: ſed ta-
…men dolore quodam naturæ neceſſario ipſa tangitur, nec inteſti-
…num illud deſiderium amittit, quin cupiat eſſe compos immor-
…tatis, quod quidem deſiderium, quoniam pro nobis eſt: vi-
…m autem carnis, ac præſens eius contaminatæ ſtudium & con-
…os, & contra ipſam carnem pugnemus forti animo, & præ-
…mur, tanquam in vniuerſum victores futuri, etiam ſi in aliqua
…te aliquando vitio carnis victi, peccato ſuccumbamus. Pro-
…, inquit Iulius, & rationem tuam accipio: ſed quod reſta-
… etiam videtur ad dubitandum, id ex te exquiro. Etenim ſi
… ſurrectionis in carne quoque, & corpore expectatio
… Iudæis fuit, hancque eandem expectare, & cognoſcere
… propè eſt fidei noſtræ myſterium, idq; imprimis & al-
… item, confirmat animum, vt pugnare, & niti, & ſperare
… aduerſus carnis vitium debeamus, quid ita illi aut reſi-
… carnis vitijs æque vt nos, non potuerunt, qua de re ſatis ante
… diſputatum, & dictum? aut in eiuſdem penè expectatione
… non eandem ipſi in Deum fidei viam, & rationem, quam
… inhærere? Quanquam ego iſta dum percunctor, ad illud diui-
… fidei noſtræ myſteriũ, quod heſterna die nobis patefactum
…, intuens reperio ſtatim horum, quæ percunctor, diſſolutio-
…. Illi enim ſic reſtitutionem corporum ſperabant, vt ad eaſ-
… iucunditates, eademque mundi commoda, quæ in hac vita
… maximi, redituros in altera ſe confiderent, vxoreſque
…, & domicilia, & agros recuperaturos. De qua illorum ſpe at-
… opinione etſi non palam eſt, neque diſerte in Moyſis lege
…, tamen ex interrogatione Saducæorum, qua de ſeptem
… eandem vxorem deinceps ducentibus, quid in re-
…ione corporum futurum eſſet, Dominum illi Iesvm ſci-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcitati ſunt, quæ fuerit Iudæorum mens, & de futuris bonis expectatio, liquido poteſt intelligi. Qui igitur bona hæc corporalia & terrena tanti æſtimabant, vt fructum in illis perpetuæ vitæ ponerent, non poterant illa ne in hac quidem mortali vita ſic contemnere, vt mentes ſuas ab illis ad Deum penitus auocantes fortiter reſiſterent carnis prælijs, atque oppugnationibus, id quod nos melius poſſumus, qui & diuellimur in hac vita ab omni huius mundi iucunditate & illecebris propter Deum, & in futuro cœleſtia, non terrena bona expectamus. Ita illi neque [illegible] Deum eandem, neq; parem firmitatē animi ad reſiſtendum carnis cupiditatibus inuenire potuere. Nunc lege tu, quæ ſequuntur.

*Similiter autem & ſpiritus coopitulatur infirmitatibus noſtris. Hoc ipſum etenim, quod oraturi Deum ſumus, quemadmodum oporteat, neſcimus. Verum ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

Hæc Pavli ſenſa vnum poſt aliud ipſius quidem more loquendi obſcuro & implicito, cum difficilia cognitu ſint per ſe, tum diuulſa ſæpe, & interrupta, vt vix cohærere poſſe inter ſe videantur. Sed nobis non tam ex verbis interdum eius quam ſpiritu, & mente facienda eſt interpretatio, vt in hoc loco. Quoniam enim de tolerantia, quam in illa ſpe futuræ gloriæ habemus, fuerat iam ſępius verbum factum, vt eam ipſam [illegible] fortius conſtantiuſque teneamus, alio quoque ſubſidio & firmamento nos inſtructos demōſtrat ſpiritu noſtro mentem, preceſq; noſtras ita dirigit erga Deum, vt nobis tuta, & [illegible] poſtulemus. Atque hoc monſtrato ad Deum deinde [illegible] omnem noſtram facultatem, & conſiſtendi, & tolerandi. Quod ergo hic ait, ſimiliter & ſpiritum opem ferre infirmitatibus noſtris, in eam rationem intelligamus eſſe dictum, vt duplicem vim habeat. Nam quod ſpiritus curam ſuſcipit infirmitatum noſtrarum, id eſt, earū, quæ ſunt ex parte carnis, & corporis, eam [illegible] ante poſitam rationē comprobat, corpus eiuſdem gloriæ [illegible] fore nobiſcum. Quî enim alioquin tantam de eo curam ſpiritus ſuſcipiat, vt & redemptionē illius ſuſpirando deſideret, & in infirmitatibus, ac periculis ei opituletur? tum illud quoque, vt hoc quoq; fulti, munitiq; ſubſidio alacrius tolerantiam & firmitatem reſiſtendi capiamus. Nam quod ſæpe iam Paulus [illegible] minem in ſeſe alicui hominis parti componit, & tanquam [illegible] bus in vno, & eodem loquitur, nunc hominem totum [illegible] cōſtituens, vt qua dicit, Nos in nobis ſuſpiramus expectantes redemptionem corporis noſtri, nunc in corpore collocans, vt hoc loco ſpiritus opitulatur infirmitatibus noſtris, eſt hoc quoque [illegible] no loquendi more vſitatum. Spiritus igitur vtrunq; facit, [illegible]

tat nos ad perpetiendum, & ferendum, quandoquidem nos patientiá expectamus, & fraternam de corpore ſuſcipit curá, ab errorum lapſionibus continendo in viam, ſpemque induciæ optandæ, atq; expectandæ immortalitatis. At qui ſpiritus enim de iſto mediocris eſt diſceptatio. Sed nos miſſas fanas controuerſias, quoniam id tantum proferre, & effari volumus, quod nobis ſuppeditat, & inſpirat Deus, dicamus noſtrum eſſe ſpiritum, quatenus is tamen ad Deum conuerſus eſt, & aptus, atq; dependens ex eo, quod facere ille nõ poteſt, niſi ſancto ſpiritu ſit coniunctus. Et ſanè propria voluntas noſtra, ratio cum in Deo locata eſt, ſolaque ſpectat diuina, & immortalia, ſpiritus eſt, & eo nomine nuncupatur, quæ ſi deflectat ad mundum, atq; carnem, ita caret ſpiritus appellatione, & nomine rationis tamen, voluntatisq; retineat, ſed ſit carnalis, & terrena. Caro porrò, & ſpiritus vſq; eo diuerſa inter ſe, alienaq; ſunt, vt propriéque loquendo in vnum nequeant coniungi. Ipſa igitur noſtra ratio copulata cum Deo, & nihil planè volens, quod Deus ipſe nolit, eſt, quæ opem fert infirmitatibus noſtris, dum & cum auocat nos ab eis expetendis, quæ ſunt caduca, & corruptibilia, pulchrioraq; multo, & amabiliora ex Deo, quæ appetamus, proponit, nimirum illa magnum momentum affert ad conſtantiam animi, atq; ad virtutem in rebus variè mentem noſtram labefactantibus, ſeruandam nobis, ac retinendam, & plurimum in eo quoq; nobis conducit, quòd deſiderantibus nobis orare Deum, & petere ab eo aliqua nominatim, quæ ipſi grata ſint, & nobis ſalutaria, quoniam in hoc falli facilè poſſumus, atq; adeo ſæpenumero fallimur, ipſa ratio, quæ eſt non ſanctus, ſed ſanctiſſimus in nobis ſpiritus, qui tamen ſine coniunctione ſpiritus ſancti talis eſſe non poteſt, intercedit pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. Atq; hoc vnuſquiſq; in ſeſe aliquando poteſt experiri, vt cùm ea optauerit, quæ ſibi putaret vtilia, rationemque ſecum in optando conſentientem habuerit, deinde vſu, euentuq; edoctus, illa eſſe pernicioſa, vanaq; ſenſerit, cõuertat ſe cum gemitu ad ſummum Deum, & ante illum proſtratus, ac lacrymans proferat ſimul cum Pſalmiſta, Deduc me Domine in ſemitam mandatorũ tuorum, quía ipſam volui. & illud, Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Præſertim cum & ſapientiſſimi Regis dictum ſit, Viam eſſe, quæ videatur homini iuſta, & nouiſſima tamen illius tendere ad mortem. Et ſimile item quiddam IESVS Dominus ſocietatem regni quærentibus Zebedæi filijs reſponderit, neſcire eos, quid peterent. Ergo cum quid à DEO nobis petitur nominatim, incenſa quidem & cupida eſt voluntas illius adipiſcendi, ſed ratio & ſi ipſe quoque in idem ſtudium inclinans, tamen extimeſcens,

meſcens, ne forte incidat in aliquam fraudem, & pro commodo, ac ſalute damnum, periculúmue referat, poſtulationem illa ſuam, totam rem rurſus permittit DEO, & illum vſurpat Domini noſtri ſermonem ſic orantis, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte, verum tamen fiat non quod ego volo, ſed quod tu. Sic enim orando, & deprecando DEVM, quod quotidie tamen in oratione dominica facimus, cum vt fiat DEI voluntas, deprecamur, iuſtiores ipſi, & ſanctiores, & ad ſpem exoptatæ gloriæ alacriores efficimur.

*At qui ſcrutatur corda, noſcit quod eſt ſtudium ſpiritus, quoniam ſecundum Deum intercedit pro ſanctis.*

DEVS qui ſcrutatur corda, inquit, intelligit, quod eſt ſtudium ſpiritus, quid ſibi velit, quid optet. Id enim nimirum optat, vt obtineat nobis à Deo ea quæ ſancta ſunt, quæ illi placita, quæ nobis ſalutaria, non quæ hac aut illa cupiditate affecti nonnunquam poſtulamus. Pro ſanctis autem hoc loco quadrat ad vtrumque, ſiue quod ſanctas res poſtulat, & pro ijs intercedit, ſiue pro ſanctis etiam viris, qui à Deo vocati in ſanctitatem, & in ea firmati diuino decreto ſunt, quo de genere ſanctorum ac electorum continuo facturus verba eſt Paulus. Sed & illud quoque animaduertendum ex his verbis eſt, quod de ſpiritu noſtro proxime [illegible]rit, & non de ſpiritu ſancto. Quod enim ait, quòd Deus ſcrutatur corda, noſcit voluntatem ſpiritus, ſatis declarat ſe [illegible] noſtri voluntate loqui, quam in ſuo ſancto ſpiritu, [illegible] Deus, non neceſſe habet ſcrutari corda noſtra.

*Nouimus autem, quòd diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt.*

HÆC iam eſt conſtans, & inuicta ratio noſtræ tolerantiæ, & firmitatis, per quam quidem rationem omnia vertuntur nobis in bonum, quod ab omnipotente Deo ante omnia ſecula electi & deſtinati ad potiundam hæreditatem æternæ gloriæ [illegible] CHRISTO fuimus. Quoniam, inquit, Deus ſcit ſtudium ſpiritus noſtri, qui nihil vult, nec poſtulat ab eo, niſi quod ipſi [illegible], & ſibi ſit ad gratiam illam, quam habet apud Deum, [illegible]dam vtile, quod eſt amantis, & vere diligentis Deum. [illegible] qui hoc modo diligunt, qui omnia ſua bona ad Deum [illegible], & in eo vno conſtituunt, quos propoſuit Deus ante [illegible]porum efficere ſuos, & in illis collocare gratiã, & beneficium ſuam. Hi enim ſunt, qui ſe totos conferunt, & inſinuant [illegible] Deum, atque in illo amore, & in illa fide permanent, [illegible] Dei propoſito eſſe vocatos. Sicut in alio loco: In CHRISTO, inquit, IESV hæreditatem ſortiti ſumus præfiniti ſecundum propo-

poſitum eius, qui omnia operatur. His inquam talibus o-
mnia & aduerſa mundi & proſpera in bonum cooperantur ar-
ctiſque cuncta conſtringunt neceſſitudinem, & amicitiam ini-
tam illis cum Deo, vt diuelli ab eo & abripi nullis periculis, neq; tor-
mentis, nulla externa vi, nulla, vt ipſe mox dicturus eſt, huma-
na aut angelica potentia queant. Atque hæc quidem Pauli mens.
Nos & illud addimus, Non tantùm rectè facta, aut fortiter
perpeſſa propter Deum incommoda, ſed lapſus etiam ipſos, &
vitia interdum corporis his ad incrementũ gratiæ proficere.
Non enim eripi hi Deo ſemel ab eo conſtituti, atq; electi, qui Dei
nomen in frontibus ſuis ferant, ſed tantùm in ſe concuti, & la-
befactari aliquando poſſunt, vt vel occultum aliquod in ſeipſis
deprehendant vitium, quod minus antea animaduerterant eiq;
medeantur, vel vt humilitatem animi in magnis Dei muneribus
retineant, neque ſe ad ſuperbiam, & inanem animi elationem pa-
tiantur attolli, vel etiam vt caſu illo admoniti, atque docti ad mi-
ſericordiam oſtendum ſibiipſis, & ad implorandum magis Deum red-
dantur diligentiores. Ita enim & Petro trina filij Dei negatio
plus humilitatis in poſterum, & amoris erga magiſtrum ſuum
conciliauit, & acerbitas Pauli, qua depopulabatur CHRISTI Ec-
cleſiam, maius poſt de CHRISTO illius teſtimonio pondus, &
maiorem addit authoritatem, eademque in illo effecit, vt acrio-
re animo deinde offerret ſe laboribus, reſiſteret periculis, omnia-
que ad Deum, & proximum quæ pertinebant, ſtudioſius obiret,
vt veterem culpam apud Deum ſuam nouis quàm plurimis of-
ficiis poſſet delere atque extinguere. Atque horum nos duorum
principum teſtimonio, cùm innumerabilia alia ſe offerant, hic
contenti erimus. At quid ita his vocatis Dei, ac diuinæ volunta-
tis propoſito ad tantum decus electis in bonum omnia coope-
rentur: vt etiam quæ obeſſe & lædere nata ſunt, reddantur illis
commoda, atque bona, accipe rationem, & magnitudinem diui-
næ prouidentiæ ſimul attende.

*Quoniam quos prænouit, & prædefiniuit conformes imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædefiniuit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

TOTA ratio eius, quod dixit, omnia diligentibus Deum
cooperari in bonum, & aliorum etiam, quæ paulò pòſt in hanc
eandem ſententiam dicturus eſt, ex eo nimirum dependet, quòd
à Deo ſtatutũ fuit, & diffinitum. Namq; quod attinet ad par-
tes noſtras, nihil in nobis ſtabile, nihil perpetuum habemus, ia-
ctamurq; ſemper incertis ſtudiis & volũtatibus. At quòd fixi, atq;

firmi in hoc bono hęreamus, vt nunquam ſeparemur à Dei gra-
tia, ipſius Dei proprium donum eſt, propria deliberatio, [illegible]
enim ipſe æterno ex principio, quos erat vocaturus in ſuam [illegible]
tiam, & gloriam, eosq; prædiffiniuit, vt eſſent fratres, & conformes
IESV Chriſti, quatenus homo eſt Chriſtus. Nam vt homo ipſe
etiam adoptatus eſt, ipſa porrò adoptio imago eſt naturalis ge-
nerationis, & eum, qui eſt naturâ filius, is qui per adoptio-
nem legibus adoptatur, ſimilitudine quadam generationis [illegible].
Prædiffiniuit ergo Deus quos prænouerat, vt conformes fierent
imaginis filij ſui, qui vt Deus, naturâ eſt Dei filius, vt homo ado-
ptione filius. In adoptione ergo fratres futuri erant, & in hoc ge-
nere fraternitatis Chriſtus, qui naturâ eſt Deo vnigenitus, ad-
optione futurus erat primogenitus. Multos enim fratres addu-
cturus erat ad Deum ſecum, ſimul & ipſos in filios Dei adoptan-
dos curaturus. Neq; verò alia de cauſa ipſe in mundum venit, [illegible]
cùm patrem Deum naturâ haberet, hanc quoq; et adoptionis
cognationem ſuſcepit, qua is certè non egebat, niſi [illegible]
turæ genere non poterat, adoptionis iure plurimos fratres na-
ſceret. Itaq; à Deo patre & ille miſſus, & hi prædiffiniti, vt eſſet co-
gnatio iſta adoptionis frequens, atq; multa, in qua & [illegible]
liorum Dei, & inter fratres caput eſſet CHRISTVS [illegible]
eſt, quod magnum, excellensq; myſterium in tam [illegible]
innuit Apoſtolus, cùm dicit, vt eſſet ipſe primogenitus in multis
fratribus. Nam & rationem aduentus CHRISTI [illegible]
prædiffinitione conſilium Dei comprehendit. SANE [illegible],
inquit Iulius, & quo plus progredimur in huius [illegible],
ſententiisque expendendis, hoc maior ſubit animos [illegible] ad-
miratio: non quidem vnde iſta in eum deducta ſint, ſed quo-
do ipſe tantam ex Deo affluentiam altiſſimorum [illegible]
capere potuerit. Sed nimirum Deus in illo arcana ſua [illegible]
hominibus aperiebat. Verùm mi frater, quod tibi eſt hic [illegible]
proximè ſequentibus neceſſariò faciendum, elige [illegible]
malis de prædiffinitione iſta, ſiue prædeſtinatione Dei, ac de li-
bertate arbitrij noſtri diſputare, atq; differere, & [illegible]
nobis aliquid afferamus ad conſequendam filiorum gloriam, [illegible]
totum potiùs à Deo ſic accipiamus, vt nullæ noſtræ [illegible]
ſint. Scis enim ipſe quanta, & quam difficilis ſit de hac [illegible]
ſtio. Cùm ſi omnia prorſus ex Deo nobis ſint ita diffinita, [illegible]
deſtinata, quæ quidem ſpectent ad virtutem, & gratiam [illegible]
dam, vt deliberationem noſtram ipſa impellant, [illegible]
loci noſtro arbitrio reliquum eſſe videatur. Sin autem [illegible]
rio merita noſtra gratiam Dei anteueniant, omnem à Deo [illegible]
ſus benignitatis, & clementiæ gloriam auferamus. Quorum [illegible]
poſterius vt magis impium ſit, illud primum aliquanto [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...e mihi quidem ſæpiùs iam reuerſo ad conſideranda ea, quæ ...rumque dicuntur partem, & rationum momenta perpen... liquere adhuc non potuit, niſi quòd Pelagianam impieta... ſine vlla dubitatione deteſtor, qui tantùm meritis noſtris ...bus tribuit, vt diuinæ gratiæ liberalitatem conetur extin... Nihil enim arrogantius, nec quod magis ſuperbum eſſe ...it, ſuſcipi a nobis poteſt, quam ita nos placere, & aſſentari ...s ipſis, vt ſi quid præclarum, & eximiũ obtineamus, id facul... noſtris ac nõ beneficentiæ ſummi Dei feramus acceptũ. Sed ...tra quoq. parte, & ſi ab ea ſtat doctor omniũ maximus, idẽ... grauiſſimus, & ſanctiſſimus vir: tamen durũ admodum mihi ...quodq; illabi non facilè queat ad ſenſus noſtros, ſi omni... a nobis nihil ſit, ꝙ valeat ad obtinendam gratiam, in pari cõ... cunctorum ita quoſdam à Deo eligi, vt cęteri in calami... & damno deſtituantur. Et ſi enim iuſtè omnes rejicimur, eò ...natura filij iræ ſumus, tamen vt in ortum & naturam tales ...remur, nullæ noſtræ apud Deum antea preces, nulla ...ferat flagitatio. Sed ipſe cum ſua bonitate nos lucis, na... participes facere inſtituiſſet, cur ſubitò mutatus bonita..., occaſionem noſtri exitij eſſe voluerit, diſpicere ſatis ... Vt iuſtitiam, inquit, etiã ſuam demonſtret in iis, quos ..., ſicut in illis, quos eligit, oſtendit bonitatem. At quo pa... ſit, ſi nihil ego delinquens, in hoc ipſum creor, & pro... in lucem, vt damnandus ſim, meiq; exitij, atq; damni ipſa ...eratio initium, & cauſa ſit? Deinde hanccine illi in Deo ap... iuſtitiã? quaſi vlla in Deo pręſtantior iuſtitia ſit, quàm i...tas. Itaq; Gręci, & doctores Latini reliqui, quib. vetuſtas ... authoritatem, meo iudicio moderatiores, qui ſic nobis ...men relinquunt, vt totũ, quod habemus virtutis, & me..., ad Dei gratiam nihilominùs referant, quorum neq; doctri... illorum eruditione, qui ſecus ſentiunt, neq; religionis ſancti... ſanctitate eſt inferior. Magnvm, inquã, concurſum acerrima... diſputationũ excitas mi frater, & magnũ mare commoues, ... hanc difficilimam omnium quæſtionem, & ſi verum fateri ..., penè inexplicabilem à nobis vis tractari, & ſi eam qui... defugere honeſtè non poſſumus. Locus enim iſte fert, & co... expectatio, qui Paulum noſſe cupiunt, hoc imprimis poſtu..., vt aliquid de hac ipſa re in medium proferamus, quando ...nationem Pauli ſumus profeſsi. Verùm vt ſtatim de princi... notam tibi faciamus ſententiam noſtrã, nos de illorum nu... ſumus, qui aliquid etiam in nobis eſſe poſitum volunt, qua... tamen cum illis conſentire ſine fraude, & ſine detrimento ... fidei poſſimus. Atq; vt tu modò ipſe dicebas, ſi in pari con... omniũ noſtrûm hi à Deo eligantur, alij rejiciantur, non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſe à nobis diſpici, neq; animaduerti Dei iuſtitiam: ſic illud ad-
do, ne in eodem quidem intelligi à nobis eius ſapientiam, nul-
la cauſa, ac ratione diſcrimen faciente alios improbet, reijciatq;
ad interitum, alios ad ſalutem, & gratiam ſuam recipiat, cum illo
agere modo, atq; operari caſus potiùs, quàm conſilij eſſe videa-
tur. Quanquam ſic nos loquentes in illam fortaſſe incidimus pe-
tulantiam, vt videamur quaſi è regione reſiſtere velle Deo, & in
diſquiſitionem illum, atq; ad iudiciũ accerſere, quod nullo mo-
do intendimus, ſed proſtrati animo, & corde ante ipſum, veniam-
que ab eo, & miſericordiam poſcentes, ipſum precamur ſuppli-
ces, vt verba noſtra ipſe dirigens facultatem nobis det, qua ei
tam in oratione, quàm in voluntatis ſtudio placere valeamus.
Cupimus enim inueſtigare, quid verũ ſit, neq; id ſolum, ſed quod
cum veritate pietatem quoq; prętere a erga Deum habeat con-
iunctam. Tibi verò mi frater, & ſi te aſſenſoré nobiſcum eiuſdem
ſententiæ habemus: tamen dicendum erit contra aſſertiones no-
ſtras, ſicubi tibi minùs rectè videbimur loqui, quando [illegible]
ambo adnitimur, vt quod verum ſit, id comprehendamus. FA-
CIAM vt iubes inquit, quamobrem aggredere ad dicendũ. PRI-
MVM hoc te rogo, inquam, num tu Pelagium quicquam ſenſiſſe
recti exiſtimes, qui merita noſtra præcurrere diuinæ gratiæ & be-
neficentiæ voluit, vel prouiſa ante à Deo prædiſtinatione [illegible]
ſuos, vel pòſt operibus iam ipſis probata eidem, & cognita. MI-
NIME, inquit, exiſtimo, nec mihi videtur quicquam poſſe dici
iniuſtius. QVIPPE, inquam, cùm duo ſtatim vulnera [illegible]
iſta accipiat immedicabilia, vt ego arbitror: primum quòd gratia
Dei ſi ita ſit, non eſt ampliùs gratia, ſed debita operantibus, ni-
hilq; benignitati, & gloriæ ſummi Dei in eo eſt relictum: qua de
re à Paulo, & à nobis heſterno die ſatis dictum fuit. Alterũ, quòd
antequam in gratia, & amicitia apud Deum ſimus, cœlum [illegible]
& beatam in cœlo vitam demeremur, quod non modò colenti-
bus Deum ritè, ac legitimè, quod duntaxat in CHRISTO li-
facere hominibus datum eſt, verùm etiam virtutem & [illegible]
tum ex philoſophia amplectentibus contingere eſt licitum. Ita
quidem dignitas tanti meriti non ex Deo nobis, ſed à nobiſmet i-
pſis inſit: quo nihil eſt noſtræ imbecillitati incongruentius. I-
SE res habet, inquit, & eſt illa ſuperba, inſolensq; ſententia. ET
TAMEN ille, inquam, neſcio quid ſpectauit. Non enim reperie-
bat, quo pacto de Dei iuſtitia alios ſibi deligente, prætereun-
alios, ſeipſum, & cogitationes explicaret ſuas, niſi meritum [illegible]
ex parte noſtra poneret: ſanè parum attendens aliam in ſummo
principe, aliam in datis ab ipſo iudicibus iuſtitiæ, & diſtributio-
nis rationem exiſtere, quòd illa principis ſoluta legibus in igno-
ſcendo, & in obligando muneribus ac beneficiis, magis quàm

in po-

...niendo, mercedemq́; reddendo cùm præſtantior ipſa in ſeſe ...um principis fama, & maieſtate multò dignior, qui quos ac...e, quamuis perfidioſos, & improbos non ſupplicio ſtatim, ...e pœna, ſed cum beneuolentia, & cum humanitate accipit, ...q; eos ipſi ſe dedentes ſua comitate, eximiaq́; bonitate & fi...is, & probos: hanc vt dico diuinæ magnitudinis gloriam Pe...us non vidit: quam ſi vidiſſet, non omnem illius beneficen... ad merita noſtra contraxiſſet, neque nos tanquam alteros ...os dantes priùs illi, vt poſtea reciperemus, quaſi exaduerſum ...o conſtituiſſet: qui ſi tantopere hanc meritis noſtris tanquam ...dentibus examinatam Dei iuſtitiam amplexabatur, miſericor...am Dei, qua liberat peccatores, quo in loco relinquebat? An ſi ... malè meriti de Deo ſunt, hi Dei clementia & venia ſæpe ha...tur digni, qui nihil meriti in neutram partem ſunt, non eiuſ... ſæpe liberalitate benignitateque perfruentur? Imò verò ...hoc ampliùs dico eoſdem ſæpenumero eſſe, quibus ignoſcat Deus, peccataque plurima, & culpas graues condonet, & in quos ...a monumenta conferat & gratiæ, & liberalitatis ſuæ, hoc...ue proprium infinitæ iuſtitiæ, & bonitatis ſummi Dei, & ...llius gloria maximè lucet, atque eminet, niſi quidem con...re ſe ad Deum, & veniam ab eo petere in partem meriti po...dum eſt. Quòd ſi ita eſt, humanæ leges omnes iniquè latæ ..., quæ delinquentibus non veniam, quam poſtulant, ſed pœ...m, quam merentur, peccato & crimini volunt eſſe propoſi...a. Verùm nos Pelagium cum ſectatoribus ſuis relinquamus ...a ſanctiſſimis viris fractum, atque conuictum. De illis nunc ...mus, qui in contrariam, diuerſamque ſententiam ita diſceſ... nihil omnino vt in medio nobis reliquerint, nihil vt pote...ſtræ, ne in voluntate quidem ipſa permiſerint: ſed Deo o...nia prorſus ita ferri velint accepta, vt in omnibus, quæ cona...ſtè, atque ſuſcipimus, ille primus, ac ſolus impulſor animi ..., conuerſorque voluntatis ſit, vſque eò quidem, vt ipſos ...os afflatus cogitationum noſtrarum, non à nobis, ſed à Deo ..., & moueri putent. Quæ ſanè ſententia in maximas item ...incidit difficultates: primum, quòd non iuſtitiã ſolùm iſtam ... Deo diſtribuentem cuique, quod cuique conuenit, ſed illam ...am liberalitatis, & beneficentiæ gloriam, quam maximè am...etur, videtur imminuere. Quid enim poteſt eſſe in eo benefi...o dignitatis, quod caſu, non conſilio datum eſſe videatur? Cô...um autem quod? ſi in pari prorſus omnium cauſa, hi ſine ra...ne certa illis præferuntur? At Dei voluntas ſumma rationum ...nium eſt, fateor, ſed ſummam tamen in Deo, infinitamque ...ionem aliquid ſine ratione facere abſurdum eſt. Non eſt no...um, inquiunt, indagare tam alta, cur alia tot & tanta indaga-

mus, & quærimus? Eſtne igitur rectum aliquid in nobis, quod nobiſmetipſis, ac non Deo ferre debeamus acceptum: nihil earum quidem rerum, in quibus hærere iam meritum, & laus operis poteſt, aliquos tamen ad eas res voluntatis motus in noſtra dicimus eſſe poteſtate, alioquin noſtri arbitrij libertatem, quam aſſeris tu idem, quo in loco obtinemus? Quoniam peccare poſſumus, inquis, & id velle noſtrum eſt, recte autem velle agere non noſtrum, ſed ex Deo. Itáne verò liberum tu arbitrium id vocas, quod ad vnam tantùm partem ita aſtrictum eſt, vt in altera iuris nihil omnino, nec facultatis obtineat? Quid autem? peccare velle poſſumus ex nobis, nónne etiam poſſumus non peccare velle ex eiſdem nobis? Aut ſi id non poteſt non tam peccare poſſumus peccare velle quam neceſſariò peccare volumus. Neceſſitati porrò quæ lex, aut quæ præſcripta pœna eſt? Atque ex contaminato genere oriundi ipſa iam natura ad interitum facti ſumus, vt quos prætermittit, neq; ad ſe reuocat Deus, ij conquerendi cauſam non habeant. At ego video in futuro mundi iudicio non ita laturum ſententiam CHRISTVM Ieſum qui diuinum iudicium pro patre exercebit aduerſus eos, quos eſt damnaturus, vt ita proferat. Quandoquidem vos ex infecto genere Adæ producti eſtis, culpamq; & vitiũ parentis veſtri contraxiſtis, ob eam rem vos æternis ignibus cruciandos trado, non ita profecto: ſed quid dicet? Ite maledicti in ignem æternum, qui cùm eſurientem me videretis, non paviſtis: cùm nudum, non veſtiſtis: cùm infirmum, non ſubleuaſtis. At hæc non communia peccata humani, ſed peculiaria ſingularium hominum ſunt peccata, quæ idcirco illis præcipuè tunc exprobrabuntur, vt nemo in tanto cruciatu animi, & dolore audeant illi Dei implorare miſericordiam, quam aliis ipſi implorantibus denegauerunt. Iam iſtorum ſententia omnem prorſus ad bonum arbitrij noſtri conſenſum nobis auferentium, nónne omnia videtur reuocare ad neceſſitatem? nónne bonis mentibus ſcrupuloſa eſt? nónne extinguit ſtudium vigilandi, & adnitendi? animoſque noſtros retardat, atque deterret, ne labore, ac diligentia, quoad poſſumus, contendamus? Quæ etiam, his recentibus hæreticis occaſionem præbuit, vt de ſeruo iam, non ampliùs de libero arbitrio auderent conſcribere. Impiè illi hoc quidem, vt pleraq; alia, nec verorum in eo doctorũ pietatem, & ſanctitatem, ſed ſua tantum religionis omnis euertendæ ſtudia inſequentes: veruntamen quia authoritate ſanctiſſimorum hominũ ſe putent deliteſcere. Etenim multa ſunt ſcripturæ teſtimonia Deo omnia attribuentia, quib. refragari valde iniquum ſit. Ego iniquũ confiteor eſſe, refragari ſcripturæ teſtimonio, & negare omnia attribui Deo bona oportere: & tamen idē ego hoc dico deuitata hac iniquitate, ni-

nihil

...quoque libertati noſtri arbitrij loci, ac muneris reliquum ... Verum quæ ſunt iſta tamen ſcripturæ teſtimonia, quibus ne... aſſentiri debeamus? In Euangelio, inquiunt, CHRISTI diſcipulos alloquentis: Non me vos elegiſtis, ſed ego elegi vos. ... Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. ... Vobis datum eſt noſſe regnum Dei, cæteris in parabolis, quæ ...& alia item multa declarant donum Dei eſſe, quicquid in ... ad Deum rite conuerſum eſt, quod nos pie, planeq; confite... Nam & electio noſtra ex DEO eſt, ſiquidem ante ille nos ele..., quam in natura editi eſſemus, & applicatio ad CHRISTVM, ...que regni cœleſtis, & beatiſſimæ vitæ aſſequendæ ſpes do... nobis ſunt, & ea quidem primaria, & maxima, ſed tamen ... nobis collata volentibus. At nos non elegimus, ſed fuimus ..., nempe volentes, ſiue in præſentia tunc cum fuit facta ..., ſiue iamdiu ſi illa facta eſt ante mundi ſecula, quoniam ... futuri voluntate præcogniti fuimus, vt pareremus vocati, ... enim præcognouit, hos prædiffiniuit. Et quanto planior, ...ior Pauli iſta deductio eſt, ipſa etiam erga nos beneficia, ...tum, deliberationemque ſummi Dei ad præcognitionem ... futurorum reuocantis, cum quo conueniens caput Apoſto... Petrus, electos hos eoſdem vocat ſecundum præcognitio... Dei patris in ſanctificatione ſpiritus. Quid ergo, quod ex æ... tempore is deliberat, & eligit, cauſáne eſt in nobis, qui id ... tanto poſt ſumus? minime, neque vllum noſtrum ele... DEI de nobis prouocat meritum, ſed cauſa diuini il... conſtituti, ipſius eſt DEI præcognitio. Quid porrò præ...ſcit? futuros nos miniſtros ſui glorificandi nominis, non ... noſtra idoneos, non meritis, non ingenij, aut animi fa...ibus, quæ in nobis nullæ non à Deo ſunt, ſiue illæ commu... proprio beneficio nobis datæ, ſed eo vno aptos, aut vt pla... loquar, accommodos, quod vnum in nobis ſitum eſt, ...one animi videlicet ad non aſpernandum, neq; repudian... mandata, & vocationes ſummi Dei. Hoc præcognito in no..., quod faciles ductu erimus, tum Deus ſapienter vna, ac libera... bonum ſuum omnibus impertire cupiens, diuinorum ſuo... beneficiorum iam inde de principio nos digna conſtituit fo... receptacula: nec tamen propterea in nobis meritum gratiam De... euenit, ſicut nec ſolum quidem, aut area ipſa ſola accom...datione ſui vim habet vllam promerendi, niſi abuti vocabulo ...mus, vt ædificiũ in ea nobile extruatur. Sed illa tota eſt archi..., ædificatoriſq; deliberatio, cuius prouidentia, atque cura, & ... etiã magis ſolũ, commodiuſq; fit, & ipſa ædificatio cõſti..., atq; ſuſcipitur: ſic noſtrum credere ſimplex illud & inchoa..., quo ad obediendum Deo incipimus inclinari, non cõtinuò

mere.

mereri eſt:ſed tunc meremur, cum firmati iam in bona voluntate ab ipſo Deo, & in ipſius cognitionem, amoremque traducti, omnia ex illo, & propter illum agimus. At enim iſta animi inductio voluntas quædam eſt, quam voluntatem neceſſario antecedit cogitatio. Sed ne ſumus quidem idonei cogitare aliquid ex nobis vt ipſemet Apoſtolus Paulus atteſtatur ſcribens ad Corinthios. Non (inquit) quòd idonei ſumus à nobis ipſis cogitare aliquid tanquam ex nobis, ſed hoc totum, quod idonei habemur, ex Deo eſt. Quare ſi nec cogitare quicquam poſſumus niſi ex Deo, ne velle quidem quicquam ſine eodem Deo poſſumus. Ad quod dicendum eſt verba iſta Pauli aliam quandam ſpirare, deſeruireque ſententiam, quàm eam, quæ ab hiſce intenta eſt. Non enim in illis de ipſa qualibet cogitatione ſermo ita eſt, vt inſiſtat Paulus, & commoretur in ea, ſed de ipſis cogitandis operibus intelligit egregijs, & mirabilibus, & ad illuſtrandam gloriam Dei magnificis, quæ non nauare modo quiſquam, ſed ne cogitare quidem, niſi ex ipſo Deo idoneus eſt. Non enim iſta huiuſmodi cogitatio inchoans, & rudis inceptio quædam eſt, animi etiam nunc molientis primos illos motus inclinationis ad Deum, & voluntatis ſuæ, ſed cogitatio ſapiens, atque magna maximarum ſimul, ſanctiſſimarumque rerum & ſuſcipiendarum, & adminiſtrandarum, quas [illegible] ne idoneum quidem ſe eſſe, vt exiſtimet à ſe eſſe profectas, hoc eſt non ſe exiſtimare idoneum authorem illarum eſſe. Sed, interim ſequitur, idoneitas noſtra ex Deo eſt, idoneitas [illegible] cogitatio, quæ ſit ex Deo. Quæ autem iſta idoneitas? quibus nos miniſtros nos fecit, inquit, noui teſtamenti, vt facultatem & virtutem noui teſtamenti prædicandi, atque publicandi à Deo ſe datam accepiſſe confiteatur. Quem Pauli ſenſum, qui illum locum accuratius legent, facile intelligentia conſequentur. Sed eſt locus difficilior, in quo Paulus ad Philippenſes ſcribens, ſic loquitur: Dilecti mei ſicut ſemper auſcultauiſtis, non in præſentia mea ſolum, ſed multo magis in abſentia cum metu, & tremore veſtram ipſorum ſalutem procurate. Deus enim eſt operans in vobis & velle, & agere pro bona voluntate, vt etiam velle noſtrum appareat eſſe à Deo, quod nos confitemur in illis voluntatibus, quæ ad præclara Dei opera agenda incenſæ, & paratæ ſunt. Nihil enim perfectum eſſe à nobis poteſt. Sed noſtra ſunt initia, & cogitandi & volendi. Atque ita noſtra, vt magnam quoque partem in illis obtineat Deus. Ipſum enim neceſſariò propoſitum nobis habemus, cum ipſum volumus, & cogitamus, vt ſit ipſe prius aliorum cogitationum, voluntatiſque inuitamentum, ad quem cum inclinauerimus, quod bonum propoſitum in nobis vocat Paulus, velle deinde, & operari ex illo bono propoſito perfectum à Deo nobis eſt cum ipſius ope, & ſubſidio ad rectè agendum, mo-

ſtrant-

-terque volendum, & fulciamur, & promoueamur. Reliqua eſt -tio. Cum nihil omnino in rerum natura, niſi per Deum, & Deo ſit, quoniã nulla res eſt, cuius rei hoc ipſum, quòd eſt, non -ificatur à Deo, ne velle quidem ipſum, & cogitare in actum -ſſe poteſt, niſi author voluntatis, & cogitationis ſit Deus, quod -eſſe concedamus, ſine Deo etenim nulla omnino res eſt, il-men Dei adſiſtentia, vt ſic loquar, & concomitatio in rebus -ſunt, non rationem cauſæ impellentis, ſed tanquam fulcu-m, & ſubſidium rei exiſtentis in ſe habet. Nos vero cum quæri-trum velle ſit à nobis, an à Deo, id ita quærimus, vt non vo-tatem noſtra in Deo nitatur, atque conſiſtat, ſed an ab ipſo tan-m Deo in nobis ea moueatur, nosque nullas noſtras partes ad -lendum afferamus, cupiamus inueſtigare, atque noſſe. Qui ſi -ſi omnino ex nobis ad bonas cogitationes, & ſancta conſilia -mus, neque illam primam ſaltem inductionem animi, quæ -cardo quidam voluntatis eſt, huc vel illuc ſe voluẽtis in no-habemus poteſtate, liberi profectò arbitrij non ſumus, ſed -po inanimi, aut certe pro experte rationis inſtrumento ad -ſus adhibet Deus, eaque item ratione, nulla eſt in nobis ra-promerendi. Sin autem idcirco quòd nos noſtrum velle, & pa-Dei conſtituto imperioque ſubijcimus, omnis bona, & ſancta -nobis producitur à Deo, cuncta quidem illius actionis -a, & omnis virtus, & omne meritum planè ex Deo eſt. Sed -obedientiam nos noſtræ voluntatis, tanquam ſtaminis -nnæ contexendi prudentiæ ſubiunctam teneamus, hæ-m nobis non ſit. Cuius rei ſignum maximum, quod in me-rerum bene gerendarum auerti retro, & reſilire poſſi-Quod ſi poſſumus reſilire, poſſumus etiam non reſilire, & -trunque in noſtra poteſtate, aut non tam arbitrio libero, -neceſſitate reſiliemus. Quod ſi hoc ipſum, quod nolumus -vel quod volumus in obedientia perſtare (vnum enim at-idem vtrunque eſt) nequaquam à nobis, ſed à Deo tantum -ſine pœnitentia ſint dona, & vocationes Dei, vt alio loco -ura ait, quî fieri poterit, vt qui ſemel fuerit in bonam vo-tem inductus, reſiliat poſtea, retroque ſe conuertat, niſi Deũ -vocationis ſuæ, quod iam exiſtimare eſt nefas? Eſt igi-aqua noſtra in actionibus rectis cum Deo vnà cooperatio, -quidem ad agendum partem ipſa conferens, verum ali-tamen. Quemadmodum Paulus ad Corinthios: Abundan-, quam omnes illi, laboraui, non autem ego, ſed gratia Dei -, inquit. Et Petrus: Ideo fratres ſtudete firmam veſtram vo-nem, & benedictionem efficere, hoc eſt, eſtote in obedien-tantes. Et cum legitur: Dedit eis poteſtatem filios Dei fie-qui credunt in nomine eius. Dedit eis poteſtatem vt fierent,

inquit,

inquit, non ſtatim fecit filios, quoniam ab eorum parte credulitatem, & voluntatem requirebat. Aut cum dicebat CHRISTVS, Fides tua te ſaluum fecit, quod mulieri dictum importune inſtanti, quam præſertim initio dominus repellebat. Et, Si potes credere, omnia poſſibilia credenti, cum ſtatim clamans pater cum lachrymis, Credo domine, inquit, ſubueni incredulitati meæ. Et cum cæcitati eorum, qui non credebant, in ſynagoga iraſcebatur. Et cum dicebat, Qui ſermones meos audit, & credit mittenti me. Et, Qui vult venire poſt me. Et, Si vis ſalvus fieri. Et cum paterno illo cordis affectu ſuper Hieruſalem fleret, tanquam ſi ciuitas illa ad credendum nullas ſuas partes allatura eſſet, nec tam flere ſuper illam opus fuit, quàm vt crederet imperare. Ad Theſſalonicenſes Paulus, Dignetur vos vocatione Deus noſter, & impleat omne propoſitum bonitatis, id eſt, quod bene propoſitis perficiat, & impleat in vobis. Quanquam de libertate arbitrij, ac motu noſtræ voluntatis in nobis poſito, neque certius afferre exemplum, quàm de ipſo Adam poſſumus, qui cum nondum filius iræ eſſet, neque naturæ vitio ad malum impelleretur, vita tamen ſibi morteque propoſita in deteriorem volens partem ſe demiſit. Neque authoritatem illuſtriorem, quàm Salomonis, qui in Prouerbijs, Hominem, inquit, à Deo fuiſſe relictum in manu conſilij ſui. Et quod euidentius adiungit, Seruaturum illum mandata, ſi voluerit. Et item, Appoſita fore illi ignem, & aquam, vitamque, & mortem ante oculos, & vtrum volet, atque animus tendet, id illi iri datum. Et item, Hominis ſunt præparationes cordis, & à Domino eſt reſponſio linguæ, moxque adiungit, Verte ad Dominum opera tua, & confirmabuntur cogitationes tuæ, magiſque item perſpicue: Cor hominis cogitabit viam ſuam, Dominus autem diriget greſſus eius. Iam præter dicta, & teſtimonia ſcripturæ, quæ plurima ſunt, ipſe mos, ordoque catholicæ Eccleſiæ nónne aliquid eſſe à nobis, & ex voluntate noſtra indicat? Quid enim aliud cohortationes, quid præcepta, quid minæ, quid obteſtationes ſuperiorum, & authoritatem habentium, ac doctorum etiam noſtrorum ſibi volunt, niſi vt nos tanquam voluntatis noſtræ dominos in meliorem, & ſanctiorem convertant partem? aut quem alium ad finem CHRISTVS leſum carnem hominis aſſumpſit docendoque, & conuiuendo in mundo eſt diuerſatus? Labores, ærumnas, ludibriaque pertulit morte & cruce affici ſe paſſus eſt, ac nihilominus humilitatem illam patientiamque ſuam mirandis illis diuinitatis operibus tantum diſtinxit, niſi vt commonefaciendo, & rectum in cœlum iter demõſtrando, hominum voluntates ad ſe alliceret, & per ſe in Dei patre collocaret? quæ ſi per ſe moueri, niſi eo iubente non poſſent, cur per tot anfractus operum & laborum, ac non voce vna, iuſſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quę diuino mundi conuerſio protinus ad Deum facta eſt? vt aliquando finem faciamus diſputandi, atq; id concluſ, quod nobis videtur æquum, confiteamur illud primum obonum in nobis ex Deo eſſe. Nec tantū cōmune hoc, & naomnib. datum, quòd mētis, & rationis participes facti ſumus præterea inſtrumentis, ad noſtrū munus obeundum ab ipſo locupletati, atq; ornati, hæc enim diuina eſſe prorſus in nobeneficia nemo vel mediocriter ſapiens dubitauit vnquam, bis in præſentia non agimus, de illis loquimur bonis, quæ ortum, & conſtitutionem noſtri à noſtræ arbitrio voluntaficiſcantur, vt hoc velimus potius, quàm illud, huic magis quàm illi acquieſcamus, hoc enim proprium iam eſſe vopus, propria animi inductio, quæ ſi ad Deum, & Dei dediderit, in illo genere bonorum conſtituitur à nobis, vere ſunt, & in ſacris literis appellantur bona, in quibus ſanè, vereq; dicitur, omne bonum nobis à Deo eſſe, vt non actio, neq; voluntas, conſiliumq́; duntaxat, verum prima cogitationis commotio, ſi ad ſanctitatem, & fidem ſe ex Deo nobis moueatur, & inſit, verum alio, atq; alio Nam cū Deus dupliciter cauſa bonarum rerum ſit, vel vt & ipſe agens, vel vt finis, resq́; deſiderata, priore quidem quicquid facit Deus, ipſius eſt actio, & opus eius proprium, eò nos a noſtra parte afferimus, qua ratione, per voluntaconſtitutum omnipotentis Dei, quicquid eſt in nobis perconſtans in amore erga ipſum, & in rebus aſperis pro ipſo proſperisq́; temperādis, quicquid firmitatis in bono quicquid fidei rectæq́; religionis obtinemus, id totum authore ita datur, vt agnoſcere debeamus nos facul noſtris eò aſpirare non potuiſſe, niſi Deus nos in illa gra ipſe ſuis penè manibus collocauiſſet. Atq; hæc præeſt, & vocatio à Deo, & glorificatio noſtra. Sic n. ab eo e conſtitutionem mundi fuimus, vt per illum, & ex illo odiuinorum bonorū copiam ſuo ipſius ſolo beneficio non illis noſtris ante euntib. habituri eſſemus. Verū qua Deus rerum cauſa eſt, & ad eum, vt ad ſummum bonum mentes mouentur, noſtra hactenus voluntas, & cogitatio, & priatq; inchoata actionum noſtrarum conſilia ex Deo quoq; vt nihilominus libera ſit nobis facultas illum appetēdi, Non enim tunc vt monens, atq; impellens, author & principium vniuerſum noſtræ voluntatis, ſed vt appetideſideratus. Magnum quidem tum quoq; momentū affeadinclinandum nos, atq; alliciendum, veruntamen vim non quin poſſimus diuertere in partem aliam, atque deflenequè ita imperās, vt ſit neceſſariò nobis parendū, ſed velle

noſtrum

noſtrum in nobis tunc eſt. Itaque adduci, & attrahi nos permitti-
mus, ſi tamen volumus. Ex quo apparere iam arbitror, quæ ſit hu-
ius difficilimæ quæſtionis non improbanda ſolutio, quæ [illegible]
tot doctorum mentes impeditas adhuc tenuit, quod hanc fina-
lem cauſam in Deo cum agente illa, atque efficiente in unum mi-
ſcuerunt, neque diſtinguere inter ſe, & ſeparare ſunt conati. Nos
vero prædicamus, Deum eſſe in nobis omnium bonorum cauſam
etiam voluntatum, primarumque cogitationum, ſed quæ ſunt
in nobis perfectiora, longiusque progreſſa bona, tota ea Deo
prorſus nobis exiſtere, neque eſſe in illis quicquam in quo nobis
aſſentari, aut ad partes id noſtras dedere debeamus. Primorum ve-
ro bonarum cogitationum, & voluntatum ex Deo ita cauſa ſit, vt
noſtri quoque tamen arbitrij illa ſint, vt cum ad ipſum tanquam
expetendum, ac exoptabile bonum noſmetipſos ſponte vertimus,
magnam quidem vim in eo, illiciumque nos trahendi [illegible]
mus, ſed quo tamen libertas animi noſtri non conſtringatur.
Quamobrem demus illius omnipotenti nomini debitam gloriam,
ac ſubijciamus illi corda noſtra, totoſque nos aptos [illegible]
re ita intelligamus, vt vitia quidem noſtra ſint: omne autem bo-
num, & omnis virtus, & omnis apta ad promerendum actio ab il-
lo tota ſit, nullamque noſtram partem in ſeſe habeat, quod
autem libera voluntate cogitamus atque ſuſcipimus, [illegible]
noſtrum, vt magnas eius quoque partes Deo attribuamus, nam
ab eo, aut non ſine eo omnia nobis bona, etiam bona noſtra
conſtare ſit neceſſe. INTELLIGO, Iulius inquit, & [illegible]
hallucinanti in hac quæſtione ardua, & difficili nunc primum da-
tur aliquid cernere, in quo oculus mentis meæ conquieſcat. Vi-
deo enim hanc diſtinctionem tuam ita conſeruare Deo ſuam glo-
riam incolumem, vt tamen nobis noſtri libertatem arbitrij non
auferat, & ſi illud quoque intelligo voluntatis huius noſtræ Deum,
cum ei libeat, non modo illicium, & inuitamentum, vt finem, ſed
etiam vt mouentem, & impellentem dominum eſſe, quod eſt
Paulo noſtro patefactum, quem inuitum & reluctantem per vim
traxit Deus, ad cognitionem ſui. Atque iſta quidem voluntatum
& cogitationum principia voluētia ſe cum amore ad finem ſuum,
& ſe tanquam ſtamen vt tu modo dicebas, illius ſapientiæ, [illegible]
tionique ſubijcientia, nimirum illa ſunt, quibus a Deo in [illegible]
ſanctis tanto ante præcognitis ſit iudicium ab eo, & deliberatio
hos ſeligendi, ſibique reſeruandi, in quibus, & per quos ſuam o-
mnipotentem gloriam in cæteros poſtea demonſtret, quare e-
lectio, & prædeſtinatio cauſa deinceps eſt, non vt finis, & [illegible]
tum, ſed vt agens ipſa, atque efficiens, vt tot in ipſis electis diui-
na beneficia eluceant. Verum reliqua etiam apud me nonnulla, de
hac ipſa prædeſtinatione, ſeu prædiffinitione dubitatio eſt. Nam
ſi ſe

electi, & diffiniti ab ipſo Deo peccare poſtea poſſint, & ſeſe à Deo & ab illius amore auertere? Si enim poſſunt, quęnam eſt pręſcientio? Si non poſſunt, quò abijt tam ſubito conditionis noſtræ infirmitas? aut quid iſti mereri iam præmij, aut mercedis dicent, ſi nequaquam ex ſe, ſed ex Deo in bonis, & ſanctis operib. perſeuerentur? Peccare poſſunt, inquam, Iuli, nec imbecillitatis humanæ cõditio ad impatibilem firmitatem in illis conuerſa eſt, adeo etiam peccant, & peccabunt. Quis enim eſt vſq; eò in cœlum oculis animoq; intentus, qui ſi pedibus per terram ambulet, non offendat aliquando in aliquem lapidem? Veruntamen illorum peccata non vſq; eò valebunt, vt ad interitum eos, & cum Dei inimicitiam deducant, ſemperq; ratum erit, quod à Deo de ijs fuerit diffinitum. Atq; ipſi quidem ex ſeſe, ſuaq; impotentia, labi, & ruere, & peſſum ire penitus poſſunt: neq; vt non poſſint, efficitur in illis Deus, neq; efficiet, vt ſint ipſi ex ſeipſis impeccabiles, verum ipſe excubijs illos cuſtodiens ſuis, & quæ ad deijciendum illos idonea eſſent, ſua poteſtate propulſans, vimq́ue, & impetum frangens venientium tutabitur aſſidue electos ſuos, & ſinet quidem eos interdũ labi, vt ſuæ infirmitatis admoniti Deū in poſterum maiore amore cõplectantur: capi autẽ, & obrui, ab ſeq; euelli nunquam ſinet. Sic n. ſcriptum eſt: Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione Dei cœli commorabitur. Et de Dauid ait Deus, Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eũ, manus enim mea auxiliabitur ei, nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Quid ita vero non nocebit, cum homo ſit Dauid, cui poſſit noceri? Quoniam manus mea, inquit, corroborabitur ei. Et ad Abraam Deus, Ne timeas Abraam, ego protector tuus ſum ante te gero. In Euangelio etiam, quà dominus de Antichriſto verba faciens, eius aduentum, operaq; prædicit, fraudis plena & impietatis, tot illum ſignis aſſerturum potentiam, & authoritatem ſuam exponit, vt ſi fieri poſſit, erraturi etiam ſint electi, nequaquam illi quidem per ſe errare poſſint, ſed à Deo cuſtodiuntur. Quo etiam minus hi ferendi ſunt, qui ad libidines, & intẽperantiam ſuam omnia referentes, quo ijs ſolutiore animo indulgeant, dictitare ſoliti ſunt, ſi pręuiderit eos Deus eſſe damnandos, quoniam effugere Dei præſcientiam non queunt, velle ſeſe interim his mundanis voluptatib. perfrui, ne in vtroq; ſeculo incommoda, & mala perpeti cogantur, quaſi vero non iſta horum oratio, & factis comprobata ipſorum damnationis cauſa ſit, aut quicquam illorum ad interitum præuidentia Dei afferat, pręter ſolam cognitionem. Sed hæc quæ in ſcholis quotidie diſputantur, prætermittenda nobis ſunt. De meritis dicendũ, cum nulla ſit hominis virtus, quæ ſua vi niti, aut tam altè aſpirare ad cœli præmium poſſit, neceſſe eſſe Deũ eundem, ad quẽ tendatur, tendentibus ad-

 iutorem,

iutorem, & ducem ad ſemetipſum inueniendum, potiendumque exiſtere. Nunc ad ipſam verborum Pauli expoſitionem veniamur, qui confirmare illud volens, quod ante præmiſerat, omnia diligentibus Deum cooperari in bonum, rationem diſſinitam ita à Deo, & deliberatione Dei deducit, vt neſcio quid paruulum nobis tamen relinquat, quod eſt in principio poſitum tanquam fundamentum, & ſolum ad ſuſtinenda Dei dona. Quoniam quos præcognouit, inquit, hos & prædiffiniuit, vt appareat aliquid noſtri in nobis à Deo præcognitum, in quo ipſe tempus beneficentiæ collocaturus iam inde à ſeculorum ante ſe decernat, & ſtatuat, atque hæc ambo ante omnia tempora. Vocat autem in tempore, Quos autem prædiffiniuit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit. Ecce primum Dei in nobis quod appareat beneficium, & prima gratia ipſa iuſtificatio, per quam digni à Deo, iam deinde efficimur, qui ipſius gloriam [illegible]reri debeamus. Itaque ſubiungit ſtatim: Quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Non enim talem gloriam, niſi iuſtitiæ merito nobis vindicamus. Porro ipſa iuſtitia Dei donum eſt, ergo omne meritum ex Dei munere obtinemus. Quis ergo dubitabit, cum hæc ita ſint, quin omnia Deum diligentibus opitulentur in bonum? etenim ſi Deus pro nobis, quis contra nos? ſi ipſe defenſor, quis oppugnator noſter erit? Aut ſi eum oppugnabimur, quid contra diuinam omnipotentem [illegible] humana, & fragilis poterit oppugnatio? Atque vt quod dixit, de electione, & glorificatione noſtra, quam adhuc in ſpe obtinemus, ex ijs, quæ iam accepimus, confirmet, ſic argumentum interrogando facit.

*Qui vtique proprii filii parcus non fuit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum ipſo omnia nobis largietur?*

QVI in re ſumma, & ſibi omnium chariſſima proliſe, & [illegible]ter liberalis erga nos Deus fuit, cum vnigenitum filium ſuum tradit pro nobis in hanc humanam infirmitatem & mortem, [illegible] ſibi quicquam reſidui faciat, quod nobis non cõmunicet, nunquam eſt exiſtimandus, ſed maxima conceſſa re etiam ea, quæ minora ſunt, quę illud filij donũ primarium conſequuntur, multo libenter eſt donaturus. Qui n. filium dat, amore noſtri inductus, iam filij gloriam dabit, etiam nos pro filijs diliget, & paternam erga nos capiet voluntatem, qua hæredes nos faciet cœleſtium omnium ſuorum, immortaliumque bonorum.

*Quis criminabitur electos Dei? Deus eſt iuſtificans. Quis eſt condemnans? Chriſtus mortuus, magis autem & ſuſcitatus, qui*

*eſt in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos ſepa-
rabit à dilectione Dei?*

Hoc ideo dictũ eſt, quoniã magna erat inter multos admiratio, quidnam ſibi iſti nouæ religionis introductores vellent, & ſuſpicio quædam eiuſmodi ducta ex communibus hominum malitijs, prædicatibus, aliquid eos ſibi quærere lucri, & authoritatis, vt fermè nouantibus res ſolet eſſe propoſitum, tum autem illa magnæ ſuperſtitionis inuidia, de qua heri in noſtri ſermonis ordio diximus, Chriſtianum nomen exoriens grauiter afflixit. Quibus rebus fiebat, vt qui verbum fidei alioquin non aſpernarentur, ad profitendam tamen eam redderétur tardiores, vel iam profeſſam, cum pudore quodam diſſimulare conarentur. Quorũ ... iſta Pauli libertas, & vis animi ardens in Deum, atq; illo amore inflammata mens alacritatem, & fiduciam addit, quare ... Electi a Deo fuimus, & in eius iuſtitiam gloriamque ..., huiusq; ipſius ſpei firmitatem ex ijs, quæ iam ab eo nobis ... ſunt, obtinemus. Qui enim proprium ſuum, vnigenumq; ... largitus nobis eſt, quo pacto non largietur cætera, quæ à ... erga nos amore expectanda ſunt? & nos inepto pudore ..., metuq; ignominiæ apud imperitos, à prędicando ... ipſius Dei nomine, & apud omnes glorificando abſiſtemus? ... qui volunt de nobis licet, & grauium criminum nos ..., nonnullorum etiam commiſſorum ante forſitan & ..., quid nobis obeſt vllius iam criminatio? Illa nempe ... baptiſmo, & fide erga Deum abluta ſunt. Deus eſt, qui ... facit, & qui taleis nos eſſe iudicat. Quis alius nos iam ...? non moueamur vllius inſimulatione, non deterreamur ignominia, quin hunc primum gratiæ Deo habendæ actum, ... primam vocem teſtem noſtræ viciſſim erga illum beneuolentiæ mittamus, vt palam, & libere ipſius ſanctum nomẽ profiteamur, multa ſunt fortaſſis propoſita pericula, CHRISTVM ... antibus, verum ea metuere non eſt amoris. Ille mortuus eſt pro nobis, in quo eſt abſolutio à criminibus noſtra, vt iam inſimulatores contemnere debeamus, ille etiam magis nobis exurrexit, in quo nos ſumus à Deo iuſtificati, ad iuſtitiam quippe cum ... exurreximus. Ille ſedet in dextera Dei, quam eandem gloriam ... nos confidimus. Ille apud Deum interuenit, & inſtat pro nobis, vt ſtabilis & firma ſit electio noſtra, & ipſius Dei de nobis ... diffinitio, & cum hæc ita ſint, tamẽnne erit quicquam, quod ... pulum nobis aliquem, dubitationẽmue afferat, quaſi diuelli ... mus ab amore omnipotentis Dei? & quidnam erit iſtud? Sic ... iſta profert Paulus, tanquam correptus numine, & totus i... diuini amoris ſit flagrans.

*Afflictio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? quemadmodum ſcriptum eſt: Quoniam propter te in mortem tradimur tota die, reputati ſumus velut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperuincimus per eum, qui dilexit nos. Confiſus enim ſum, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque vlla condita res alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

HÆc eſt firmitas à Deo electorum, & prędiffinitorum, ſtabilis, atque conſtans, in omni rerum humanarum turbine, vt nulla conuelli, neque proſterni poſſit, quæ tota ipſa in Dei amore ſita est, in Dei amore, inquam, inter ipſum, & nos mutuo. Sic enim ſemper intelligendum eſt, cum in veris, ſanctiſque amoribus alter ſine altero amor eſſe non poſſit, quanquam hoc præcipuum ſit in Deo, cum, ſicut alio loco à nobis dictum eſt, eodem Spiritu ſancto, qui eſt Dei amor, in cordibus noſtris inhabitante, & ipſius amorem Dei erga nos ſentimus, & ipſi erga Deum amore flagramus, vt ab illius amore tamen amor noſter exoriatur. Quocunque igitur loco de Dei amore in Paulo ſcriptum eſt, quod ambiguum videatur, de vtro ſit intelligendum, de vtroque accipiatur, quando ambo ex eodem fonte, & ex vno Spiritu ſancto ſunt profecti. Atque hic quidem Paulus non multitudinem ſolum malorum commemorat, quæ nos à Deo videantur poſſe ſeparare, neque ſeparant tamen, ſed in eo etiam magis confirmant, hoc enim eſt, quod ait: Sed in omnibus his ſuperuincimus, per eum, qui dilexit nos, qui ſic amore noſtri inductus, & quia nos amauit, conſtituit, & prædiffiniuit, vt eſſemus ab eo omnino inſeparabiles: hoc eſt enim ſuperuincere, non modo non diuelli, ſed magis etiam cum DEO, ex incommodis conglutinari. Non ſolum inquam calamitates, & pericula, & anguſtiæ, atque ipſe gladius, quod omnium extremum eſt, de quo in pſalmo XLIII. dictum, quòd propter te necamur omni die, reputati ſumus velut oues occiſionis, non diſtrahunt nos à Deo, neque auertunt, ſed neque alia vlla vis, aut poteſtas, ſiue illa humana, ſiue cœleſtis ſit, ſiue etiam tempus ipſum futurum, aut præſens, ſiue quæ ſupra ſunt, ſiue quæ infra, ſiue tota hæc mundi creatio, quam videmus, aut preter hanc aliqua præterea vlla ſit: confido, inquit, quod nihil horum vnquam poterit nos ſeiungere ab amore DEI, quem in CHRISTO Ieſu Domino noſtro gerimus, quod ideo addit in CHRISTO Ieſu Domino noſtro, quoniam ſicut in ipſo Deus nos elegit, & prædiffiniuit maiori fratri noſtro, & ſpiritualis

familiæ

...principi futuros comites, atq; in eodem ipſo, & per eun... amoris ſui documenta nobis maxima tribuit: ſic nos in ipſo ... CHRISTO IESV, & gratiam Deo habemus, & amorem ...gnoſcimus, & Deum ipſi quoque viciſſim diligimus, atque ...poſtoli tot rerum aggregatio, quarum vis, & multitudo ...amen diuellere nos poteſt à beneuolentia, & coniunctione ...Dei, quaſi mentis impetu quodam & exceſſu facta eſt, ad ...nem, vt demonſtraret, quanta ſit ſtabilitas diuinorum de...rum. Nam quòd angeli & principatus, alijque illi ſpiritus ...des ſtudeant nos ſeparare a ſummo Deo, ne cogitare qui...bi eſt, ſed quòd ne poſſint quidem, ſi id ſtudeant, veriſſime ...dium. Nulla enim omnino creatio creatoris conſilio, vel ...ullam moræ affert, nedum vt queat diuina conſilia frangere, ...permettere. Et in hoc percurſu tantarum rerum id à Paulo eſt ...tum, vt probet omnia diligentibus Deum cooperari in bo...num, æternaque Dei decreta ſanctos ſuos eligentis & diffinientis ...mutabilia ſemper eſſe, illiusque conſtituti, & decreti, quo quia ...omni iuſtitiam, & gloriam ſelectus eſt, amorem ſemper mini...um, & conciliatorem exiſtere, qui & Deum fecit, vt is nos ſi...iligeret, & facit nos vt propter ipſum cætera omnia parui...enda eſſe exiſtimemus. Multis igitur, & præclaris habitis ...nibus, in quibus de fidei CHRISTI virtute & verita...tiſſimum, tranſit rurſus ad Iudæos, & arguendos, & conſo...lan...

*...itatem dico in* CHRISTO, *non mentior, atteſtante ...conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quòd mœror mihi eſt ...ngu, & aſſidua lamentatio cordi meo. Optarim enim ego ...anathema eſſe à* CHRISTO *pro fratribus meis, cogna...tis meis ſecundum carnem, quicunque ſunt Iſraelitæ, quorum ...adoptio, & gloria, & teſtamenta, & legislatio, & cerimo...niæ, & promiſſiones, quorum ſunt patres, & ex quibus eſt* CHRISTVS, *quantum ad carnem, qui eſt in omnibus Deus ...benedictus in ſecula. Amen.*

CVM proxime amoris ſui erga Deum Paulus indicia maxima ...poſuiſſet, vt quem ab illo nulla vis, nulla poteſtas, nullum in...commodum poſſet auertere, nunc ſuæ quoque in proximum be...neuolentiæ, & charitatis ingens teſtimonium affert planè illud ...cens, quod eſt in vtraq; ſcriptura, & laudatum, & præceptum, ...ut ... quiſq; proximum ſuum ſicut ſeipſum. Et ad Iudæos qui... ...conſanguineos, & fratres ſuos ſermonem habiturus, eo...rumque duritiem, per quam ad CHRISTVM conferre ſe renue...rent, & ex lege veteri in fidem nouam migrare argumentis, & te-

 ſtimo-

ſtimonijs ipſorummet ſcripturæ refutaturus, præmunit ſibi de principio aditum, & viam, quò ad illos coarguendos mollius, & minore illorum cum offenſione accedat, habeatque animos ad audiendum paratiores. Et quoniam Romæ credentium Eccleſia ex vtroque genere conſtabat, & Iudæorum, & gentium ad communem illum cœtum ſcribens omnibus ſignificat, quanto ipſe amore, quo ſtudio procurandæ, atque optandæ ſalutis fratrum & moueatur erga cognatos ſuos. In quo & prudentia Pauli id poſtulabat, vt faceret illos ad diſcendum proniores, quando quod optimo animo fit, maiorem ad perſuadendum affert vim, minusque etiam ſi diſpliceat, conturbat. Et reuera ſic ſe res habebat, vt in maximo ipſe dolore, mœroreq; eſſet, quòd videret gentem ſuam à ſummo illo bono, quod oſtentatum illi, & propoſitum imprimis erat, pertinacia quadam duritiaque animi, & errore mentis abalienatum eſſe, quem ſuum animi dolorem magnis teſtibus confirmat CHRISTO, & conſcientia, & ſpiritu ſancto. Ac CHRISTVM quidem vt Deum teſtem aduocat. Veritatem dico in CHRISTO, ſic enim vſurpatur in communi more loquendi Veritatem in Deo loquor, quod eſt teſtem meæ veritatis facio Deum, in quo atteſtatur mihi conſcientia mea, neque ea conſcientia, quæ alicui meæ affectioni aut odio, aut amori præbeat teſtimonium, in quibus animi perturbationibus ſæpe accidit, vt etiam ſi ſe errare conſcientia ipſa non putet, nihilominus tamen erret. Sed ea conſcientia, quæ in ſpiritu ſancto veritatis ducitur, quæ Deum ſibi propoſitum, & illum ſanctum, veramque amorem fraternæ erga proximum charitatis adiunctum habet. Quod porro verum eſt iſtud, quod tanta Paule confirmatione præmunis? Quod, inquit, mœror mihi eſt magnus, & aſſidua lamentatio cordi meo propter fratres meos, hoc enim adijciendum eſt, vt plenum ſenſum habeamus. Deinde addit: Optabam enim eum abdicari ipſe à CHRISTO quò illi reciperentur, hoc enim eſt anathema eſſe à CHRISTO. Aliud enim eſt, Deo eſſe anathema, quod conſecratum, & dicatum Deo eſt, aliud a Deo anathema, quod eſt è ſacro, & religioſo eiectum, quo vocabulo iam nunc in ijs, qui è conſortio fidelium eijciuntur, Eccleſia vtitur. Aſt vbi tuus ille amor erga CHRISTVM Paule, cui omnia modo poſteriora longe ducebas, in quo ſolo inhærebas, quem nec vitam, nec mortem, nec cœlum, nec terram, nec præſentia, nec futura poſſe te abſtrahere, tanta cum fide, & aſſeueratione profitebare? niſi quod rem eiuſmodi poſtulabas, quæ in illo dolore animi, & nube mœrentium cogitationum, quas pro fratribus ſuſcipiebas tuis, ſyncero quidem te hoc corde optare compellebat, vt diuellerere à Deo & CHRISTO, fratrum tuorum cauſa: ſed eo magis poſtulatio illa ad Deum te, & ad CHRI-

STVM

...arcte conſtringebat. Poſtulabas enim, non commodum ...od tuum, quod ſeorſum à Deo tibi velles adeſſe, ſed maio... & celebratiorem poſtulabat Dei gloriam, fratresque tuos ...atque incolumes cupiebas, in quo ſane euidentior Dei ...fuiſſet gloria, ſi ad veram fidem omnes illi perducti eſſent. ...um primi à Deo fuerant filij appellati, illi in eam gloriam ...vt gens ſancta ſoli, & populus electus, & Dei hæreditas ...conferentur: illorum erant pactiones, & teſtamenta Dei, ...nimirum, & primum vetus illud, quo terræ illis data eſt, & ...ſecundum, quo cœli eiſdem poſſeſſio eſt promiſſa. Illis data ...& quemadmodum Deum colere rite deberent, cerimoniæ ...religionis traditæ, & factæ promiſſiones ab ſummo Deo ...eorum patribus, qui cuncti ex illo genere extiterunt: ex quo ...genere denique fuit CHRISTVS, quantum ad carnem ...qui quod ex Deo eſt, ipſe Deus eſt benedictus in omne ... Hi ergo quibus ſpes tot bonorum fuerat oſtentata, & ...corumque ex ſcripturis, & patribus fides CHRISTI ...primum authoritatem, maioribus deinde ex ſe, ac illuſtrio... virtutum, & miraculorum, & ſanctiſſimorum mo... toto terrarum orbe coruſcabat, cum ipſi ad fidem minus ...accederent, neque ſibi facilè illam perſuaderi ſinerent, ... quendam, & offendiculum ponebant in ipſo limine ...di, quod adeuntibus afferret hæſitationem. Dubitabant ...nonnulli, & inſiſtebant, cum illos ipſos, qui feſtinare, & ..., & ſcire iſta maximè deberent, intuerentur dubitantes, ...a nomini ſancto Dei, & libero proceſſui illius gloriæ im...tum quoddam afferebatur. Ergo idem Dei amor, qui ... totum rapuerat ad ſeſe, qui nuſquam eum alibi veram ... boni ſui ponere permittebat, adigebat eiuſdem ani... Pauli magnitudine quadam inauditi amoris, vt id inter... optaret, quod eſt vnum omnium maximè contrarium amo... Nihil enim magis optat is, qui amat, quàm vt mutuò ametur. ...Paulus in amando Deum progreſſus fuerat, vt pro il... magnificatione gloriæ paſſurus videretur æquo animo, ſe ab ... redamari, & tamen quod optabat, extra omne periculum ... Nam vt laqueorum natura, & comprehenſio eiuſmodi ..., vt quo effugere magis coneris, hoc illigatus arctius teneare, ... quicquid propter amorem fit, etiam ſi videatur ex amore velle ..., in ipſo amore tamen fit id conſtantius. Quid autem reue... hoc Paulus optabat, excidere ipſe ex amore DEI, quo ...ari ſui in gratiam reciperentur? Hic reſpondendum eſt, ex ... illum doloris vere hoc optaſſe, ex conſilij, & rationis iu... nequaquam. Nam cum affectionum natura ea ſit, primum ...ficiant ſemper conſilio, & cogitationi, deinde vt in vna

re diu nunquam permaneant, fit, vt ad quamcunque affectionem te dederis, illa tibi & veras res offerre, & cupiditates tuas ſatiſfacere videatur: quæ mox ſi affectione extincta ad rationis iudicium reuocentur, inanes & præpoſteræ fuiſſe deprehenduntur. Aliud porrò eſt ex conſilio rationis, aliud ex affectionis motu aliquid optare. Stare in amore Dei Paulus, & iudicio mentis ſemper volebat, & cum per affectum quoque animi in eam cogitationem ferebatur, illa tunc ardentia, & magna proclamat, Quid nos ex amore Dei abſtrahet? num mors, num vita, num homines, num angeli? & cætera. In quibus memorandis paulò ante quaſi in ſpiritu, & igne perbacchatus eſt. At cum illo affectu aliquantiſper ſedato in aliam curam eum de fratribus ſuis dolor, & cogitatio pertrahebat, tunc alio affectu delatus, atque incitatus, illorum ſalutem præoptabat, & de ſua negligentior videbatur. Contigit hoc idem Moyſi amico, & famulo Dei erga ipſum Deum, vt cum eum iratum populo, & excidium illi, internecionemque minitantem, placare, & deprecari Moyſes niteretur, inueniretque difficiliorem, inter medias preces in hanc vocem prorumperet, Si dimiſſurus es domine iram tuam populo tuo, dimitte: ſin minus, dele nomen meum de libro, quem ſcripſiſti. In eo enim affectu tunc poſitus, vt de periculo ſuorum eſſet ſollicitus, quorum ſalutem faciebat maximi, pauliſper in obliuionem ſuæ ſalutis venerat, & tamen nullo periculo, quod poſtulabat, poſtulauit, quippe cum cauſa ea, propter quam id peteret, cauſam eidem Deo grauiorem præberet, diligendi eum magis, atque probandi. Atque idem Moyſes, qui tunc pro populo ad Deum ſe de libro vitæ deleri poſtulabat, poſt populum pro Deo adorantem idola interficiebat. Attamen Paulus CHRISTVM & ſpiritum ſanctum teſtem animi ſui, & voluntatis aduocat, vt appareat eum vere ſic ſentire, & loqui. Aduocat enim vero, & triſtitiæ animi ſuæ, & doloris, quem de fratribus ſuis capit, vocat teſtem, quo reuera ipſe vehementiſſime commouebatur. Quod autem mox ſubiungit de optato ſuo in quo ſalutem ſuam donare, & concedere ſaluti fratrum ſuorum paratus eſt, id iam non CHRISTI, nec ſpiritus ſancti teſtimonium eſt, ſed affectionis animi ſui erga fratres indicium. Namque quod ad Iudæos attinet, omnis profecto Dei omnipotentis beneuolentia & [illegible]nauit de principio ad illos, & deinceps ſemper donis, promiſſionibus, præcipuoque ſtudio erga illos declarata eſt, ſicut & teſtamentum omne vetus, & noua ſcriptura pluribus locis oſtendit. Nam & CHRISTVS ipſe aliquoties dixit, teſtatusque eſt, ſe tantummodo miſſum ad oues Iſraël, quæ perierant, & ſe non ademptvrum panem filijs, quem canibus proijceret. Et in Apoſtolorum actis: Vobis oportuit Iudæis primum prædicari regnum

Dei,

…ſed quoniam indignos vos facitis, ecce conuertimur ad gen-
…et Iudæi poſt illa Dei gratia deiecti, cum gentes ægre ferrent,
…Deum nunquam coluiſſent, in eius ipſius gratiæ, quam ipſi
…ferant, poſſeſſionem vocatas, de ſeipſis deberent, non autem
…Deo dolere, & conqueri, neque de ipſius Dei tanquam fidem
…non præſtantis gloria, famaque detrahere, quando is nihil
…rerum prætermiſiſſet, quæ ad docendos eos in gratiamq;
…endos in nomine, & fide IESV Chriſti filij ſui forent aptæ.
…& CHRISTVS Dei filius ex Iudæis eſt ſecundum carnem,
…idem alia ex natura Deus benedictus in ſecula. Quod hic
…a Paulo eſt prolatum, niſi velimus ad ſimilitudinem ante-
…hoc quoque accommodare, quorum ſunt patres, & ex
…CHRISTVS, & quorum eſt Deus verus, quem aliæ præ-
…os non agnoſcebant nationes.

*…ita autem, quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes …Iſrael, hi Iſrael: neque quòd ſunt ſemen Abraæ, omnes fi-… in Iſaac vocabitur tibi ſemen: hoc eſt non filii carnis, hi …, ſed filii promiſſionis reputantur in ſemen: promiſſionis …ſermo iſte eſt. Ad hoc tempus veniam, & erit Sarræ filius.*

…etſi, inquit, Iudæi magna ex parte repulſi, quibus erant …miſſiones factæ, & nationes aliæ in præmia vocatæ promiſ-…ſunt, non tamen fides Dei titubauit, neque illius excidit …, ſed in ſua æterna veritate perſtitit. At qua ratione perſti-… reiecit quibus promiſerat, eos autem vocauit, quibus pro-… nullum fecerat? Quia, inquit, non carnis, ſed verbi Dei …ſunt, qui vocatur. Non enim omnes, qui ex Iſraël, hi Iſraël …nomine fortaſſis quidem, & vocabulo omnes appellantur …, & Iſraël, ſed reuera illi ſunt Iſrael, qui recti Dei ſunt, …quoniam huius Hebraici vocabuli vana eſt interpretatio, qui … mente cernunt, ſiue etiam cum Deo principes ſunt. Iſti er-…, qui nomen factis comprobant, ſed neque omnes qui … Abraæ exiſtunt, etiam ſunt Abraæ filij, ſed qui tantum ex … ab Abraam fluxerunt, ſic enim illi diuinitus eſt annuncia-…, in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Non enim ex Iſmaele, quem …ancilla genuit, neque item ex alijs Cheturæ filijs, qui magna-… poſteritatum fuere principes, omne ſemen Abraæ, quod di-… in carne fuit, in genere, & honore filiorum comprehen-… eſt. Quippe cum cæteros omnes ex alijs mulieribus genitos … Iſaac, ſicut dicit ſcriptura, Abraam ſeparatos in alias veluti … dimiſerit. Sed ſoli, qui ab Iſaac in illa Dei promiſſione …fluxere, filij extitere & Abraæ ſecundum carnem, & ſecun-… ſpiritum diuinæ promiſſionis, ac ipſius Dei filij. Qua etiam

Ffff 5 ratio-

ratione neq; ipſe Eſau filius Abraæ, niſi per carnem extitit, quando in illo Dei promiſſio non eſt propagata. Quacunq; ergo per-uaſit, & ad quoſcunque peruenit Dei illa promiſſio Abraæ, iſti hi vere filij Dei, & ſemen Abraæ ex promiſſione reputandi ſunt. Nam neque Iſaac filius in totum Abraæ ex carne extitit, quando effœto iam ſemine patris, & matris vtero, nihilque omnino illis ad generandi facultatē amplius afferentibus totam autem vim in eo, non tamen ſine viro, & vtero ſola tunc promiſſio Dei impleuit. Ergo ex Abraam, poſtea per Iſaac producti magis promiſſionis, quàm carnis filij profectò ſunt exiſtimandi, maior q; illis promiſſione, quàm in carne cum Abraam & cum Deo conſanguinitatis coniunctio. Proinde cum Iſraelitis, aut Iudæis, aut etiam Hebræis, ſiue quocunque nomine illa natio delectetur, promiſſiones à Deo factæ ſunt, & adoptio in filios nunciata, æternaq́ue, & regni ſtabilis, & perpetua poſſeſſio, non illæ nomini, & voci, ſed ipſi rei factæ ſunt. Porrò in re multo maximam partem habet promiſſio. Ergo ſicut ex ſemine, & carne Abraæ, qui producti ſunt, plurimi ex ijs, & longe numero ſuperiores ab honore filiorum Abraæ repulſi ſunt, ſic qui in promiſſione illi ſucceſſere, iuſtius multo, & verius filij ſunt appellati. Quare nec Iudæorum reiectio, nec vocatio, adoptatioq; gentium, quicquam de verbo & fide ſummi Dei diminuit, quando ab eo potiſſimum ſpectatur, non carnis ex Abraam, ſed promiſſionis ſuæ ad Abraam generatio. Ac ne Iudæi reſpondeant, ſe tamen non ex alijs eius ab Abraam filijs, ſed ex ipſo Iſaac fuiſſe progenitos, qui non ſolum carnis, ſed promiſſionis filius extiterit, remq́ue, quod ſemper agunt, à ſpirituali generatione ad carnem, corpusque traducant, confutat illos proximus adiecto de filijs Iſaac eiuſdem ſcripturæ notabili teſtimonio.

*Neque hoc ſolum, ſed & Rebecca ex vno ventrem fetus Iſaac patre noſtro, nondum enim genitis, neque cum feciſſent quicquam bonum, aut malum, vt ſecundum electionem Dei propoſitum maneret, non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt illi, quòd maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

IN OMNI veteri teſtamento plurima poſita ſunt, quæ aduentum filij Dei ſeruaturi genus humanum, & gentium vocationem, nouamq; legem ſpiritus in cordibus ſcribendam, non literis, partim vaticinijs, & prædictionibus, partim figuris, partim ipſa rerum geſtarum hiſtoria admonent, & oſtendunt, inter quæ id quod ad futuram adoptionem gentium, repudiationemq; Iudæorum pertinebat, ſæpius qui primogeniti parentibus ſuis fuerant, e-

..., è capite generis excluſi minoribus natu fratribus loco, & ...e primi ordinis conceſſere, quod iudicium euidens, & vati... ſemper fuit, Iſrael primogenitum Dei filium alteri poſt ſe ...o de honore primo deceſſurum. Ac ne hoc fortuitum, aut ...rum cuiquam videri poſſit, in ipſis principibus nominis, & ...tis Iudæorum, Patriarchis videlicet, & ducibus omnibus fe... contigit, vt qui primi eos parentes feciſſent, patrumq́; no... appellauiſſent, ex filiorum ipſi priorum loco exciderent, ...noresq́; fratres ſuos cernerent, in primum honorem gene... ...ceſſitos, atque ſublatos. Nam & Abraam cùm Iſmaelem ...um filium extuliſſet, Iſaac ſecundum illi prætulit, & Iſaac ...us filiis geminis vno fœtu ſibi natis, eum qui poſterior exie... ...primum hæredem conſtituit. Et Iacob, non Ruben ſolum ...mogenitum, illo honore deiecit, Iudamq́; in eius locum indu... ...ſed & poſtea cùm acceſſiſſet ad Aegyptum, ſenexq́; & oculis ...s, filios Ioſeph ſibi in liberos adoptatet, venturaq́; omni... ...prædiceret, formatis in modum crucis brachiis, & dextra ...ſupra caput Ephraim, qui minor natu erat, eique ſiniſter ...poſita, & ſiniſtra ſupra Manaſſem primogenitum Ioſeph, ...rum latus tranſlata, per illam crucem ordines, gradusque ...ans ſigno clariſſimo futurarum rerum ita minorem fi... ...benedictione antetulit, vt illo admirabili vaticinio aper... ...ſe oſtenderet poſteriores Dei filios, quos crux illa diſtinxiſ... ...multo maiore in honore, & gratia apud Deum futuros. Talia ...e exempla nunc proponens Paulus indignantibus Iudæis, ...iquo animo ferentibus ſe poſteriores quodam modo à Deo ...s, & gentes eſſe in primum honorem gratiæ vocatas, quo... ...quod de Abraam dixerat præferente Iſaac Iſmaeli poterat ...quam apud Iudæos obiectionem iure id in illis accidiſ... ...ſe, quorum alter de ancilla natus eſſet, poſterior de libera, ſeſe ...m omnes ex liberæ filio Iſaac natos eſſe, repetit ruſſus ratio... ...hac vim in ipſo, item Iſaac, qui cùm eſſet ille electus ab Ab... ...filius, duosq́; ex eadem vxore Rebecca liberos vno partu ...ſſet, priùs egreſſum in lucem ex matris vtero Eſau, & poſte... ...ſecutum Iacob, tamen non tam is quidem ſponte, quàm di... ...prouidentia compulſus minorem filium maiori præpoſuit. ...e humanis iſta attribuerentur euentibus, hominumque for... ...authoritas parui eſſet, adiungit diuinum de eadem ſcriptu... ...teſtimonium, inquiens, non ſolùm hoc factum fuiſſe in Ab... ...m, & in illis duobus non de eadem matre liberis, ſed etiam ...s, qui ex vna matre, vnoque patre ſunt editi. Namque Re... ...vxor Iſaac cùm ex viro vno conceptum haberet, quo qui... ...conceptu geminos parturiebat, atq́; illos inter ſeſe in vtero ...ctantes ſentiret, audiuit ex Domino, antequã illi in lucem prodiiſ-

prodiiſſent, antequam quicquam boni feciſſent, aut mali, [illegible] uit, inquam, quòd maior ſeruiet minori. Et in alia ſcriptura Malachiæ Prophetæ idem Dominus dicit, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, quæ ſunt ab Apoſtolo inducta ad [illegible] alteram illam Iudæorum querelam, qua ſe primò a Deo [illegible], poſt reiectos, & gentes in primum honorem filiorum [illegible] ctas non mediocriter conquerebantur, detrahereque [illegible] de omnipotentis Dei fama, atque gloria, tanquam [illegible] quippiam, & inexpectatum egiſſet, oſtendit enim Paulus [illegible] tum agere Deum, cùm ipſe bonum, ita factu atque [illegible] no ſuo conſilio eſſe iudicat, cuius iuſtitiæ, & æquitatis [illegible] ipſe ante ſeculum omne cognoſcat, nos poſtea euentis [illegible] docti perſpicamus. Atque ita duabus iam querimoniis [illegible] rum eliſis, atque abiectis, vna, qua querebantur fidem [illegible] miſſionum à Deo non fuiſſe ſeruatam, quando eam Deus [illegible] præbuiſſet, gentibus perſoluiſſet: in quo reſponſum ab Apoſtolo eſt, Iſraël eſſe ſemen, & filios promiſſionis, non [illegible] nem carnis. Altera, qua ſecundos filios primis prælatos eſſe [illegible] uiter ferebant, quod in ipſorum principibus, & Patriarchis [illegible] dit Paulus Deo fuiſſe vſitatum. Nunc ad aſperiorem [illegible] grauiorem querelam tertiam confutandam maiore [illegible] confert. Dicerent enim Iudæi, id quod & dicebant, [illegible] cauſa dicere videbantur, Quid ergo? num nobis [illegible] tæ ſunt, eo quòd meliores nobis ſunt? num illæ [illegible], aut continentiores? Num in vno Deo colendo [illegible]: quem ipſæ non nouerunt, atque adeò ne noſſe quidem [illegible] runt, nos & nouimus, & prędicamus, & colimus, [illegible] gratia nobis bonorum operum relata eſt? vt ab his, qui [illegible] cupiditates explere pro Diis ſibi, & pro religione habuerant nos, qui multa nobiſmetipſi facienda, patiendaque præſcripſimus, qui pluribus rebus propter honorem Dei, & legis à Deo [illegible] latæ abſtinemus, in præmio apud Deum, & in honore [illegible] mur? Huic grauiſſimæ, acerbiſſimæque querimoniæ, [illegible] nixa eſt bonorum fiducia operum, in quibus Iudæi ſibi [illegible] arrogabant, reſpondet nunc Apoſtolus, opera ſemper [illegible] aſpernans, & gratiam Dei, gloriamque magnificans, [illegible] illam Dei ex ipſius deliberatione, & propoſito, quo [illegible] maximè rata ea, & permanens deliberatio eſt, ac non ex [illegible] operibus pendere. Itaque ante natos Iacob, & Eſau, [illegible] boni quicquam ex illis, aut mali fuiſſet editum, Deum [illegible] ſe Iacob minorem fratrem, vt maiorem illi Eſau in [illegible] dederet, & quod etiam apertius, & ſignificantius dictum [illegible] Propheta, antequam vterque eorum naſceretur, Iacob [illegible] lectum fuiſſe, Eſau autem odio habitum. Et quoniam [illegible]

mod-

… reſponſio ea erat, quæ in multas, & magnas incurreret diſ-
…tates, magiſque exulceraret eorum dolorem, qui expoſtula-
… de Deo, & conquerebantur, quàm leniret, idcirco inſiſtit
… Apoſtolus, & commoratur in ea, nunc ſibi ipſe objiciens,
… ab illis intelligebat iri obiectum, nunc obiecta diſſoluens.

*…id ergo dicemus? num iniuſtitia apud Deum? abſit. Moyſi … dicit: miſerebor, cuius miſereor, & miſerabor, quemcunq; …ror. Itaque non volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei.*

Q…D mirum, inquit, ſi dixi tibi electionem Dei, quam de … facit ex ipſius propoſito, non eſt operibus noſtris eſſe aptā? … eſt hæc iniuſtitia Dei, non enim habet ille, quibus præmia … iure debeat, quandoquidem omnes filij iræ naſcimur, … ſolùm parentis primi labe, & vitio, ſed noſtris deinde quiſq; … peculiaribus inquinati. Nec eſt cur quiſquam ex operi-… ſibi arroget, & veluti pro ſuo iure petat, vt honoris apud …, & præmiorum fiat particeps. Sed hi eliguntur, hi non eli-…, quia horum Deus miſeretur non illorum. Dei enim eli-… miſereri certè eſt, quia nullius opera tanti ſunt, vt merean-…, & non miſereri Dei eſt rejicere, quòd omnium opera magis … mereantur. Quemadmodum Deus ipſemet in communi pec-… filiorum Iſraël, qui vitulum aureum in ſolitudine adoraue-…, Moyſi dicit, ſe miſerturum, quorum tunc miſereret, & non … quorum non tum miſereret. Quanquam hoc ſecun-… non ſic disertè pronunciatum à Deo, ſed ex priore illo … eſt intellectum. Quòd ſi ita ſit, adipiſci gratiam, & di-… præmio fieri, non volentis eſt, neque currentis, quod à gy-… certaminibus eſt inductum, & pro omni conatu rectè a-…, omnique bona operatione ponitur, ſed miſerentis eſt Dei, … quicquid honoris, ac loci apud Deum obtinemus, non operi-… noſtris, noſtræque voluntati, quam hic certè Apoſtolus … eſſe noſtram, ſed Dei ipſius propoſito, & miſericordiæ tri-…. Et rurſus in alio ſcripturæ loco.

*Dicit enim ſcriptura Pharaoni, quòd in hoc ipſum ſuſcitaui …, vt oſtendam in te potentiam meam, & vt annuncietur no-… meum in omni terra.*

Hoc eſt Dei iam non miſerentis, atque ideo nec eligentis, … Pharaoni contigit, quem non ſolùm excitauit Deus, vt oſ-… ſe ille ſpectaculum toti mundo mirabilium, & potentiæ … Dei: verùm etiam ad hunc ipſum finem Deus illum ſe … teſtatus eſt, vt oſtenderet ipſe in eodem illo vim ſuam,
glo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gloriamque nominis ſui in orbe toto diffunderet. Et quoniam prior dubitatio nondum ſoluta eſt, etenim ſi miſeretur Deus, quorum illi videtur, cæterorum verò non miſeretur, nulla autem appareat huiuſcemodi differentiæ cauſa, niſi ſola voluntas præpotentis Dei, de duobus alterum videtur neceſſariò conſequi, vt aut iniuſtus Deus ſit, huic magis quam illi ſine ratione fauens, aut noſtra, qui delinquimus, peccata minimè ſint plectenda, quando ipſo DEO volente ſic perpetrata ſunt, quod proxime de Pharaone ſcriptura videtur indicare: idcirco Apoſtolus in ſe iterum, & ſibimetipſe has dubitationes opponit.

*Igitur cuius vult, miſeretur, & quem vult, obdurat. Dices igitur mihi: Quid etiam nunc queritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? Imò ô homo, quis es tu ex aduerſo reſpondens Deo? Num dicet fictile ei qui finxit, cur me feciſti huiuſmodi? an non habet poteſtatem figulus luti ex eodem mixto faciendi hoc quidem in honorem vas, hoc autem in deſpicatum?*

PRIMA iſta verba Apoſtoli ſunt concludentis ex illis ſcripturæ locis, quòd omnia noſtra ex electione, & propoſito Dei ſunt, non ex operibus noſtris. Quando ipſe Deus, quorum vult, miſeretur, & quos vult, obdurat. Nam & ipſemet Deus in Exodo Moyſi dicit, Obdurans obdurabo cor Pharaonis, vt ne dimittat populum meum. Et quoniam acris obiectio exoritur, quid ergo nos pœnæ meriti ſumus, cùm quid delinquimus, aut cùm ad cupiditates noſtras toti delabimur, ſi Deum ſic volentem, tanquam authorem culpæ, & criminis habemus, cuius voluntati non poſſumus non parere? Hoc reſponſum hominum velut in indagatione, atq; ita loquentium, ipſe quoq; commotus eorum petulantia Apoſtolus aſperius refellit, vt diſcant modeſtius & verecuntius de ſummo authore omnium bonorum Deo, & de immenſa, ac inſcrutabili illius Sapientia loqui. Tu quinam es, inquiens, qui ſic audacter, & ſuperbè tanquam par pari, & nihil illi concedens reſpondeas Deo? An hoc modo figulum interrogant fictilia, Cur me non honeſtum, neq; exornatum vas, ſed ineptum, deſpicabileq; feciſti? Nónne figuli eſt poteſtas ex eadem creta fingendi vas cuiuſce modi velit, ſiue menſis illud parandis velit eſſe, ſiue ſterquilinijs? Enimuerò Deus maior multò figulo eſt: & tu homo præ Deo luto etiam es contemptior, quæ ergo temeritas te aduerſus Deum concitat? exquire potius cunctanter, & venerabundè harum rerum rationem & cauſam, & oſtendetur tibi, quam ſic proteruè in reprehenſionem Dei erumpas, quæ ratio ea eſt.

*Si autem volens Deus oſtendere iram, & notificare, quantum*

poſſu-

*de ipſe, tulit in longanimitate multa vaſa iræ accommodata interitum, atque vt notificaret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & vocauit nos ſolùm ex Iudæis, verùm etiam ex gentibus, ſicut & in Oſea dicit: Vocabo non populum meum, populum meum: & non dilectam, dilectam: & erit in loco vbi dictum fuit eis, Non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei viuentis.*

PAVLVS vt eſt contextus ſententiis, & implicitam ferè vnam cum altera cogitationem proferens, ſoluere quidem incidenter obiectas queſtiones, ſed antequam inferat concluſionem in ſuam ſtatim probandam rationem inſilit, legentibus relinquens prioris concludendi, & ſtabiliendi argumenti cogitationem. Erant autem querelæ, & quæſtiones ab Iudæis partim, partim à gentibus ſuis motæ, atque illatæ. Iudæorum illæ propriæ: Vna quòd fidem illis eorum quæ promiſerat, non videbatur præſtitiſſe Deus, cui reſpondit Apoſtolus, non omnes eſſe Iſraelitas qui dicuntur Iſraelitæ, ſed Iſraelitis ſpiritualibus, & ex verbo Dei natis promiſſiones ſuas feciſſe Deum, eiſdemque illas perſtitiſſe, ac perſoluiſſe. Altera quòd cùm ipſi primogeniti Dei filij ante extitiſſent, à ſecundis liberis venientibus in adoptionem honore, & gratia omni apud Deum vincerentur. In quo oſtendit Paulus quod factum in ſe ægrè ferant, & tanquam iniquum, ac nouum conquerantur, Deum in patribus ipſorum & familiis generis principibus omnibus ferè diu antea feciſſe, vt primogenitos illorum filios principatu generis dejiceret, & minores fratres in deiectorum locum ſubſtitueret. Sicut in Iſmaele, & Iſaac, in Eſau, & Iacob, diuino conſilio fuit demonſtratum. Tertia iam querimonia Iudæorum grauiſſima illa erat, quòd cùm ipſi & legis iuſtitia edocti, & operibus bonis ornati eſſent, vt maiore multo in honore apud Deum eſſe deberent: à gentibus tamen, quæ neque iuſtitiam, neque legem vllam cognouerant, neq; Deo vero honorem vllum habuerant, in adoptione nouæ gratiæ anteirentur. Quam illorum conquestionem refutat Apoſtolus ea ratione, quòd non ex meritis noſtris, neque ex operibus gratiæ apud Deum nobis gradus acquiratur, ſed ex Dei ipſius miſericordia duntaxat, & voluntate, quam etiam ex longè diuerſa conditione duorum fratrũ Iacob, & Eſau iam inde à Deo illis deſtinata, antequã in lucem ij prodiiſſent, & ex ſcripturæ teſtimonio duplici confirmat. Et hactenus de Iudęis nominatim eſt reſponſum. Quoniã vero poſtrema hæc reſponſio nouam rurſus, & perdifficilem excitabat quæſtionem

nem nec illam magis à Iudæis quàm à cæteris, ad eam quoque diſſoluendam aggreditur Paulus. Diceret enim quiſpiam, quid eſt a nobis, & Dei omnia ſubiecta voluntati ſunt, quid de nobis conqueritur? ſi minùs ipſi probi, integríque ſumus, ſi voluptates noſtras aut emolumenta illius honori, & cultui anteponimus. Hanc obiectionem primò refellit aſperius arrogantiam contundens iſtorum, & exemplo figuli oſtendens nõ debere nos tam ſuperbè in diſquiſitionem huiuſmodi ſummum Deum arcerſere. Deinde hac etiam eam reſponſione diſſoluit, neque eſſe cauſam exprobrandi quicquam Deo, nec prauis cupiditatibus propterea indulgendi, quòd videamur id quaſi neceſſario & Deo volente facere, quandoquidem non eſt iſta culpa in Deo poſita, ſed in nobis. Pharaonem enim longè iam antè accommodantem ſe, vt fieret vas deſpicationis atque iræ, & ſemetipſum ad interitum concinnantem, poſteaquam diu, & multum peccauiſſet, eiuſque extremam amentiam Deus patienter expectaſſet, vt vidit occaſionem exiſtere aptam, qua produceret illum in medium, & quaſi in aciem atque in certamen contra ſe perduceret, quò declararet omnibus in illo vim & poteſtatem, & magnitudinis ſuæ, atque item ex altera parte, vt patefaceret, notámque redderet diuitias gloriæ ſuæ in ea vaſa miſericordiæ, quæ præparauerat ipſe ad gloriam, hoc eſt in eos homines, qui ſe quidem aptauerant ipſi, quoad in illis fuit, vt eſſent miſericordiæ receptacula, aut certè non ſe ad iram & interitum accommodarant. Verùm quos imprimis ipſe Deus ex æterno præparat ad gloriam ipſe ſuam electos, & prædiffinitos præparauit. Nam nos quidem per noſmetipſos ad gloriam non poſſumus præparari, Deo opus eſt & diuino auxilio, atque adeò et Deo tantum eſt, quòd efficimur apti, per quos ille ſuam gloriam omnibus hominibus oſtendat, à nobis aliqua initia quidem bonæ voluntatis, vt præparari ad miſericordiam apti ſimus, proficiſcuntur, ſed neque ea ſine Deo tamen, vt antè dictum eſt, ipſa autem præparatio ad miniſterium diuinæ gloriæ Dei opus eſt, & non noſtrum. Igitur inquam, ſi fuit tum occaſio Deo idonea, atque opportuna in vtramque partem ſic ſe demonſtrandi, vt & potentiam, & virtutem, in his gloriam ſuam & miſericordiam iudicaret, quid eſt, quòd tu arbitrere (hoc enim deeſt ſententiæ ac concluſioni, & ſupplendum eſt) tuis ſceleribus, & peccatis excuſationem tibi ex Dei voluntate prætendendam eſſe? Deus non vult, neque creat tuum crimen, ſed cum te iam profligatum penitus, perditumque cognoſcit, excitat in medium, vt tanquam vaſe proiecto, atque inutili, neque amplius vult vllam ſuam admonitionem denunciationémue periculi vllum præbere atque exitij metum ad pœnitentiam tibi aut ad ſpem ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſericordiæ valere. In quem ſenſum & à Deo Moyſi dictum ſe obduraturum cor Pharaonis, vt ne dimitteret populum. Et Hieremia, ſe occæcaturum oculos eorum, vt ne videntes videant, & meditantes ne intelligerent, ac conuerterentur, & ipſe ſanaret eos. Non enim eos Deus, qui tenebrarum filij iam effecti ſunt, quiq; omnem vim, & poteſtatem rationis, ac voluntatis ſuæ improbitati, & libidini penitus ſubiecerunt ad lucem ampliùs, & ſalutem erigere vult, hoc eſt, vt conuertantur, vlterius expectabit cùm occaſio adeſt, atq; opportunitas, qua pœnam illorum ad gloriam ſui nominis, & ad exemplum, doctrinamq; bonorum adhibere poſſe intelligit, tunc productos in ſpectaculum, tanquã in arenam dignisq; ſupplicijs damnatos veluti foris objicit, vt vtroq; appareat magnitudo gloriæ ſuæ, & in plectendo perditis, & in miſerendo his, qui ſe paratos, & idoneos ad decipiendam miſericordiam prębuerint. Porrò autem hi ſunt, qui non ex Iudæis tantùm ſunt ab ipſo Deo, ſed ex gentibus vocati, qui non carne, ſed promiſſionis filij, & verè Iſraëlitæ ſunt. Quod denuò aduerſus Iudęos eſt prolatum, qui ſe vnos arbitrabantur Dei electione dignos, gentes autem reliquas tanquam pollutas, atque reiectas ab omni Dei cura, & prouidentia opinione ſua abdicabant, quam eorum opinionem Apoſtolus aliquot ſcripturæ teſtimonijs deinceps refellit, ex Oſea primum, apud quem Deus, Vocabo nõ populum meum, populum meum inquit. Quod quidem manifeſtè de gentibus eſt dictũ. Et non dilectam, dilectam congregationem, Eccleſiamq; videlicet, quam in amore non habebam, amaturus mox ſum. Et erit quemadmodum dico, ſcilicet, Quid autem erit? Quod quo in loco dicebatur, Non populus meus vos, in eo vocabuntur loco, non modò populus, verùm etiam filij Dei viuentis.

Hic IVLIVS, etſi planus hic mihi videtur Apoſtoli ſenſus, tamen cùm ad ea quæ paulò antè diſputata à nobis de libero arbitrio noſtro, deque Dei in nobis iudicio voluntateque alia, aliaqua hic à Paulo poſita aduerſari videantur, peto à te, vt digredare paulum ad hæc ipſa diluenda, quæ vſque eò nihil in nobis poſitum eſſe conſtituunt, per quod Deus hos illis in eligendo habeat potiores, vt nec ipſius Dei in diſcernendo, ſeligendoq; ſapientiam, nec arbitrij noſtri libertatem videantur relinquere. Etenim obſecro, quid eſt, quod de Iacob & Eſau ſcriptum eſt, priuſquam eſſent geniti, antequam boni quippiam, maliue feciſſent, vt ex electione propoſitum Dei maneret, & nõ ex operibus, ſed ex vocante, vnum eſſe alteri in ſeruitutem fratrem datum, & alterum dilectum Deo, alterum odio habitum, niſi quòd voluntatem Dei in illorum vtroq; non modò ſors, & conditio vitæ, ſed diuerſa etiam ſtudiorum & voluntatum ſuſceptio ſecuta eſt? Aut

quid aliud indicat, Miſerebor cuius miſerebor: &, Non volentis eſt, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Et rurſus, Cui vult miſeretur, & quem vult obdurat, nónne nos totos ita ex Deo pendere, vt nullam in partem ex libero arbitrio noſtro, ſed tantùm impellente ipſo commouere nos valeamus? Quæ quanquam mihi duriora, & multis implicita difficultatibus videntur, egóq; priſtinam tuam opinionem & ſententiam illam leniorem videlicet, magis probo, qua aliquod initium noſtræ voluntatis non quidem ſine Deo, ſed tamen nec ſine nobis ſtatuebas poſitum eſſe in nobis, tamen quoniam & ab hac parte multi ſtant docti homines ac probati, resq; digna conſideratione graui eſt, pergratum feceris mihi, ſi adhibueris diligentiam, quo iſta, quæ ab Apoſtolo aduerſus liberum arbitrium dicta eſſe exiſtimantur, non tamen talia omnino eſſe, neq; facultatem liberè quod velimus eligendi auferre nobis intelligantur. FACIS inquam illi, quod diſcere cupientium maximè proprium eſt, vt nullum verbum velis in Paulo non bene examinatum ac perpenſum præterire. Nam nec ille in tantis cœleſtium myſteriorum explicationibus vel vnam minimam literam in ſcribendo ſine conſideratione maxima diſpoſuit. Sed tamen hæc, quæ hìc a Paulo ſunt poſita, non mihi ita obſtare libero noſtro arbitrio videntur, vt illud tollant. Quin, & ſi ea Dei poteſtas in nobis eſt, quæ certè eſt, vt nihil abſq; eo rectum, neq; nobis ſalutare ſuſcipere, aut exequi poſſimus: tamen voluntatem noſtram liberam teneamus. Verum paulò antè dixi, velle certè à nobis quadam ex parte eſt, ſiquidem Dei in nobis operationi & ipſi cooperamur, itemq; in nobis eſt moliri nonnihil atq; contendere, vt tanquam manus Deo porrigentes ſubleuemur ab eo primùm, deinde recti confirmemur. Verùm ita ſe habet omnis noſtra molitio, vt inanis, & vacua ipſa per ſe ſit, niſi gratia Dei, miſericordiaque aduenerit, quæ illam compotem voti, atque ipſi Deo gratam faciat, & acceptabilem. Non enim eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei. Quid ſi velle, & currere nihil omnino ex nobis, ſed ex Deo totum eſſet, non magis eſſet dictum miſerentis eſſe Dei, quàm volentis? quippe cùm velle decretum, & conſtitutum in ſe habeat, miſerenti verò opem, atque auxilium, voluntasque Deo libera, & abſoluta ſe ſit, miſericordia verò ad illum hominem aſpectum referat, qui miſereatur. Etenim volentibus ſibi opem & miſericordiam tribui, miſeretur Deus. Nam cùm ſub ſeruitute peccati nati ſimus, neque noſtra ope, ex illo, noſtriſq; viribus emergere, atque ejicere noſmetipſos queamus, volumus quidem ex nobis etiam & adnitimur, veruntamen ad conſurgendum Dei omnipotentis ope indigemus, qui tendentes brachia ad ſeſe, corpusque agitantes vt euoluantur, miſericordia ſua adiuuat, ignauos verò,

& de-

…ſides, neque quicquam agentes, quamobrem debeant ſub-…, in ipſo luto infixos, perditoſque relinquit. Nam quod … ſic ponit, vt ſecundum electionem propoſitum Dei ma-…, non ex operibus, ſed ex vocante, in hunc mi frater mo-… debes intelligere, atque adeò neceſſariò ſic intelligendum …quoniam, quæ ventura ſunt circum electos & vocatos Dei … Deo prouiſa, & prædiffinita iam ſunt, non ſit eorum euen-…, atque decurſus humanis actionibus permittendus, quæ …les, & mutabiles ſuapte natura ſi ducerent ipſæ, & regerent …ta Dei, nullum eorum ſtabile, & immutatum ſinerent, ve-… quòd non mutant illa, quòd rata, firmaque ſunt, quòd nul-…quam tempore euentu ſuo fruſtrantur, hoc eſt non ope-… noſtrorum, ſed electionis, & vocationis, & propoſiti ſummi …. Ergo quæ circa duos fratres euentura Deus tantò antè pro-…, atque vti ita euenirent, decreto ipſe ſuo imprimis diffi-…, ille quidem præcognitis ambobus, ſic iam tum diſpo-… & diffiniuit, vt maior minori frater ſeruiret fratri, ipſeque …aret alterum eorum, alterum odio haberet: Verum eſt id ad …quoque finem ab Apoſtolo inductum, vt quòd adſciſceren-… gentes in filiorum nomen, ipſi autem priores filij ejiceren-… non nouam aliquam Iudæi mutationem animi, ſed vetus & …le decretum in omnipotenti Deo eſſe intelligerent, apud … in decernendo, ac conſtituendo nullum tempus eſt, ne-… præteritum, nec futurum, ſed omnia vnà, atque ſimul in eo-… vniuerſæ æternitatis momento illi ſunt præſentia, quæ dif-… ſemel à Deo nullum tempus deinde, nulla vis, nulla no-… alio poſſit infringere, aut variare, quo etiam ſenſu dicitur …urum, cui iam miſeretur, vt inuiolabile conſtitutũ Dei …ſpicias. Nam quòd obdurat, quem vult, tunc quidem di-… obdurare, cùm deſperatum iam hominem, & in vitio ſuo … perditum producturus in ſpectaculum aliquod, in quo … ſeueritas Dei ad vnius pœnam, cæterorumque diſciplinam, … vis, & poteſtas & magnitudo eiuſdem aduerſus ſuperbos, & … oſtendenda ſit, non patitur amplius moram vllam neque … dat locum reſpirandi, nec reſipiſcendi, quod in Pha-… fecit, quem tamen ipſum cùm ſe obduraturum antea præ-…, potentemque manum ſuam in illo exerciturum, quot … modis (ô clementiam inenarrabilem) quibus caſtigatio-…, & monitis, quanta cum patientia, & longanimitate ab il-… impia voluntate deducere eſt conatus? quoties illi ſpiramen-… incommodorum præbuit? & tanquam illi crederet affirman-… dimiſſum ab eo iri populum, plectentem manum ſuam, & ver-…tem tantiſper ab eo amouens, ab illa duritie animi ſtuduit …are! vſque adeò alienum à Deo eſt, ipſiuſque bonitati,

& humanitati contrarium damnare, aut nocere, aut malefacere cuiquam, niſi noſipſi nobiſmet illam extremam peſtem illius abalienatæ opis accerſeremus. An exiſtimamus aliud eſſe cauſæ, cur homines impij, & ſcelerati in hac ſæpe vita ſic ſuſtineantur? eſt hoc conſilium, & admirabilis clementia omnipotentis Dei, qui perfert prauos vt reſipiſcant, ſemperq; omnibus adeſt, vt excipiat malos, ſi fortè velint, atque inſtituant boni fieri, & bonos, atque electos ſcuto veritatis, & decreti ſui circumdet, & protegat, ne terreantur à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano. Et quoniam in natura hominum parum eſt firmitatis, non ex operibus illorum, ſed ex electionis ſuæ decreto ſtabile Dei propoſitum in ſuis electis glorificandis maneat. Sed ne diutius euagemur, redeamus iam ad Pauli verba, à quibus diſceſſimus.

IMO VERO mi frater, inquit Iulius, non hoc eſt vagari, ſed certo in loco conſiſtere, cùm iſta de Deo, & cogitamus, & loquimur, illiusque infinitam vim bonitatis & recordatione noſtra ſæpiùs, & prædicatione vſurpamus, ſed tamen tu ad inſtitutum reuertere.

*Eſaias autem clamat ſuper Iſrael, ſi ſit numerus filiorum Iſrael, vt harena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Sermonem enim conſummans, & corripiens in iuſtitia, quoniam ſermonem compendioſum faciet Dominus in terra, & ſicut prædixit Eſaias, Si non Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, vt Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiliter fuiſſemus.*

DVO hæc teſtimonia hìc inducta ſunt, ad oſtendendum non Iſraël, nec quà Iſraël, ſed ſolos electos Dei ſaluos eſſe, & tamen ſpirat in illis fidei noſtræ myſterium. Dicit enim in Eſaia Dominus, Quantumuis numeroſus, & multus ſit Iſraël, non eum vniuerſum, ſed reliquias ſaluas fore, quod indicat, & denotat electorum ex Iſraël paucitatem. Quòd ſi Iſraëlis, hoc eſt populi Iſraëlitici ſalus, & promiſſio, & gratia propria eſſet, non reliquiæ Iſraelis, ſed vniuerſus Iſrael ſalutem inueniſſet. At quomodo reliquiæ ſaluæ? quia, inquit, Dominus eſt (hoc enim intelligendum) terminans, & corripiens ſermonem in iuſtitia: quia, inquit, ſermo Domini omiſſis tot controuerſiis, & obſeruationibus, & anfractibus Moſaicæ legis, breue faciens, quod neceſſe eſt ſalutis totam rationem in vna fidei iuſtitia ponet, atq; concludet. Nam legis iuſtitiæ, vt quæ in variis curis, & actionibus, & libidinibus humanis reb. appetendis, dirigendisq; verſantur, plures ipſæ quoque & variæ neceſſariò ſunt. Vna autẽ eſt ad ſalutem iuſtitia, quæ ſola

apta

...nihil omnino videlicet, tribuere rebus humanis, & ad ea ...na, quæ cœleſtia ſunt, ſpe, & cupiditate contendendo ſeſe ...um fiducia totum Deo permittere, qui ſermo eſt Domini, ...CHRISTVS hanc iuſtitiam veram, & ſingularem qui ob... quam ex ſola CHRISTI fide Deo donante poteſt adipiſci, ...cæteris legis iuſtitijs indiget, neq; in tot chartis, librisq; e...ndis, ſed in hoc ſolo fidei tenendo ſacramento ſpem certam ...titudinis retinet. De quo idem Eſaias: Quoniam ſermo... inquit, compẽdioſum faciet dominus in terra. Ergo illi, qui ...ael electi ſunt, reliqua omni neglecta, poſthabitaq; multitu...m hoc ſermone breui ſunt ſeruati, vel quod ſpiritu eum ſan...ctiſſi prouiderunt, & crediderunt, vel quod à Deo in eorum, ...promulgaturi illum toto orbe terrarum erant, ſemen & ſtirpẽ ...ditũ. De quo item Eſaias, Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet ...ſemen, ſicut Sodoma, & ſicut Gomorra ſimiliter cecidiſſe... quo indicat propheta vt eſſet ſemen eorum, qui verbum ...pendioſum ſuſcepturi erant, hoc eſt, vt conſeruarentur pa... eorum, qui fidem CHRISTI accepturi, atq; vt tanquã ...ad ſpem exoptatæ frugis retinerentur, icci̇rco cunctum re...m Iſrael à Deo ſuſtentatum fuiſſe. Non habet igitur Iudæus, ...rum confidat generi, & nomini Iſrael, aut cur ad promiſ...ſiones Dei tantopere attendat, quando non vt ex Iſrael, ſed ...gente, & vocante Deo quiſq; ſalutem, & gratiam adipiſci...: nec mirum eſt illam, & ſalutem, & gratiam etiam gen...fuiſſe datam.

*Quid igitur dicemus? quando gentes quæ non ſectantur iu... apprehenderunt iuſtitiam: iuſtitiam autem, quæ ex fide. ...autem ſectans legem iuſtitiæ, ad legem iuſtitiæ non euaſit. Quia quia non ex fide, ſed vt ex operibus legis.* Offenderunt *...lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion ...offenſionis, & petram ſcandali, & omnis credens in eo non confundetur.*

GENTES, quæ de iuſtitia minime ante laborabant, quæ ſo... illã rectam, & congruam eſſe exiſtimabãt, quæ eſt ani... gerere morem, & cupiditates ſuas paſcere: ita tamen vti ...vnà voluptatibus incolumitatis, & valitudinis & apud ...iores animo etiam dignitatis ratio duceretur, hæ repen... iuſtitiam, hoc eſt breuem illum ſermonem ſunt amplexæ, ...ſpes omnes è terris tranſtulerunt in cœlum, & ad Deum ...è modo commigrauerunt. Iudæi vero, qui legem iuſtitiæ ...ntur, non peruenerunt ad iuſtitiæ legẽ, quoniam in breui ſermone non crediderunt, nec vt anteferrent illum verboſæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legi Moyſis in animum induxerunt: ſed in ipſis multiplicibus, & varijs legis operibus agitati, atq; iactati, infirmasq;, & tenues conſectati iuſtitias, quæ laborem animi, corporisq; permagnũ, nullum autem fructum illuſtrem, neq; cogitationem veræ gloriæ afferebant, ab ipſa comprehenſione veræ iuſtitiæ, quæ ex CHRISTI fide eſt, aberrauere. Offenderunt enim, inquit, in lapidem offendiculi, quod certè non debebant, cum ab eodem illo Eſaia tanto ante prænunciante admoniti fuiſſent, poſiturũ Deum inter ipſos lapidem offenſionis, & petram ſcandali: qui & ſi eos eſſet à veteri lege in nouam fidem auocaturus, & ab vſitatis iudicijs, ac purgationibus, & cerimonijs legis in ſimplicem, & inauditam iuſtitiam inducturus (hoc enim erat lapidem eſſe offenſionis) quando omnis vetus mos probatus patrum, auorumq; iudicio, ac præſertim etiam authoritate Dei confirmatus, noui ritus, atque mens maiorem, illuſtrioremq; veritatem, atq; iuſtitiam non niſi à probis, & omnia æquo animo auſcultantibus hominibus ſinit agnoſci, vt maior multo pars contemptu, & contumacia quadam in ipſo ſtatim initio ab omni cura cognoſcendi, & intelligendi ſe auertat. Sed etſi nouam, & inſolitam ſimplicis iuſtitiæ legem in illo breui ſermone erant audituri, ei tamen ſi credidiſſent, fidemq; CHRISTO Domino habuiſſent, nulla eos verecundia, nulla pœnitentia erat exceptura. Nam & propheta idem ait, Et omnis credens in eo non confundetur.

*Fratres propenſio quidem mei cordis, & deprecatio ad Deum pro Iſrael eſt in ſalutem. Teſtimonium enim illis do, quòd zelum Dei habent, ſed non ſecundum cognitionem. Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & propriam iuſtitiam, quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſe ſummiſerunt. Finis enim legis Chriſtus in iuſtitiam omni credenti.*

RVRSVS Iudæos accuſaturus, qui fidem CHRISTI ſuſcipere renuebant & apud communem Romanæ eccleſiæ cœtum, in quo non pauci erant ex Iudæis credentibus cum horum ipſorum, qui crediderant, nimium tamen legis ſtudium, tum aliorum obſtinatum in non credendo animum argumentis, & authoritatibus conuellere tentaturus, ne incurrat odium, atque iram generis ſui, néue ipſe inimico potius animo, quàm beniuola voluntate aduerſus eos videatur agere, præponit indicia ſuæ in illos beneuolentiæ, vt quicquid dicturus de eis, & in eos eſt, in bonam partem ab illis potius accipiatur. Nam & propenſo ſe corde in eos eſſe dicit, & omnem pro illis deprecationem, qua ad Deum vtatur, ad ſalutem illorum ſpectare, ac pertinere, præterea dat illis teſtimonium quòd zelum Dei habeant, quòd vellent ipſi quidem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...cuperent gratum facere Deo, & ſeſe illi adiungere, atque
...are, quæ ſunt probæ, & piæ voluntatis indicia: ſed errare il-
...ea parte, quòd quo id pacto oporteat agi, non planè bene
...int. Atque hactenus quidem non eſt eorum vitium, ſi cupi-
...quidem, verum ignorant viam. Eſt enim ignorantiæ ex-
...apud æquos, dum voluntas bona adſit, venia digna. Ve-
...od iam graue illorum crimen, & inexcuſabilis eſt error,
...d ignorant, ne patiuntur quidem ſe doceri, vltroque do-
...bus, & monentibus infeſti, & intractabiles ſunt, quanquam
...illorum propriam culpam profectam ab iniquitate animi,
...contumacia non palàm, neque aperte coarguit Apoſtolus,
...m modeſtia, & humanitate ad arguendum aggreditur: Vel-
...quidem Deum, inquiens, ſed ignorant modum adipiſcen-
...uippe qui Dei iuſtitiam non cognoſcentes, & in ſua ipſorum
...a, quam ex legis ſibi operibus conantur comparare, plus fi-
...ponentes, non ſummittunt ſeſe iuſtitiæ ſummi Dei, hoc
...ipſi ex ſe fieri contendentes, ſpem bonitatis ſuæ totam
...permittunt. Non enim de illo ſic arbitrantur, etiam ſi
...ipſi partem bonitatis attulerint: illius tamen infinita bo-
..., & clementia, ſi de eo ita ſenſerint, atque crediderint, ſe
...futuros. Etenim finis legis Christvs eſt, vel vt ſpecta-
..., & propoſitus à lege, ad quem lex tota tanquam ad vlti-
..., ſummumque contenderet, vel vt legis perfectio, qui ad-
...legi, quod ex ſe lex habere non potuit. Illa enim cum
...ac beneuolentiam cum Deo in multis, & magnis la-
..., ſolicitudinibusque quæreret, non gloriam in ea re
...ſed operam, & meritum noſtrum intendebat. Fides au-
...Christvs, id in quo lex laborabat, neque aſſequi po-
...ipſa omni cum facilitate, compendioque perfecit, vt non
...tantorum obitu, neque ſudorum, ſed ſola credulitate, &
...in bonitate Dei ſalus nobis, & vita continuo pareretur.
...hæc eſt ipſa fidei iuſtitia, quæ credentibus donatur, quæ cum
...ibus ſalutem à Deo quærentibus facilior eſt, & planior,
...Dei bonitas in ea, & magnitudo ipſius gloriæ magis illuſtra-
... Nihil enim de honore diuinæ iuſtitiæ, atque clementiæ labo-
...noſtri, & opera illa ratione decerpunt, quæ tum decerperent,
...fructum ſalutis, quem percepiſſemus, non vniuerſum Deo,
...nobis quadam ex parte acceptum referremus. Ergo in lege
...inſiſtere, in eaque permanere longe nobiliorem, & potio-
...rationem inueniendæ ſalutis reijcit, & aſpernatur, gloriamq;
..., & magnitudinem illius poteſtatis, clementiæque diminuit.
...od tu Iudæe ſi ignoras, cur te doceri non pateris, & qui id o-
...dere, ac declarare tibi volunt, non eos æquo animo auſcultas?
...s itaque legis Christvs eſt, ad adipiſcendam veram, ple-

namq́ue iuſtitiam, quæ ſolum credentibus datur: ſudantibus autem, & laborantibus abſque fide eſt interclusa, quando iſti habere potius in ſeipſis volunt, quo confidant, neque inducunt animum totum Deo committere, & ſeſe illius penitus iuſtitiæ, ac bonitati ſummittere.

*Moyſes n. deſcribit iuſtitiam ex lege, quòd qui fecerit hæc homo viuet in ipſis: ex fide autem iuſtitia ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum, hoc eſt ad deducendum Chriſtū, vel quis deſcendet in Abyſſum, hoc eſt ad Chriſtum è mortuis reducendum. Sed quid ait? prope te verbum eſt in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus, quoniam ſi confiteberis in ore tuo dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quòd Deus ipſum excitauit è mortuis, ſaluus fies. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura, Omnis credens in illo, non confundetur.*

ITERVM hic comparat iuſtitiam legis cum iuſtitia fidei, & illam legis cum operoſiorem & laborioſam magis, cum Dei honori & gloriæ minus tribuentem, tum etiam haud ita veram, nec ſynceram eſſe oſtendit, vt eſt fidei iuſtitia. Quæ ergo eſt legis iuſtitia? Nempe quam Moyſes ſic deſcribit, poſtquam præceperat, quæ eſſent ſeruanda, quæ agenda, & à quibus eſſet abſtinendum: Homo, qui hæc fecerit, inquiens, viuet in his, vt & in ſuſcipiendo labor, & quòd victuri eſſemus, non Deo id, ſed labori noſtro ferremus acceptum: cumq́ue in factis, & operibus iuſtitiam conſtitueremus, in ijs eam poneremus, quæ veritatis ex ſeſe expertia atque ad ſimulationem, ac ad ſynceritatem ſunt parata. Iuſtitia vero fidei, & in ſolo corde plena eſt, & fiduciam tantummodo in bonitate Dei à nobis poſtulat, ſalutisq; noſtræ vniuerſam laudem, & gloriam vni Deo attribuit, atq; hoc etſi præclarum continuo, & euidens: tamen quoniam Iudæis inſolitum eſt, ac nouum, ſemper in ipſis operibus, & obſeruantijs legis, cura, animoque occupatis, quò illis planius id, & facilius cognitu efficiat, affert opportuniſſimum ex lege teſtimonium, in quo fidei, & iuſtitiæ ex fide imago quædam illuſtris ab eodem Moyſe eſt expreſſa, Is n. in Deuteronomio, iam ad moriendum vicinus, legemq; populo commendans, cum hortaretur omnes, vt ſequerentur rectam viam Domini, illiusq; præcepta, & mandata ſeruarent, cauerentque, ne præuaricatores, & exleges effecti inciderent in execrationes violatæ legis, tum addit, Si forte eos Deus tanquam contumaces, & minime ſibi deditos eijceret ex donata terra, ac per orbem terræ in varias gentes diſpergeret, fore vt in eandem terram reſtitu-

rus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ſet illos, ac ad priora, & vberiora etiam bona reducturus, ſi
…eſſent ipſi ad dominum Deum ſuum, toto corde ſuo, & to-
…ma ſua, continuoq; ſubiungit: Quia mandatum hoc, quod
…cipio tibi Iſrael, hodie non occultum à te, neq; longinquũ eſt,
…n cœlo eſt, vt dicendũ tibi ſit, Quis pro nobis aſcẽdet in cœ-
…, & deferet illud ad nos, atq; vt audiamus efficiet? & faciemus
…. Et nec trans mare eſt, vt ſit dicendum, Quis transfretabit
…nobis mare, & id nobis referet, facietque, vt audiamus? & fa-
…mus illud. Nanque propinquum eſt tibi maxime verbum hoc,
…re tuo eſt, & in corde tuo, vt facias illud. Si reuerſus fueris ad
…minum Deum tuum, Moyſes inquit, toto corde tuo, & tota a-
…ma tua, quod iam non operum, neq; laboris, ſed tantummodo
…lis actio quædam eſt, proxima illa tibi, atq; adeo inſita in ipſo
…ad eam ſuſcipiendam, & conficiendam non è ſummo cœlo
…trahendum tibi quicquam, neq; trans mare accerſendum ſit.
…c ſententiam Moyſis tanquam deſcriptionem, & formã veræ
…CHRISTO fidei vſurpans ſibi Apoſtolus, & in CHRISTO cõ-
…, fidem CHRISTI eiſdem penè verbis, cuiuſmodi ſit de-
…ſtrat. Non enim (ait) neceſſe eſt, ſi CHRISTO debeas crede-
…dicas in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum? quaſi CHRI-
…inde nobis deducturus, vt credamus eius è ſinu, & conſor-
…Dei patris ad homines deſcenſum & ſuſceptam pro nobis ab
…hominis carnem. Aut rurſus, Quis deſcendet in Abyſſum? hoc
…, vt CHRISTVM nobis è mortuis reducat, noſcamusque
…reſurrectionem. Non enim tanta tibi conquiſitione, nec
…circuitione eſt opus. Sed quid ait fides? prope te verbum
…ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt verbum fidei quod prædi-
…. Quodnam id cedò? Quoniam ſi confiteberis in ore tuo
…ominum IESVM, & credideris in corde tuo, quod Deus eum
…ſuſcitauit è mortuis, ſaluus fies, quo quid tibi poteſt eſſe facilius?
…promptius? Non hic labor, non opus, non diuturna, & dura
…inueſtigatio, ſed animi tantum inductio, & conuerſio
…ad credendum, & confitendum, etenim corde creditur ad
…ſtitiam. Solum enim cor iuſtificationem accipit, ſola vera eſt
…credulitas, & fides CHRISTI ſi vere ſuſcipiatur, corde ſuſ-
…, ſtatimque veram fidem diuina illa iuſtitia concomitatur,
…autem confeſſio fit ad ſalutem, eo quòd non eſt ſatis occul-
…, & compreſſum fidei verbum retinere, ſed proferendum eſt,
… in medium producendum, vt & alios doceas, ac cohortere,
… illa actio inter immanes homines, & barbaros minus et-
… libera tibi ſit, non tamen nomen Dei omnipotentis & Do-
…ni IESV CHRISTI non ore tuo celebrandum, & glorifi-
…ndum eſt, quandoquidem ſi eius apertam, & liberam confeſ-
…nem repreſſam metu contineas, habeas profectò aliud quid,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod pluris arbitrere, vel exiſtimationem inter homines. De qua Ioannes, Magis inquit, gloriam apud homines, quam apud Deũ quæſiuerunt, vel incolumitatem corporis, atq; vitam, ex quo minime verè fidem recepiſti, ſi illa tibi aut pudenda, aut pœnitenda eſſe videatur, vel certe imbecillam, & infirmam illam obtines, vt non habitura ſit perſeuerantiæ præmium, in qua præcipue eſt ſalus, ita corde credere ad veritatem pertinet, ore autem confiteri ad perſeuerantiam, & firmitatem. Quorum ex primo iuſtitia, ſanctitasq; comparatur. In ſecundo ſalus præcipue poſita eſt, quam quidem in confeſſione oris, fidei firmitatem ſignificans ſcriptura per Eſaiam ait: Et omnis, qui credit in illo non confundetur, quod eſt, intrepide, & conſtanter id aget, nec infamiam apud veritatis ignaros, aut ſupplicium apud crudeles verebitur, ſed audacter, & libere de Deo & fide CHRISTI pronunciabit, ſicut & in Euangelio CHRISTVS: Quem mei puditum fuerit coram hominibus, inquit, eius & me pudebit coràm patre meo. Quoniam autem dixit propheta, omnis qui credit in illo, non confundetur, verbum illud omnis, Apoſtolus contra Iudæorum opinionem & ſpem continuò interpretatur.

*Non enim eſt diſtinctio Iudæiq́, & Græci. Idem enim dominus omnium abundans in omnes inuocantes ipſum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus fiet.*

QVOD Iudæi arbitrabantur, gloriæque ſibi ducebant Deum cœli proprium ſuum eſſe Deum, id & alibi ſupra, & in hoc loco Apoſtolus non tam ratione quidem, quæ euidens ipſa quoque, & manifeſta eſt, quàm authoribus prophetis confutat, qui diuitias bonitatis Dei omnibus hominibus affatim ſuppetere intelligentes non reſtrinxerunt earum largitatem, & affluentiam in ſolis Iudæis. Itaque & Eſaias dixit, Omnis qui credit in illo. Et Ioël, Omnis qui inuocauerit nomen eius. Quo quidem loquendi modo vterque Græcos à Iudæis non diſtinxit nec ſeparauit, nec vero in lege, aut in operibus legis, ſed in fide, & confeſſione, quæ eſt diuini nominis inuocatio, ſalutem noſtram poſuit, quaſi duorum prophetarum coniuncto teſtimonio affirmans, quod ante dixerat, Corde credi ad iuſtitiam, ore autem confeſſionem fieri ad ſalutem.

*Quomodo igitur inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autẽ credent in eum de quo non audierunt? Quomodo autem audient abſq́ prædicante? quomodo vero prædicabunt, niſi miſſi fuerint? ſicut ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? At non omnes obedierunt Euangelio. Eſaias enim dicit, Domine quis credidit auditui*

*...stro? Ergo eſt fides ex auditu, auditus autem per verbum ...: ſed dico an non audierunt? Imò in omnem terram exiuit ...norum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

QVOD ſtudium Dei, zelumq; Iſraëlitæ habebant, paulò antè ... Apoſtolus, verum non recta cognitione in eo ſe gerebant. ...bant enim in pluribus. Primum quòd iuſtitiam fidei non ...ebant, quæ & facilior multo, quàm illa legis, & præſtantior ..., ac Dei gloria dignior eſt. Deinde quòd Deum cuncto... dominum ad ſuam ipſorum vnam nationem contrahebant, hoc quoque illius maieſtati, & nomini derogantes, deinde ... gentes cæteras præ ſe contemnebant, & veluti pollutas ...nabantur, nequaquã ne in hoc quidem imitantes clemen... & bonitatem ſummi Dei, cui ſe deditos eſſe fatebantur, qui ...iorum operum, & effectorum fructus ac commoditates, ita ...pſum omnibus propoſitum, atq; appetitum eſſe vult. Ete... ...ſe ſolem ſuum, & ſydera, & rores ac pluuias omnibus ho...bus communes iubet eſſe. Poſtremò, quòd multis rebus, & ...teſtimonijsque admoniti, ea, quæ ignorabant, minimè ...ligere, ſed per contumaciam, & nequitiam animi ignorare ...perſeuerabant. Ac ſuperiores quidem ignorantiæ venia ali... ...fortaſſis dignæ, hæc vero poſtrema inexcuſabilis omnino ... Totiens igitur rationibus, argumentisque edocti totiens ...betarum conuicti teſtimonijs, nequaquam adhuc dimiſſa ...dicendi pertinacia, vt ſe ad omnia ſigillatim opponebant: ...ponentibus ad ſingula reſpondet Apoſtolus, denſe, & com...ſe quidem, ſed vt ſit illius nobis ſententia latius explican... ...ſunt ſanè iſta omnia dubitata, quæſtionesque Iudæorum ... Apoſtolos CHRISTI hortantes, vt acciperent nomen Domini, & inuocarent illud, atque in vna illa inuocatione ſpem ...rum ſalutis ſuæ ponerent, quàm in elaboratis, atque fuca... operibus legis, quemadmodum & à CHRISTO edocti fue...runt, & ab ipſis tunc docebantur. Opponebant enim illi contra Apoſtolos cum alia multa quidem de lege, & operibus legis, & ... Deo peculiari ipſorum Deo, Abraamque primo Iudæorum ... electo Dei, cui, & ipſius generi ſoli factæ eſſent à Deo tan...rum rerum, donorumque promiſſiones, & ſimilia pleraque, quæ cuncta toto decurſu Apoſtolici ſermonis vſque adhuc diſſo...luta ſunt. Nunc illud item opponunt, quod ad cõuerſionem im...mis gentium pertinet, quas ſub illo verbo, Omnis Ioëlis Pro...phetæ ſcriptura comprehendit, quà ille dicit, Omnis qui inuo...cauerit nomen Domini ſaluus fiet. Ad eas enim miſſos à Deo A...poſtolos Iudæi non credentes ſic contradicunt, & argumentan... ſecum nec inuocari poſſit Dei nomen illius, in quem nõ cre-

ditur, nec in eum credi, de quo nihil audiatur, nec audiri vero niſi prædicetur, ſed nec prædicari, niſi is, qui prædicat, à Deo ipſomet huic prædicandi officio delegetur, in hoc extremo eſſe hæſuros, neque ante ad habendum fidem de vocatione gentium ſeſe acceſſuros, quàm planè nouerint delegatos à Deo eſſe iſtos, qui nouæ fidei regulam nominent Euangelium. Huic enthymemati in ipſo quoque extremo, & tanquam nodo dubitationis occurrit Apoſtolus, Eſaiam ſtatim aduocans, ſic dicentem, Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Videndum enim eſt, inquit, quid nos tandem annunciemus, planè pacem, non tantum inter homines, ſed cum ipſo Deo? nimirum bona, non interitura, & fugacia, ſed ſolida, & ſempiterna! Quæ porò habitus noſter? quæ ſpecies annunciandi? diſcurrimus per omnes gentes, nuſquam domicilium ſtabile retinemus, vagamur, peragramus, in hoc vnum opus intenti, atque addicti, vt hominibus amicitiam cum Deo conciliemus, vt vitæ æternæ omnium mentibus, ac voluntatibus, ſpem, deſideriumq́; inſtituimus. Qui ergo ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, niſi eorum qui & pacem illam, quæ tutiſſima, & tranquiliſſima eſt, & bona ea quæ præſtantiſſima omnibus hominibus annunciant, & prædicant, quiq́; quod item à Propheta prædictum eſt, à gentibus iam audiuntur, & ad cultum veri Dei nationes exteras adducunt, qui orbem terrarum pedibus aſſidue perambulantes, nullo vſquam vt proprio in loco commorantur, qui ſi & à Propheta pronunciati, & à Deo miſſi ſunt, ſpecioſi, & bonorum Euangelium prædicauerunt, ſi id non iam immotum, immemoratumque fecerunt, ſi fidem omnium etiam gentium ad credendum prouocauerunt, credatur iam nomen domini à Iudæis, & inuocetur. Ita quod Iudæi à primo ad poſtremum ſe deducebant, vt in poſtremo ipſo inſiſterent, arcemque inibi ſuæ iniquitatis & pertinaciæ facerent, ipſa illorum arce capta, & ſolo æquata Apoſtolus à poſtremo ad primum facili curſu probationis redarguendo peruectus eſt: nec tamen adhuc deſiſtit contentio, ſemperq́; molitur aliquid peruicacia, vt ne optimis vitandis tionibus acquieſcat. Reſiſtunt enim rurſus Iudæi, atq; obiiciunt, Si vos à Deo miſſi, & à Propheta prædicti Euangelium Dei annunciatis, cur non credunt omnes euangelio? Quos refutat e veſtigio Paulus, ſcripturam illis prætendens, & inquiens, Nunc vos Eſaiam Prophetam à Deo miſſum admittitis? Cur ergo ille dicit, Domine quis credit auditui noſtro? Quòd ſi neceſſe eſſet ab omnibus credi, quodcunque Apoſtolorum, & Prophetarum præconio à Deo eſſet denunciatum, non ſic verba illa poſuiſſet. Atqui illi etiam minus, quàm nobis credebatur. Illius enim monita, & præcepta non modo nihil quicquam Iudæis proferentes,

ipſi vltro præcipienti, & monenti fuere exitio, nos & multos mentes ad cognitionem Dei trahimus, & ſi pro CHRIſti fide obeunda mors ſit, non illam nobis exitio, ſed ſaluti, & æterni fore confidimus. Verum idcirco nō neceſſe eſt ab omnibus audiri verbum Dei, & ſuſcipi, quia fides, & credulitas hominis arbitrij, & liberi animi eſt. Reſtabat ergo, vt qui parati ad credendum eſſent, præconium Euangelij auribus perciperent, vt ex auditu ipſo verbi Dei fides in illis conſtitueretur. Cui etiam rei abunde, & largiter prouiſum eſt. Siquidem in omnem terrã exiuit euangelizantium ſonus, & in omnes fines terræ verba eorum, niſi quod Iſrael ſolus non audiuit, qui non modo in recentibus præconiis Apoſtolorum, & in Euangeliſtarum, verum & in prædicationibus, ac vaticinijs legis, & prophetarum tritas iam habet aures ad exaudiendum ſi velit, & ſtatim intelligendum ſonum Euangelij, de quo Apoſtolus proſequitur.

*Sed dico num non cognouit Iſrael? primus Moyſes dicit: Ego ad æmulandum prouocabo vos in non gente, in gente ſtulta irritabo vos. Eſaias autem audacter agit, & dicit: Inuentus ſum à non me non quærebant. Manifeſtus factus ſum iis, qui me non interrogabant. Ad Iſrael autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non obedientem, & contradicentem.*

GENTES, inquit, ex hoc tempore audiuerunt, & nouerunt Euangelium, Iudæi ex priſcis temporibus. Primus enim Moyſes, deinde Eſaias prædicant illud, atque oſtendunt. Nam in Deuteronomio Deus iratus Iſraelitis, quòd ſe in falſis dijs illi ad iram prouocaſſent, & in vanitatibus irritaſſent, voce Moyſis ſic de eodem populo pronunciat. Quod eum viciſſim eſſet ipſe in nō gente ad æmulationem compulſurus, & in gente ſtulta ad iram prouocaturus, quod nūc eueniebat, cum & gentes à Deo in gratiam reciperentur, & eam rem Iudæi valde iniquo animo paterentur: Eſaias autem apertius loquentem Deum inducit, & de gentium vocatione atque applicatione ad ſe. De Iudæorum vero inſolentia, & incredulitate ſic diſtinguentem, Inuentus ſum ijs qui me nō quærebant: Manifeſtus factus ſum ijs, qui me non interrogabant. Et hoc videbantur vtrunq; Iudæi facere, & quærere ſemper Deum videri, per functiones, operationesque legis, & illum illiusque mandata cognoſcere. Qua de re Barachias: Beati ſumus ô Iſrael, inquit, quoniam quæ placita ſunt Deo, manifeſta ſunt nobis. Et horum tamen illi effecerunt, ſed gentes, quæ nullum antea laborem, nullam ſolicitudinem, atq; curam ad quærendum Deum inueniendumque adhibuerant, quæque in omnia contraria Deo ſtudia diuerſæ abierant, ſtatim, & facilè oblato ſibi Deo ſe totas

ad illum

ad illum contulere. Breue enim compendium verbi Dei, non longos illos logos legis didicerunt. Iſrael vero, qui anfractus, & circuitiones præceptorum, ac operum ſectatus eſt, non modo ad vtilitatem & fructum ſummi præcepti non peruenit, qui fuit CHRISTVS, verum ne paſſus quidem eſt, ea de re admoneri ſe, & doceri. De quo idem apud Eſaiam Dominus; Tota die expandi manus meas, inquit, quod amantis eſt, & paterno animi affectu in ſinum, & complexum ſuum inuitantis Dei, imagoque in eo è cruce pendentis CHRISTI prorſus expreſſa. Expandi manus, inquit, ad populum non parentem & contradicentem, quod eſt non leuitate ſolum, & vecordia quadam auerſum, ſed prauitatem etiam, & per contentionem mihi ſe opponentem. Ex quibus omnibus tum Prophetarum teſtimonijs, antiquæque legis authoritatibusque Euangelij præclaris, & illuſtribus doctrinis, atque euentis, tum gentium facilitas ac obedientia ad obtinendam Dei gratiam, tum peruerſitas Iudæorum ad eandem amittendam merito valuiſſe cognoſcitur, iureque illæ aſſcitæ in nomen, & genus filiorum Dei, hi eiecti, & repudiati ab eodem Deo intelliguntur, neque Iſrael tamen ipſe vt Iſrael repudiatus eſt. Sic enim loquitur.

*Dico igitur, num repulit Deus populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraæ, tribu Beniamin, non repulit Deus populum ſuum, quem præcognouit. Nam ſcitis in Helia quid dicit Scriptura? Quemadmodum alloquitur Deum aduerſus Iſrael, dicens? Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua euerterunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit ei oraculum? Reliqui mihi ipſi ſeptem millia hominum, qui non flexerunt genu ſimulacro Baal. Sic igitur & in hoc tempore reſiduum ſecũdum electionem gratiæ fuit. Si autem gratia non iam ex operibus, quoniam gratia non amplius eſt gratia. Si autem ex operibus, non iam eſt gratia: quoniam opus non amplius eſt opus.*

EOSDEM Iudæos Apoſtolus, quos videbatur penitus a Deo repulſos, atq; abiectos oſtendere voluiſſe, rurſus nunc reſtituit, vt intelligatur non ipſum Iſrael, neq; ſemen Abraæ fuiſſe a Deo repulſum, ſed qui ex illo genere, illaque natione aduerſus ſidem Chriſti contumaces perſtitiſſent, fiduciamq; ſpei ſuæ in ſeipſis potius, & in operibus legis, quam in Dei gratia ponere perſeuerassent, hos eſſe, qui cecidiſſent ex gratia, & beneuolentia ſummi Dei, neq; amplius in promiſſionibus ad Abraam factis comprehenſi eſſent, exemplo ex ſeipſo probat. Non populum, qui antea

popu-

lus Dei appellaretur, neq; ſemen Abraæ à Deo eſſe eiectum,
doquidem ſi ita eſſet, & ipſe qui eſt ex illo ſemine, eiectus
fuiſſet, ſed de illo populo ſaluos fuiſſe, quos prænouiſſet
Quæ quidem cognitio in eum modum accipienda eſt, quo
in ſcripturis. Nam ſi ſimpliciter cognoſcere accipiatur,
planè Deus cognoſcit & bonos, & malos. Si vero illa co-
animorum eſt coniunctio, & beneuolentiæ indicium, ſo-
Deus cognoſcit bonos, quem in ſenſum dicitur, Ego cogno-
meas, & cognoſcunt me meæ, & ex contrario, Diſcedite à me
operarij iniquitatis; quia ego non cognoui vos. Hac ita-
ratione poſitum in hoc loco eſt: Non repulit Deus populum
quem præcognouit. Et ſupra, Quos præcognouit, hos &
finiuit. Ac præcognitio quidem (decet enim occurrere
initio ſtatim dubitantibus, & viam facilem ad intelligen-
reddere) præcognitio, inquam, Dei futuram hominum pro-
nem, & quaſi parabilitatem quandam ad credendum, &
dum Deum prouidet. Prædiffinitio vero tota gratia Dei eſt,
quicquam in illa noſtræ operæ ineſſe, aut partis intelligi-
Nam quòd ego facilis voluntate, & animo paratus ad fidem
accipiendam ſum, mei eſt illud iudicij, & mei liberi ar-
idque ante omnia tempora præuidit in me & præcognouit
Sed hoc nihil etiam nunc eſt, doctor accedat oportet, &
recti demonſtrator, qui mihi portũ ſalutis, & vitæ oſten-
Neque tamen hoc etiam ſatis. Volens enim & cupiens viam
inſiſtere, & ſtationem tenere eam, quæ mihi felix, & tu-
propoſita, multis tamen ab ea mente periculis, multis ob-
voluptatibus, multa denique cum iucundarum, tum mole-
rerum varietate abſtrahor, atq; auertor. Ergo his tot ma-
tisque diſcriminibus, quæ imminent in nos vndique, nos-
turbant, & auferunt, nobis ipſis opem fert Dei voluntas,
diffinitio, quæ gratiæ tota eſt, quæ id, quod noſtrum ſolum
mentis ſcilicet & inclinationem liberæ voluntatis tot
muneribus veſtit vndique, & cõfirmat, vt quod eſt ex no-
minimum quiddam ſit, nec meriti rationem vlla ex parte ob-
Illa vero Dei liberalitas, & prædiffinitio integram in ſe
tinet totius gratiæ laudem. Iſta ergo prædeſtinatio, & Dei
ſeptem illa millia virorum ſibi ipſa conſeruauerat, qui vel
impij metu, vel exemplo tribulium, & popularium ſuorum
bona erga Deum voluntate eſſent, ſtatuam tamen Iouis ad-
ſſent, niſi illorum imbecillos animos, & infirmas mentes
& electio Dei corroborauiſſet, quæ gratia omnis quidem
Deo eſt, donumque eius liberale, & proprium, quod nulo
noſtra parte merito, ſed à diuina beneficentia totum profici-
Sed vt redeamus ad exponendum, Non repulit Deus po-
pulum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pulum ſuum Iſrael, vt Iſrael, & ſemen Abrahæ, vt illius ſemen, ſed gratiam Dei non agnoſcentes, & in lege operibusq; pertinacius hærentes, nos nimirum repulit, qui ſi ex tanto hominum numero, ac frequentiſſima natione forſitan pauci eſſe videamur, regredere animo, & cogitatione ad præterita, & intelliges non ſolum in CHRISTI fide accipienda, ſed in veteri lege ſeruanda paucos tum quoque à Deo fuiſſe diffinitos. Etenim ſic ipſemet grauiter accuſanti populum Iſrael Heliæ reſpondit, ſe reliquos adhuc feciſſe ſibi ſeptem millia virorũ, quæ ante Iouis ſimulacrum genua non incuruauerint. In quo animaduerte gratiam quòd ſibi ea ipſe fecerat reliqua, & intuere paucitatem, quòd ex innumerabili populorum multitudine ſeptem tantum millia ſalua facta ſunt. Sic, inquit Paulus, in hoc tempore, quod è populo Iudæo ad fidem CHRISTI acceſſit, reſiduum eſt ex multitudine reliqua, quod per electionem gratiæ Dei effectum eſt ſaluum. Sicut enim tunc illa ſeptem millia ope, & patrocinio ſuo Deus ab errore continuit: ſic hoc tempore & Apoſtolos primum, ac diſcipulos reliquos, quos CHRISTVS adhuc viuens ſibi ipſe delegerat, & deinde poſt CHRISTI mortem exurrectionemq; prima illa tria millia, ac deinde alia quatuor millia, poſtea etiam alia quædam millia, quæ Deus præcognouerat, & ſibi ipſe delegerat, ac patrocinium ſuum iam inde æterno ex principio ſuſceperat per electionem diuinæ gratiæ ex innumerabili multitudine non magnus hominũ numerus ad fidei, & ſalutis portum perductus fuit, non ex operibus ipſorum, quod quidem aduerſus Iudæos opponitur. Quoniam gratia, & donum Dei nõ ex operibus eſt, inquit, non inquam, ex operibus eſt gratia, neque illa, quæ æterno ex principio eligendo, ac prædiffiniendo antecedit, nec vero quæ poſt productos nos in naturam protegit ſemper & comitatur. Nam ſi operib. dona Dei tu promeritus ſis, euaneſcit ſtatim gratia, totumq́ue, quod tibi à DEO datur, non tibi donari ab eo, ſed reddi potius videtur, in quo tu vt iuſtitiam & virtutem tuam conſtituas Dei liberalitatem, gloriamq́ue extinguis. At hæc vera eſt virtus, & benignitas, & gloria ſummi Dei, gratis conferre munus ſuum, & bonitatis ſuæ magnitudinem in propria liberalitate, beneficentiaq́ue conſtituere. Gratia porrò, & opus ſic inter ſe contraria inſociabiliaq; ſunt, vt ſi ex operibus, non iam amplius gratia ſit gratia. Si autem ſit gratia, opus iam amplius opus non eſt. Non enim vtrunque ſtare poteſt ſimul, ſed alterutrum tantum adeſſe neceſſe eſt, idq̂ue incomitatum ab altero, atque ſolum.

*Quid igitur? quod quærit Iſrael, hoc non eſt potitus, electio autem potita eſt, reliqui vero cæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures,*

*..., vt non audiant vſque in hodiernum diem. Et Dauid di- ... Fiat menſa eorum in laqueum, & in captiuitatem, & in ...dalum, & in retributionem ipſis: Obſcurentur oculi eorum ...deant, & dorſum illorum ſemper incurua.*

Qvid eſt igitur, quod concludo, & ſtatuo? hoc, inquit, quòd ...od quærit Iſrael potitus eo ipſe non eſt, electio autem eſt ... Aſt quamobrem non potitus? nónne volebat? non cona- ...? non ad Deum ſtudio, & voluntate ſe ferebat? nónne hi, ...iuſcemodi exiſtunt, illi ipſi ſunt, quos præcognitos antea ...ſibi ipſi ſolet diffinire, atq; eligere peculiares? Cur ergo iſti ...ectione non ſunt comprehenſi? Quoniam ſibi ipſi nimium ...ſi ſunt, quoniam & ſi illi Deum verum quærere ſe prædica- ..., illum ipſum tamen externis, atque alienis operationibus, ...puro, neque humili corde quæſiuerunt, quæ eſt via quæren- ..., & inueniendi Dei vnica. Cuius rei cognitionem illi cum ſe ...e tenere, & ſcire arbitrarentur, opinione ſui elati, ac tu- ..., cæterorum doctrinas, & monita ſunt aſpernati, neque id ..., ſed docentibus quoque ipſis, & recta monſtrantibus inſe- ... inimici intractabilesque extitere, electi vero finis eius, qui ...ebatur, ab vniuerſo Iſrael pauci homines videlicet, & ex ... numero reſidui, ac reliqui per gratiam Dei potiti ſunt, ... Deum corde bono, & voluntate appeterent, monſtran- ...iam ad eum perueniendi attento, & facili ad obtemperan- ...imo auſcultauerunt. Non enim opinionem ſuimet, & de ... ſuaque ſcientia, ac doctrina ſupetbam perſuaſionem tan- ... murum oppoſuerunt rectiora admonentibus. Sed cum & ... operum legisque obſeruantias, ad Devm interea niteren- ...iore ſibi, & tutiore multo fidei via demonſtrata, liben- ... prompte in eam ſe dedere, cum illi inflatiores, ſibique ipſis ... in modum chari, atque iucundi in vetere inſtituto ma- ... obſtinati, nec rationem vllam aduerſantem opinionibus ... auribus modo admittere ſuſtinerent. Etenim eſt hoc præ- ..., & maximum inter probas animas, prauasque diſcri- ..., quòd qui faciles ductu ad Devm ſunt, vbi vllum de Deo ... proferri verbum, extemplo attenti, docilesq; expectant, ... quid exponatur quod ipſis queat eſſe doctrinæ, ac emolu- ..., quodque in eis pietatem, & ſtudium Dei adaugeat, idque ...modi inueniant, gratantes, ac læti in cordibus ſuis repo- ... Qui vero agunt ſecus, qui ſuimet opinione inducti viden- ... ſibi valde eſſe ſapientes, vt non doceri ipſi ab vllo velint, ſed ... ſemper docere: hi nomen Dei, quod in ſermonibus vſur- ..., non ad ipſius Dei gloriam, ſed ad ſuam ipſorum ambitio- ..., quæſtumque conuertunt, ideoque maximè, in operibus

verſantur exterioribus, legemq́ue ſcriptam mordicus tenent, neque in illo inteſtino, occultoq́ue homine vere requirunt Deum, quod ſi facerent, cum ipſi intus humiles eſſent, tum cuilibet benè ſuadenti ad obtemperandum parati, & dociles, ſed in eo qui cernitur, oculiſq; eſt homo expoſitus, quaſdam tanquam Deum colentium ſimilitudines appingunt. Cui porrò externo homini inter homines cæteros ſe oſtendenti doceri, ignominiæ eſt, caſtigari conuitium, refelli autem, & coargui iniuria morte acerbior. Enimuero qui tales ſunt, cum videantur Deum quærere, Deo tamen non potiuntur. Atque hi ſunt, qui ne putentur egere aliorum monitis, falſum ſuum potius cum pertinacia defendunt, quàm aliorum verum amplectuntur. Inimici omnibus à ſe diſſentientibus, qui non modo alienam doctrinam aſpernantur & contemnunt, ſed ipſos quoque doctores acerbo & capitali proſequuntur odio. Quemadmodum Iudæi & in CHRISTO antè fecerunt, & tunc in Apoſtolis CHRISTI, ipſoq; præcipue Paulo faciebant, quos cæcatos fuiſſe dicit Apoſtolus, eo quòd illis vana, & arrogans de ſemetipſis perſuaſio aciem mentis illis, animique oculum occæcauerat. De quibus Eſaias: Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt ne viderent, & aures vt ne audirent vſque in hodiernum diem. Quod poſtremum adiectum ab Apoſtolo eſt, vſque enim eius ad ætatem Iudæi in eadem manebant cæcitate, & ignorantia. Sed & hæc ipſa Eſaiæ ſententia non ex vno Prophetæ loco decerpta eſt. Atque hic ſpiritum compunctionis Eſaias ſtimulos inuidiæ, & obtrectationis voluit ſignificare, qui pungunt eos maximè, & fodiunt, quos gloriam apud homines, exiſtimationemq́ue quærentes in eo maxime ambitio, & liuor male habet, quòd quam ipſi opinionem, & laudem ab hominibus quærunt, alios melius vident, non id cogitantes, atque ſpectantes adipiſci, qui quidem ſtimuli eiuſmodi ſunt, vt oculos, & aures ad intuendam, audiendamq́ue veritatem nunquam ſuo ſinant vti iudicio. Porrò hos illis ſtimulos per occaſionem dedit Deus, non dedita opera in illis inſeuit, ſed dum clarat, & ſubuenit ope diuina conatibus eorum, qui vera cum charitate, & ſynceritate prædicant verbum vitæ, idq; non ad commodum, neque ad vtilitatem propriam, ſed ad audientium fructum, ſalutemq́ue conuertunt. Horum ex ipſa contentione & comparatione cor æſtuare maleuolentia, ſtomachus odio repleri, [illegible] rabie quadam inuidiæ, obtrectationiſque accendi, vt ſæuirent dentibus in Apoſtolos, vt plagis & contumelijs appeterent, ſeditionibuſq́ue agitarent, omnia denique permiſcerent, quo ne illis eſſet in eis ciuitatibus locus, in quibus ipſi ab incolis & quæſtum ſibi, & ſapientiæ opinionem aucuparentur. Atqui tales ſemper Iudæi & vetuſtioribus ſeculis in patres, atque Prophetas, & tem-

pore

...poſtremo in Apoſtolos extitere, hodieque adhuc ſunt ijdem ... pleni perfidiæ ſcilicet, & iniquitatis, quo animi morbo ...agentur, neq; oculis rite vtuntur, neque auribus. Quòd au... ſpiritum compunctionis hoc loco, ſtimulum inuidiæ deno... Eſaias, audi & Dauid ad Dominum loquentem, Vt pſallat ...gloria mea, & non compungat. Quæ pſalmographi ſenten... declarat gloriam eam, quæ in vnoquoque ad Deum referatur, ...ſtimulos non ſentire. Si autem ad ſeipſum quis referat, ... Iam & de eiſdem Iudæis Dauid, Fiat menſa illorum in la... Quod quidem non imprecantis eſt, ſed quæ futura ſunt, ...dentis Prophetæ. Atque hæc illis menſa, bona ſunt ſeculi, ...illi imprimis expetunt, & quorum amore correpti incidunt ...queum, & in captiuitatem, & in offenſam, ſiue hic ſpirituali... ...ſumus intelligere in amiſſionem gratiæ ſummi Dei, ſiue ...tam corporaliter, quòd propter bonorum mundanorum ſtu... ...auerſi à Deo, & ab eo in captiuitatem gentium, & ſeruitu... ...traditi, ne adhuc quidem oculos aperire ad perſpiciendum ...nec eos attollere ad intuendum Deum poſſunt.

Dico ergo: *Num offenderunt vt caderent? abſit, ſed ipſo... ...caſu ſalus eſt gentibus in prouocando ad æmulationem ... Si autem caſus ipſorum, diuitiæ ſunt mundi, & diminutio ...rum, diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo ipſorum?*

CALLIDE, & ſancte in verbis Apoſtolus licet Iudæos conſo...leatur, gentibus tamen totam laudem aſcribit, plectitque ...quandam relationē, vt & Iudæis, & gentibus conſerta ..., & communicata, fidei, & ſalutis vtilitas appareat. Non ...Iudæi, inquit, cum offenderunt, & in peccatum lapſi ſunt, id ...tantum eſt, ipſi vt caderent: ſed illud magis euenit, id... ...a Deo magis prouiſum ſpectatumque eſt, vt lapſus eorum ſa... ...mundi exiſteret. Nam illi & in CHSISTO IESV cruci affi... ...redemptionis humanæ myſterium abſoluerunt, & in fu... ...exterminandisq; Apoſtolis fidei verbum in omnes gentes ...minauere. Errauerunt igitur, non vt ipſi caderent, ſed vt cæ... ...illorum error conſeruaret. Et rurſus, quoniam illi ſua culpa ...idonei effecti ſunt ad agnoſcendam fidei CHRISTI ve...tem, cum intuerentur tanto eam ſtudio à gentibus adſciſci, ...probari, æmulatione quadam & ipſi prouocati ad inſpi...dam rem, ac melius conſiderandam ſe referrent, ex quo in ...poſtea ſalus poſſet à gentibus redundare. Ita Iudæorū lapſus, ...error gentibus quidem recta, & ipſo primo progreſſu pro... ... à gentibus autem in Iudæos, tanquam ex repercuſſu reſi... ...poterit prodeſſe. Quod ſi caſus ipſorū, diuitiæ ſunt mundi, ſi

quod illi obtruſi, & imminuti, ac tanquam bonis ſuis ſpoliati ſunt id gentibus ad opitulentiam ceſſit: quanto magis ſi ipſi quoque acceſſerint, & ad exemplum gentium ſe conformauerint, vt CHRISTVM, & fidem CHRISTI illarum exemplo prouocati accipiant, hoc gentes faciet gratiæ apud Deum, & meriti locupletiores?

*Vobis enim dico gentibus, inquantum quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum glorifico, ſi qua prouocem ad æmulationem meam carnem, & ſeruem aliquos ex ipſis. Si enim abiectio illorum reconciliatio mundi eſt, quæ erit aſſumptio? niſi vita ex mortuis? Si autem primitiæ ſanctæ, & [illegible]uus: & ſi radix ſancta, & rami. Quòd ſi quidam ex ramis fracti ſunt, tu vero cum oleaſter eſſes, inſitus fuiſti illis, particepsq́ radicis, & pinguedinis oleæ factus, ne inſultes ramis. Si vero inſultas, non tu radicem fers, ſed radix te.*

QVOD tantum laudis attribuerat gentibus, & tam acriter ac varie coarguerat Iudæos, vtrunque nunc volens ad temperamentum quoddam redigere, gentibus ſe teſtatur, ea dediſſe præconia, vt quoniam ipſe gentium eſſet deſtinatus Apoſtolus, miniſterium imprimis ſuum cohoneſtaret, in quo & gentium ſibi allicit beneuolentiam, quatenus earum ſe proprium miniſtrum dicit, & excuſationem ad Iudæos comparat, qui non æquo debeant pati tantum eum tribuere gentibus, cum his ipſe officio, & munere prædicandi ſit addictus. Neque tamen omnino Iudæos ſuos contemni vult. Adijcit enim non ſolum ſe collaudare gentes, vt honeſtet miniſterium ſuum, ſed etiam ob eam rem, vt laudibus illis carnem ſuam, quod verbum affectum amantis in ſe habet, pluſque continet, quàm gentiles, quàm neceſſarios, quàm cognatos, ad æmulationem eiuſdem accipiendæ fidei prouocet, & quo pacto aliquos illorū queat conuertere, & ſeruare. Qui ſi ob incredulitatem à Dei gratia repulſi, & abiecti: conciliationem tamen mundo cum Deo attulerunt, quid facient aſſumpti ad eandem fidem, & in Dei gratiam, ac beneuolentiā reducti? Nonne videbuntur per vos quodam quaſi miraculo ô Gentes, ex mortuis iterum redditi viuentes? Quod alto profectò [illegible] in laudem gentium profert Apoſtolus, innuens vim fidei [illegible]. [illegible]rum enim per incredulitatem abiectio vobis per fidem [illegible] Dei contulit, nónne aſſumptio eorundem maiorem vobis gratiam eiuſdem Dei afferet? cum iam hāc in vobis fidei potentiam cognituri ſitis quòd ex mortuis eſtis facturi eos viuentes. At ne forte videantur dici repugnantia, ſi reiectio Iudæorum [illegible] mūdi, quî poſſet idem eſſe redintegratio, intelligendum eſt, non

eadem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m modo reiectos ſalutem mundi fuiſſe, & futuros aſſum-
…, ſed vt reiectio per occaſionem locum, & acceſſum præbuit
…ibus, ſic per exemplum, & æmulationem fides Gentium Iu-
… vt reſipiſcant, occaſionem eſt allatura: quo in vtroq; conſi-
… Dei, & ex malis bona, & bona item ex bonis producentis,
…ium ſummumque cernitur, & vbique ſemper extat ipſius
…, & gratia. In gentibus verò ipſis, atque Iudæis, quod ex fa-
…tium exoritur ad incitationem, & prouocationem Iu-
…um, id in gentibus quidem virtutis & meriti ſpeciem ali-
… præ ſe fert, in Iudæis autem penitus nullam. Ac vt repu-
…nim, quam diximus, melius diſſoluamus, non hæc aſſum-
…iuſmodi, quæ Iudæos antè reiectos recipit, ſed ſi illi ſtatim
… ad CHRISTVM ſe contuliſſent, neque commiſiſſent,
…obrem rejicerentur, ſaluti id, & lucro, & locupletationi
…di fuiſſet aduerſatum. Incluſo enim in Iudæa fidei CHRI-
… myſterio, vel nequaquam, vel ſerius ad gentes Dei liberali-
…, & gratia ſe effudiſſet. Atq; his dictis, ne omnia gentibus tri-
… videatur, procedit Apoſtolus ad ornandum genus ſuum
… laudibus, quæ non in ipſos tamen, ſed in patres ipſorum, &
…notem generis, nominisq; redundent, quò acceſſionem et-
…orum ad fidei cultum iure amplificaturam mundi diuitias
…. Si primitiæ, inquit, generis mei ſanctæ fuerunt, & acer-
… ſanctus, & ſi radix ſancta, ſancti & rami, duabus ſimilitu-
… volens denotare familiam illam, quæ ex authore generis
…, atq; ſancto producta ſit, etiam ſi non ſuis ipſa operibus
… inueniatur, parentum tamen cauſa in honore eſſe debere.
… gentes laudatæ à Paulo, atq; dilectæ minoris fortaſſe æſti-
… Iudæos, quàm par ſit, in ſecunda illa ſimilitudine radicis,
… inſiſtens, egregiam texit argumentationem, quamob-
… Iudæis deferendus honor, & natio tota in aliqua exiſtima-
… habenda eſſe videatur. Quandoquidem illa tanquam oleæ
…, gentes verò reliquæ tanquam oleaſtri, quæ in veram, &
…lem oleam inſitæ, omnem ſuæ in melius mutatæ conditio-
…gnitatem ex aliena radice, & planta accipiūt. Ac ſanè opor-
… vera olea defringi ramos, ſi ramos alios oleaſtri in ea inſe-
…. Neque enim fuiſſet peregrinis, & adſcititiis ſurculis lo-
… naturales, & domeſtici in ſua arbore integri permanſiſſent.
…tamen habet vim iſtam inſitio, vt qui ex aliena arbore inſi-
… ſunt, radicibus, & viribus hoſpitæ arboris ſuſtineantur,
…antq; in eandem totius corporis qualitatem. Itaq; radix,
…ta Hebraici generis ipſa eſt, quæ ſuccum, & vim nouis ſup-
… ramis, vt fructum deinde illi ex ſeſe iuſtitiæ per fidem
… efferre. Eſt enim radix Abraam, & Dauid, truncus CHRI-
…, ſuccus verò, & ſpiritus, fides ipſa, ac iuſtitia. Atq; ibi ar-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

boris totius author, & propagator Deus. Non ergo contemnenda arbor in ramis ſuis, quæ in radice, & trunco tanto honore digna eſt.

*Dices igitur, defracti ſunt rami, vt ego insererer, probè: infidelitate ſunt defracti. Tu autem fide ſtetiſti, ne altè ſapias, ſed verere. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne quà & tibi nec parcat. Aſpice igitur bonitatem, & ſeueritatem Dei: in cadentes quidem ſeueritatem, in te autem bonitatem. Si permanſeris in bonitate, quoniam & tu excideris: & illi vero, ſi non permanſerint in infidelitate inſerentur. Potens enim eſt Deus rurſus inſerere ipſos. Si enim tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & præter naturam inſitus in bonam oleam, quanto magis hi ſecundum naturam inſerentur in familiari olea?*

PERSTAT in ſimilitudine inſitionis, & arboris, illudq; diſcrimen, & iudicium ſummi Dei, quo Iudæos ille excidit è vera olea, & gentes ex oleaſtro abſciſſas in ipſam veram oleam inſeruit. Nec Iudæis, neq; gentibus, ſed fidei dicit, & infidelitati ſuiſſe datum: vt Iudæi quorum radix, & planta bonæ arboris propria, ac domeſtica erat, tanquam ſtolones, & rami inutiles abſciderentur, proptereà quòd non vtebantur ſucco trunci, atq; radicis, hoc eſt, in fide Abraæ, & CHRISTI, ad Deum non nitebantur: in eorum abſciſſorum locum tranſlati ex oleaſtro ſunt, inſerentur, qui in ipſa ingenua, & naturali olea coaleſcentes, ſuaues illos ſuccos biberent ex radice, iiſq; alerētur, quos naturales priùs rami reſpuiſſent, in ſeſeq; attraherent, atq; in ſubſtantiam, & viriditatem conuerterent ſuam fidei ex Abraam, & redemptionis ex CHRISTO nutrimentum. Itaq; non eſt Iudæi, neq; Gentilis, ſed fidei, & infidelitatis facta diſtinctio, quæ eadem diſcernere, & traijcere conditionem illam in alternas, & contrarias partes poteſt. Nam & qui inſiti ſunt ex aliena arbore in nobilem arborem propter fidem, niſi hi in fide illa ipſa manſerint, ipſi quoque excindentur. Cauſam enim cur excindantur, accerſent ſibi infidelitatem. Et qui propter infidelitatem è propria arbore fuere defecti, ſi ad fidem ſe contulerint, facilius etiam denuo in familiarem plantam inſerentur.

*Nolo enim vos ignorare fratres myſterium iſtud, vt ſitis apud voſmetipſos ſapientes, quòd cæcitas ex parte Iſraeli facta eſt vſq; eò, donec plenitudo gentium introeat: & ſic omnis Iſrael ſeruabitur, quemadmodum ſcriptum eſt: Veniet ex Sion eripiens, & auertet impietates à Iacob. Et hoc ipſis à me pactum, quando abſtulero peccata eorum.*

ſrael eſt populus omnis Hebræorum carnalis ex Abrææ oriundus, & Iſrael eſt populus ſpiritualis ex fide Abrææ genitus, & natus: eſt autem cæcitas carnali populo Iſrael ex facta, vt introiret in ſemen fidei Abraæ plenitudo gen-, & ſic vniuerſus ſpiritualis Iſrael, ſalutem adipiſcatur. Nam carnali Iſrael ſeruando volumus intelligere, quota portio populi Hebraici, & vniuerſi generis Iudæorum ætas illa, in aduentu Heliæ extremo iam inſtante mundi iudicio ſeruetur? Sed vt totus planè ſeruaretur Iſrael, permiſit Deus Iu- in CHRISTVM, tanquam in lapidem offendere, vt offen- illa ex ſuo loco priſtino dimotus lapis in caput anguli diſce-. Sicq; illis cæcitate quadam rectam viam non tenentibus, infirmita cadentibus, gentes ſuccederent, quæ in lumine veri- oculos melius figerent, & ad populos reliqui orbis eadem funderetur. Atque item deinde, vt concurſus gentium ad CHRISTVM, veramque in Deum fidem frangeret animum, & pertinaciam Iudæorum, plurimosque eorum ad eandem fidem alliceret, alto myſterio Deus compoſuit, & diſpenſauit. Cui pro-identiæ, & myſterio Dei omnia ſunt attribuenda, non à quo- ſibi ipſi. Non ergo nec gentes nimis glorientur, quod eſt, nimium ſibi ipſæ ſint ſapientes, ne attribuant hoc ingenio, & intelligentiæ ſuæ, ſi in fide accipienda Iudęis ipſæ pręcelluerunt. prouiſum in illis, & datum à Deo eſt, Iudæique permiſsi caecari, vt ad gentes ipſas verum lumen accederet, neque ob rem valde contemnant Iudæos. Etenim idcirco ipſæ adſcitæ gratiam, & amicitiam cum Deo ſunt, vt ſuo exemplo Iudæis ſtudium eiuſdem æmulandæ fidei, & ſalutis. Atque ita modis, & rationibus in vtroſque miſericordiam ſuam Deus, & vt ex cæcitate Iudæorum gentibus lumen oſten-, & ex illuminatione gentium aditum inueniat Iudæis miſe-, atque parcendi. Nam authoritas Prophetæ Eſaiæ ab A-poſtolo inducta, hoc ſibi vult, quòd concluſio & exitus vniuerſæ ſpiritualis Iſraelis, Iſrael ipſe carnalis futurus eſt, vt & a- ſancti atque electi, ductor Iſrael, & idem etiam coactor futurus. Namque fides primò & orta à Iudæis, & ab ipſorum paucis ſuſcepta eſt. Pòſt cum eiectione, & repudiatione eo-, qui ex carnali Iſrael fidem CHRISTI non admiſere, ad gentes emigraſſet, rurſus introductis gentibus ad eum electorũ numerum, qui à Deo eſt præfinitus, inde in eoſdem ipſos Iudæos tempore extremo eſt redundatura. Huius nunc & rei, & tempo- facit Propheta vaticinium: Veniet ex Sion Dominus, hoc iam principium eſt germinantis fidei: & auertet impietates à Iacob, ſpirituali auertet: qua quidem criminum & impietatum abſter- non Iudæos ſolùm comprehendit, verùm etiã alienigenas,

qui per fidem in ipſum Iſrael inſerentur. Deinde verò ad carnale ſemen iterum reuerſus, non iam relinquet in omni Iacob ſpirituali ſimul, & carnali, quod ſit ampliùs peccati, impietatisque auertendum. Etenim extremo illo tempore, quo ad iudicandum filius Dei venerit omnium omnino electorum numerus [illegible]tur, neq; erit ampliùs macula aliqua in Iacob. Et hoc eſt ipſis pactum meum, dicit in eodem Propheta Dominus, quod Apoſtolus ſuis verbis ex perſona Domini interpretatur. Quia abſtulero peccata eorum, inquiens, Dominus autem in Propheta populo ſuo ſic loquitur: Hoc eſt pactum aduentus mei [illegible] id eſt, Tunc veniam ad vos, tunc præſtabo de meo [illegible] quod nunc paciſcor, tempusque mei acceſſus ad vos [illegible] cùm non relinquam ampliùs in Iacob, quod debeat [illegible], cùm omnium fuerit ordo, & numerus concluſus electorum [illegible]ctusque Iacob ſpiritualis fuerit completus. Cuius, [illegible] ſpiritualis cœtus, verique Iacob & principium, & ſimile [illegible] carnalis futurus eſt, quem in fine ſeculorum [illegible] Dominum Helias inſtruet, & quæ ſunt ſalutis, ac fidei edocebit. At Apoſtolus viciſſitudinem iſtam commeantis ab Iſrael ad gentes fidei, & rurſus ab eis ad Iſraelem reuertentis clarius [illegible] oculos, ſic proſequitur.

*Secundum quidem Euangelium inimici propter vos, ſecundum autem electionem amabiles propter patres. [illegible] enim ſunt dona, & vocatio Dei. Quemadmodum [illegible] quandoq; non credidiſtis Deo, nunc autem conſecuti miſericordiam eſtis horum incredulitate: ſic & iſti nunc non crediderunt miſericordiæ veſtræ, vt & ipſi miſericordiā conſequantur. Concluſit enim Deus omnes in incredulitatē, vt omnium miſereatur.*

Genvs, inquit, electum à Deo Hebræorum in ipſis [illegible]bus amabile ſemper eſt eidem Deo, neque vnquam [illegible] aut reppulit ab ſeſe Deus, niſi ſi quos ex numero illo, [illegible] fidelitatis abiecit. Nam ipſam quidem nationem habuit ſemper in gratia, & in amore. Non enim pœnitet Deum beneficiorum ſuorum, nec vocationis vnquam ſuæ, quorum extitit ſemper [illegible]tioni Iudæorum liberalis, quam ſeuocauit ex reliquis [illegible]bus, vnamque ſibi delegit, ſuisque cœleſtibus tum [illegible] tum etiām aliorum ſemper beneficiorum promiſſionibus [illegible]ter proſecutus eſt. Sed in hoc recente Euangelij dono, [illegible]lum maius, neque ſalutarius generi humano ab ipſo Deo [illegible] concedi, tantiſper ſe auelli ab ſuis Iudæis paſſus eſt, vt [illegible] tas Deo cum illis aditum gentibus patefaceret ad conſequendam apud eundem Deū miſericordiam. Hic occurrat [illegible]

Quid-

Quid? nónne Iudæos ſimul, & cæteras gentes eodem dono mi-
ſericordiæ pariter comprehendere, & complecti Deus potuit?
Et quid attinuit tantiſper rejici Iudæos, quoad gentes ingrede-
rentur? hic nos, & ſi fortaſſis audaciæ eſt conſiliorum Dei dare
velle rationem, tamen venerabundi, & timidi dicamus fruſtra vi-
deri potuiſſe ſummum Deum delegiſſe ſibi propriam Iudæorum
nationem, ſi ea, quæ illis ſeorſum beneficia promitteret, com-
muniter cęteris erat præſtaturus. Sed cùm illi ea non reciperent,
atque adeò potiùs aſpernarentur, cauſam oblatam Deo hone-
ſtiſſimam, & optimam, ſuam benignitatem & miſericordiam in
omnes homines effundendi, quod ille tamen ſic futurum ſua in-
finita ſapientia prȩuidiſſet: certè quidem ſic factum eſt, vt repel-
lentibus Iudæis verbum CHRISTI, & illud ex ſuis finibus ex-
terminantibus in reliquas orbis terræ regiones fidei veritas ex-
tenderetur. Inimici ergo Iudæi tantiſper Deo dum Euangelium
gentibus communicatur, verum ipſi propter ſe, & propter patres
ſunt amabiles, atque ita amabiles, vt nec vocationis, hoc eſt, ele-
ctionis, nec ſuorum in eam gentem beneficiorum Deum pœni-
teat. Ac ſicut vos, ô exteræ gentes, inquit, quæ antea non crede-
batis, neque Deo fidem habebatis, ex Iudæorum incredulitate,
infidelitateque occaſionem nactæ eſtis credendi, & per fidem
miſericordiã à Deo conſequendi, vocatæq; eſtis ad eiuſdem Dei,
non notitiam ſolùm, verùm etiam cognationem: ſic Iudæi, qui
antea Deum verum noſcebant, atq; colebant, tuncq; egere mi-
nus miſericordia videbantur, in infidelitatem & ipſi, incredulita-
temq; delapſi ſunt, vt ipſis quoq; neceſſaria fieret à Deo miſeri-
cordia. At cuiuſmodi iſta infidelitas Iudæorũ? quia non credide-
runt veſtræ miſericordiæ, inquit. In quo licet intueri ſingulare a-
cumen, & admirabilem ſapientiã tanti Apoſtoli. Quid enim eſt
hoc, quod ait, non crediderunt miſericordiæ veſtræ, niſi quòd nõ
putauerunt veram eſſe in Deum fidem illam, veram Dei erga ho-
mines miſericordiam, cuius eſſet gentibus, & aliis nationibus
copia facta, quando ipſi ſibi ſolis, nominique & generi Iudæorũ
ſoli omnia Dei beneficia, & cœleſtes diuitias omnes debitas eſſe
exiſtimabantur, quæ opinio peculiaris apud Deum gratiæ, & in il-
lo Hebræorum populo arrogantia non modò in contumacibus
aduerſus CHRISTVM Iudæis, verùm etiam in conuerſis, & ve-
nientibus ad fidem longo tempore permanſit, vt vix poſſent cre-
dere, ſibique perſuaſum habere, gentes tali diuinitus beneficio
eſſe communicatas. Concluſit enim Deus omnes, inquit, in in-
fidelitatem, vt omnium miſereretur. Sicut & antè dictum eſt,
Concluſos omnes ſub peccatum, vt in omnibus Deus gloriam, &
iuſtitiam ſuam oſtenderet. Atq; hactenus mi frater explicatis ab
Apoſtolo fidei noſtræ myſteriis, & veritate Chriſtianæ religionis

 peni-

penitus patefacta, atq; in aſpectum mentibus noſtris producta. Intuendum nunc tibi eſt, vtrum aliquid putes reſidere poſſe ſcrupuli, & dubitationis in cordibus eorum, qui hæc ipſa accuratè legerint, accurateq; conſiderauerint, an verò id quod ego à principio dixi, conſtare planè incipiat, quicunque Paulum legerit, eumq; & in manibus crebrò, & in cogitatione, ac memoria geſſerit, itemq; dicta eius, atq; ſcripta non ad ſuas odio nunquam, aut amore corruptas opiniones, id quod hæretici faciunt, agunt, ſed ad veritatem, & ſpiritum ſcribentis fuerit interpretatus, fore illum non tantum verbo & ſimulatione, ſed pectore integra, & ſanctis moribus, ac deniq; reuera Chriſtianum.

STATVTVM iamdudum eſt, inquit, planeq; cum hoc imprimis doctore fidei CHRISTI, atq; magiſtro, omnes non modò de fide ipſa ambiguitates, & controuerſias, quæ ignaros animi myſterij interdum torquent: verùm etiam errores animi penitus fore ſublatos, vt cui in amore Paulus, atq; in deliciis fuerit, aut ſingularis illi totius vitæ munditia, atq; integritas, ac cum animus vacuus, ac liber ab inteſtinis vitiis ſit futurus. Etenim amabo te mi frater, quid eſt tam altum & arduum, quod ille maximus Apoſtolus non nobis planum, facileq; reddiderit? quid tam abditum, quod non patefecerit? tam abſtruſum, quod non inueſtigauerit? vt videamur nunc quidem nos in mediis diuinitatis conſiliis, ambo fuiſſe verſati. Atqui mi frater, [illegible] non ſic ſeſe res habet. Sed accidit Paulo, quod ſolet [illegible] iis, qui oceani maris magnitudinem magis nauigando, quam è littore proſpectando ſoliti ſunt admirari. Nam qui [illegible] aſpectu tantummodò permouentur, cum oculis eorum [illegible] nulla, ſed tantùm immenſitas aquarum ſe obijciat, [illegible] illi quidem in animo vaſtum quiddam, & latè ſe fundens, ipſumque etiam cogitatione formidoloſum, ſed tamen quod aliquando confici, & peragrari poſſe videatur, quippe quorum ſimplex eſt, & vnica admiratio. At qui ſe intro iniecerunt, qui longè progreſſi ſunt, qui pernauigauerunt, atq; in remotiſſimas oras, & regiones longa nauigatione prouecti ſunt, eandem ſemper faciem interminabilis pelagi conſpexere, quoq; enixius, ſpe animoq; inflati contenderunt, vt contento curſu peruenirent ad [illegible], tantò illis longiora ſemper, & difficiliora ad conficiendum occurrerunt maris ſpatia: hi ſunt, qui non vnam, ſed plurimas concipiunt admirationes, qui ſępe etiam ſilentio cogitationes [illegible] premunt, cùm ſatis intelligant ſi quid de illis reb. loqui velint, [illegible] ſe minimam earum rerum partem vlla oratione eſſe aſſecuturos: ſic Paulus noſter licet altè ingreſſus in cõſilia ſummi Dei, licet [illegible] eà peruectus intelligendo ſpatia, quo nemo fortaſſis alius [illegible], licet adiutus, ac refertus gratia, lumine, Spiritu ſancto, [illegible] plena,

ra, maiora, præſtantioraq; cognouit, quo factus eſt illorũ al-
ſſimorum arcanorũ magis particeps, hoc magis intelligens illã
finitam diuinæ mentis altitudinem nullis humanis cogitatio-
bus poſſe perueſtigari, in eam prorumpit meritò vocem, in
uam & nos vnà cum illo adorantes Deum prorumpamus, & ex-
amando admirandoq; dicamus:

*O altitudo diuitiarum, & ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm
ſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim
gnouit montem domini? aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis
ior dedit illi, & retribuetur ipſi? Quoniam ex illo, & per illum,
& in illum omnia, ipſi gloria in ſecula. Amen.*

Hic Iulius: Recte mi frater, inquit. Fons etenim eſt ipſe omniũ bonorum inexhauſtus, & perennis, ante quem non eſt quicquam, nec poſt ipſum futurum eſt, omniaq; ex illo, & per illum ſunt, atq; continentur, ac ad eundem conuerſa, atq; intenta ſunt, cui iure, & merito omnis debetur gloria, neque præterea cuiquam alij, in Chriſto Iesv domino noſtro, & in Sancto ſpiritu. Amen. Nunc quoniam ſatis huic diei datum eſt, ſurgamus deambulatum, quod hoc hilariore faciemus animo, quod difficilimis locis huius epiſtolæ iam enodatis, atq; tranſactis craſtinum diem laxiorem, & liberiorem habituri ſumus, in quo de Chriſtianis duntaxat moribus quæretur. Recte admones, inquam. Cumq; ſurrexiſſemus, finem fecimus de his rebus diſputandi, ac loquendi.

*Finis libri ſecundi.*

---

# LIBER TERTIVS.

TERTIO huius à nobis inſtitutę diſputationis die cum bene mane ſurrexiſſemus ego, & Iulius frater, iamq́ue ad rem diuinam eſſemus parati, nunciatum nobis ſubito à ſtatore noſtro eſt Auguſtinum Triultium Cardinalem ſancti Adriani, hominem ſumma nobilitate, ſummaq́ue prudentia, tum autem his præterea ornamentis ingenij, doctrinæ, humanitatis præditum, vt ille honos, & fortunæ decora, quæ alioquin in illo permagna erant, minorem tamen partem in eo ornando obtinerent, cum ab oſtio de nobis percontatus eſſet, an eſſemus intus, aperta ianua in hortos ingreſſum eſſe, rectaque ad nos tendere, & eſſe vnà cũ eo Gulielmũ Bellaium, quem Langeũ cognomine vocabamus, legatum Franciſci Chriſtianiſſimi regis apud Pontificem maximum. Quod ille legationis munus atque officium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

officium tanta cum dignitate, elegantiaque gerebat, vt facile apareret artes eas, quas liberales dicimus, quibus ille apprime erat eruditus, vbi ad egregiam naturam ſe applicuerint, nihil omnino relinquere, quod deſiderari debeat in eo, qui illas comprehenderit. Igitur horum nos duorum amiciſſimorum nobis & honorarum hominum aduentu improuiſo commoti, cum veſtimenta propere ſumpſiſſemus, vt procederemus illis obuiam, offendimus eos ad interius viridiorum ſeptum iam appropinquantes. Qui ſimul vt nos viderunt, amiceque inter nos conſalutauimus, AVGVSTINVS, Num tibi videmur, inquit, nomine me compellans, hodie ſatis mature è lecto ſurrexiſſe, dum te ipſum quærimus, cupimusque ſermonum huiuſmodi veſtrorum eſſe participes? tametsi hoc quidem vereor, miſerius à nobis factum ſit. Nam vt ſcias, heri veſperi cum pueros tuos obuiam habuiſſemus, quæſiuimusque de eis, vbinam eſſes, & quid rerum gereres, ij nobis renunciarunt, te cum Iulio fratre tuo alterum iam hic diem eſſe, maximaſque quotidie diei horas ſecreto in diſputationibus, & literis certe conſumpſiſſe, & eſſe quoque hunc diem eidem operæ deſtinatum tertium, quod vbi audiuimus, conſtituimus ſtatim ego, & Lazarius hodie ſummo mane huc conuenire ad te. Fecimus enim coniecturam, quæ ſi bene morem vtriuſque veſtrum noſcimus, profecto non fallet, vbi eſſetis vos, non poſſe ibi de rebus niſi ad doctrinæ ſtudia pertinentibus agi, quod & tempus hoc vacuum negocijs id de vobis polliceri videbatur, & ſcimus vbi nunc abeſt Iulius, ocium ibi à literis, & ſilentium eſſe non poſſe. Quod ſi aduenimus tempore, vt aliquas ſaltem partes heſterni ſermonis excipiamus, habebimus occaſioni, & huic diei magnam gratiam. Sin minus, illud ſaltem aſſequemur, vt in hac amœnitate, & lætitia, quæ huic loco profecto ſingularis ſemper eſt, vobiſcum vna familiariter hunc conteramus diem. TVM ego, Vellem Auguſtine, inquam, noſtris vt ſermonibus non tam interfuiſſes tu quidem, quam præfuiſſes, magnis enim certè de rebus inter nos egimus, verum nos haud magni. At qui illa tale ingenium quale tuum eſt, atque iſtiuſmodi excellens iudicium requirebant. Sumus enim in Paulo, & in altiſſimis illis diuinæ erga nos beneficentiæ myſterijs verſati, quarum de rerum ſemper perſtudioſi cognouimus, & ſi non tam fortaſſe ingenio in illis opus eſt, quam Dei auxilio, cuius cum ex alio genere conſilia, & ea longe remota ſint a meditationibus humanis, abſque eo ipſo Deo demonſtrare, & monſtratore, ne aſpirare quidem ad illa hominibus licitum eſt. Verum partes quidem eæ adhuc reſtant, quæ ſunt de moribus, & quo pacto agere inter ſe Chriſtianos homines, ac verſari conueniat. Quarum rerum & ſi facilior videtur eſſe explicatio, eſt illa tamen eiuſmodi, & his referta ſententijs, atque præceptis, vt

non

..è philoſophorum fonte, ſed ex illo cœleſti manaſſe ac proflu-..e intelligatur.

GAVDEO, inquit ille, ad quaſcunque venerim partes, & ad-..rum gratulor. Sed tu Iuli nunquid bidui huius diſputationem ..præterire paſſus es, vt tota ea defluxerit: an ſi rectè ego te noui, ..potius habes notata omnia, atque deſcripta? quæ mecum com-..ntces, & in illis etiam diſſeras interdum doctorum hominum ..cilijs, quorum in pari tecum ætate, ac ſtudio tua tamen vir-..induſtriaque excellit.

HIC ille paulum cum erubuiſſet, erat enim ingenuo pudore ..dam, & ſingulari modeſtia præditus, Facis tu quidem perhu-..ne ſemper, inquit, Triulti optime, qui cæteros libenter, & pro-..r laudas, tuamque iſtam præſtantem, atque eximiam grauita-..m, & ſapientiam, cuius eget ſemper ope, & præſidio reſpublica, ..am decorandis hominibus impertis, ſi qui tibi videantur pau-..accuratius in bonis artibus inſudare, quorum me eſſe de nume-..nou inficior, verum maiore tamen labore, & ſtudio, quàm in-..ij facultate. Sed quod requiris ex me, num annotauerim, & ..llegerim, quæ à fratre meo in diſputando his diebus, expoſita ..t, non fuiſſe illa arbitror ex eo genere, quod contemni debue-..t enim vt rem melius intelligas, ſcito me, cum diu, & ſæpe in ..lli ea epiſtola, quæ ad Romanos ſcripta eſt, ſcrutanda, atque ..mmenda fuerim verſatus, nunquam tamen ante heſternum di-..m & nudius tertius, in abſtruſa illius, & intima ſenſa, atque con-..penetrare potuiſſe. Quod nunc nobis noſtra ope ſi contigiſ-..mirarer. Quid enim, vt fratre meo audiente, & hoc ferente æ-..animo dicam, ſumus nos, qui audeamus iſta nobiſmetipſis ..tribuere? Sed contigit ſingulari Dei beneficio, qui niſi ipſe lu-..mentibus noſtris prætuliſſet, nunquam in tantarum conſi-..deratione rerum (quæ amplitudine magis ſua, quàm obſcuritate ..caliginem animis noſtris offundunt, atque obijciunt,) aut intue-..ntibus oculis, aut ſtabili veſtigio inſiſtere potuiſſemus. Ac ſunt ..quidem omnia à me, quod petebas, noctium vigilijs ſcripta, atq; ..collecta, tibique cum voles, communicabuntur, necnon & cæte-..rarum rerum ſtudioſis, & amantibus viris. Verum illud tamen ..doleo te principijs non interfuiſſe, qui ad extrema acceſſeris.

TVM ille: Sanè vellem affuiſſe, inquit, ſed tamen haud mul-..m fuerit iacturæ, quando eſt quidem, vt te audio dicere, vnde ..accipere ſtatim poſſimus. Quid? inquit, LANGEVS, cum ſol iam ..explicuerit, ſerenumque nobis, & ſplendidum hunc apportet ..m, ſumúſne paſſuri, bonas horas ſic præterire, vt non eueſti-..o, quæ ab his in differẽdo reliqua facta ſunt, audire ſtudeamus? ..m ego quidem cupiditate cognoſcendi ita incenſus ſum, poſt-..quam intellexi Paulum, & Pauli ſcripta vobis in manibus eſſe, vt

tempus

tempus omne, quod intercedit, nimium longum iudicem. Ete-
nim, & ſum huic vni ſummo Apoſtolorum, & maximo ita ſemper
addictus, vt videar mihi plus ex huius doctoris lectione diuini-
us, quàm ex aſſiduis, & diuturnis cæterorum omnium volumi-
nibus, ac ſtudiis opis mihi, atque præſidii ad beatam vitam com-
parare. Et reuera ita eſt, in hoc enim vno, præcipue ſita ſunt, quæ
& ad cognoſcendam vim diuinæ bonitatis, & ad noſtram men-
tem in Deo conſtituendam maxime ſunt appoſita. Sed tu, inquam,
cum in me intueretur, ſi quid etiam nunc eſt, quod per te Deo &
religioni ſit tribuendum, quæſo id cito perſoluito, vt quam pri-
mum te nobis dedas, qui diuinæ rei quod ſatis ſit, operatum, hic
interim opperibimur inambulantes. Quod cum conſtituiſſemus, at-
que ita factum eſſet, increbeſcente iam die, atq; ſole, in ſyluam nos
contulimus. HIC EGO: Deus, inquam humaniſſime Tridi, &
tu Langee optime omnium creator, conditorque rerum, & ſolus
bonorum nobis author, cum mundum hunc ex nihilo vt eſſet, ef-
feciſſet, eumque varijs potiſſimum animantium frequentaſſet
generibus, non alia profectò ratione magis adductus eſt, vt id fa-
ceret, quàm bonitate. Bonum enim quod non tam in ipſo, quam
ipſemet erat, communicare voluit, vt eſſent primum, quæ non
antea erant: deinde eiuſmodi vt eſſent, qualia poterant eſſe, plena
quæq; in genere ſuo, atq; perfecta, nihil vt eis denegatum appa-
ret, quod eorum capere natura, & ſuſtinere potuiſſet, quod tamen
ipſum proprium eſt bonitatis. Sed hanc ille benignitatem, & va-
riam, atq; diffuſam diſpenſationem ſui boni, non ex æterno tem-
pore rebus impertiuit, quemadmodum vetus videtur philoſophia
velle aſtruere. Sed certo quodam ex principio & res, & tempora
in naturam ab eodem Deo producta ſunt, alioquin non fuiſſet
eius libera, nec voluntaria bonitas: aut quoniam eſſe, & videri co-
gnata ſunt, magnaque eſt coniunctio veritatis, & luminis, talis
certe viſa non fuiſſet. Curſus enim ille rerum perpetuo ſibi ſucce-
dentium, & à nullo primo ortu procurrentium, ſemperq; ante ſe
alias res habentium, non liberam poteſtatem eius vnde illæ ef-
fluunt, atq; manant, ſed neceſſitatis cuiuſdam vinculis adſtrictam
ſine vlla dubitatione arguere videretur. Deus autem vnus eſt, qui
& ſemper eſſe, & ante omnia eſſe conuenit ſoli, idq; minime ſic
ſimpliciter, hoc eſt, non vt hoc quidem modo ante eſſe, ſimul
minime dicendus ſit, quaſi natura quidem prius ſit, non autem
tempore, ſed omnino, & ſine exceptione ante omnia eſſe putandus,
vt ſit poſt illum principium etiam temporis. Verum hæc, quæ for-
ſitan reconditiora ſint, & longiorem poſtulent orationem, in ali-
ud tẽpus reijcienda ſunt. De illis dicamus, quę noſtris ſermonibus
magis ſunt coniuncta. Nam cum Deus, vt exponere cœperam, va-
ria genera creaſſet animantium, eaque ſingula peculiaribus ani-
ra

...ſis, atque officiis inſigniſſet, cætera quidem omnia dimiſit ab
...ſi, & in ſtadium vitæ, tanquam in rectam lineam deducta, cur-
...m ſuum agere iuſſit, cuius ad finem cũ perueniſſent, veluti trãſa-
...partibus, quarum cauſa in naturam venerant, ad nihilũ rur-
...s conciderent. Homini autem ſoli mentem, & rationem dedit,
...e quam ſi ipſe ſe reſpicere, & quid ſui eſſet muneris, atq; officij
...ſtimare recte vellet, non ad anteriora ſemper tenderet. Is enim
...tus, atq; curſus vt finẽ ſpatii in ſeſe, ſic & currentis interitũ ha-
...et, neceſſe eſt. Sed volueretur potius in quendã quaſi orbem, &
...mper ad eundem Deum, vnde profectus eſſet, ſe reciperet, quòd
...e vna ratione agendi, & ſe mouendi, cũ perpetuò agere, & mo-
...eri licitum eſt, tum vero immortalitas in eo, & beata vita conti-
...eret. Et re vera ſiquis acutius inſpicere conetur vim, & naturam
...entis ac rationis, aut ſi verbo ex Græco ducto magis vti placet,
...ſſentiam, is intelliget orbem illam quendam eſſe, non ea figura,
...quam oculus perſpicere, ſed quam intueri ratio ipſa poſſit. Quæ
...nim valentia ſunt maxime, eademq; immortalia (de ſpiritualib.
...oquor, & his, quæ ab omni natura corporis ſecreta ſunt) omnia
...ſunt eiuſmodi, vt eorum formam, atq; eſſentiam nulla res corpo-
...a referre alia, quàm circuli imago poſſit. Itaq; & Deum ſummũ,
...q; omnipotentem, cœleſtes globi, quos ſphæras Græci dicunt,
...ime referunt, vt qui illius infinitam naturam ſimilitudine
...orporis quodammodo infiniti, & perpetuam, ac nunquam deſi-
...entem vim gubernantis omnia, atq; regentis perpetuitate ſui
...otus imitantur, & ratio ipſa noſtra, atq; mens, tum ex ſeſe maxi-
...e agit, atque operatur, cum in circulum agitur & verſatur.
...us rei certum indicium, quòd quæ vera ſunt, & saluta-
...rimi conſilia ea non aliud quippiam profectò ſunt, quàm
...greſſus rationis ſic extra ſe tendentis, ad id, quod occurrerit,
...cum deliberet, ſitné illud ſibi ſuſcipiendum, nécne ſit, quod ap-
...petit non tamen in eo ſtatim acquieſcat, ſed circumeundo prius
...omnia, & circumſpiciendo redeat rurſum ad ſeſe, orbemq́ue to-
...tum compleat. In quo decurſu toto, atque obitu ſi nil confrago-
...ſum, aut infectum offenderit, tum libere animo, & cupiditati ſuæ
...gerat morem. Quæ quidem vna agendi, & conſulendi ratio bo-
...ni eſt indicij, & veræ prudentiæ propria, cum qui non ita agunt,
...ſed vt primum ab ſe egreſſi ſunt, in eo protinus, quod appetie-
...rint, immorantur: hi aut leuitate ridiculi ſint, aut affectionum
...impetu effrænati, atque præcipites. Sed in hoc ipſo mentis ope-
...re, atque officio, magni intereſt tamen, quo pacto orbis agatur.
...Etenim ſi mens ipſa ex ſeſe orta ſua tantum vi, & virtute nite-
...retur, neque haberet aliud præſtantius ſupra ſe, ad quod ſibi co-
...aptum, & accommodum, cum ſe applicuiſſet, fieret ipſa quo-
...que maior, atque præſtantior: recte nimirum illa ipſam ſe finem

rebus

rebus conſtitueret, & cum ſibi ipſi ſatisfeciſſet, omneis eſſe nu-
meros virtutis, & ſapientiæ probe conſecuta. Quo in genere ma-
iores illi veteres Italiæ, atque Romani antequam Deū, & Chri-
ſtvm cognoſcerent, maxime elaborauerunt, ad ſeipſos [illegible]
omnia referentes, cum dignitatis, & authoritatis, & potentiæ [illegible]
primam ducerent rationem, cæteris ſic imperandum eſſe homi-
nibus exiſtimauerunt, vt omnia commoda ex illis ad ſe [illegible]
reuerterentur. Atque hæc vt dico, humanæ prudentiæ [illegible]-
tentiam, & gloriam apud homines ſpectes, habere ſpeciem qui-
dam videtur illuſtrem, atque amplam, & præſtantibus dignam a-
nimis, quam cæteri ſemper omnes maiorem in modum [illegible]
ſunt, qui cum eadem aſſequi cuperent, non eodem tamen con-
ſilio, nec tam excelſo animo ad res gerendas ſe contulerunt. Sed
ſi verum hominis bonum, & vera dignitas attendatur, [illegible]
iſtiuſmodi ratio ſibi ipſa confidens, & vi tantum ſua nixa, ab illo
ſummo bono, qui Devs eſt, auellitur, & neque illum, vt princi-
pem ſui boni recognoſcit, neque ad eundem, vt ad finem ſua con-
ſilia refert, manca ea, & imperfecta imprimis exiſtimanda eſt, ea-
dem mendacij magis, quam veritatis particeps, quæ orbem qui-
dem agere, & circunducere videatur, cum à ſe exorta, [illegible]-
ſus ad ſeſe: ſed quæ primam tamen, & potiſſimam ſui [illegible]
ſapientiæ partem extra ſe relinquat, & neque vnde oportet,
incipiat circumagi, neque eò, quò maxime eſt opus, [illegible].
Alterum eſt genus humanæ mentis non tam ſuperbum quidem,
neque tam inſolens, quàm hoc, quod modo dixi, [illegible]-
tione abiectius, quod item à Deo alienum, & profectum à ſe-
ſe, nullum tamen orbem ducere, nec in rebus appetendis, aut e-
iam declinandis ad ſe rurſum reſpicere laborat: verum [illegible]-
dit in terram, & in terrenis inquinamentis, ac ſordibus [illegible]
prouoluit, & implicat, nihil omnino, neque ad dignitatem, neq;
ad ſtudium laudis referens, ſed vnam tantum ſpectans [illegible]
mi voluptatem, quo pacto cupiditates ſuas, quæcunque illæ ſint
exſaturet, atque expleat. Quod genus ſimile brutorum eſſe vide-
magis quidem, quàm hominum. Sed hæc duo genera quæ com-
memorauimus non probanda, vt conſiderantibus continuo ap-
paret, à Deo ambo auulſa ſunt, nullamq; cum ſummo bono [illegible]
unt ſocietatem. His porrò contraria altera duo, iam ſancto con-
ſilio reſpiciunt ad ſummum Deum, ſed inter ſe tamen [illegible]
& dignitate differunt. Vnum eſt eorum, qui à Deo ipſo egredien-
tes, & ſuorum ortus, principiaque bonorum illi referentes ac-
cepta, decurrunt tamen rectam lineam, neque curant ad eū ipſum,
vnde profecti ſunt, poſtea amplius reuerti, ſed velut verſo [illegible]
ſe in aliam ciuitatem dediderunt, & alteram ſibi gentem [illegible]
ſciuere, tanquam è magna patria in ignobilem coloniam [illegible]

demi-

icilia ſuarum fortunarum in terra conſtituunt, terreniq; ex ſibus effecti, habent quidem gratiam illam Deo, quòd ſibi dari, & donari illa exiſtimant: ipſum tamen Deum vt ſummum ſuum bonum, & ſuæ finem atque extremum beatitudinis intelligunt. Qua in religione, & mente natio Iudæorum fuit, Dei colens illa quidem, & ſanctum illius nomen adorans, nõ en circulo ſe ad eundem referens, neque ipſum, vt bonũ ſuũ, authorem ſibi mortalium horum bonorum ſemper vene. Neque illa tamen in hac Dei cognitione princeps, ſed & qui naturæ primordiis, à creatore Deo primi producti ſunt, poſt propius à generis humani origine abfuere aliquot in ea mente conſtiterunt, vt à Deo peterent, quæ ſibi pe eſſe arbitrarentur, & accepta illi ferrent, quæ adepti eſſent, illa tamen forent, quæ concupiebant, terrena omnia, atque . Poſt vero ſenſim, atque obſcure hac varietate rerum tot, antarum, quæ aut oculis cernuntur, aut à ſenſibus cæteris voluptate percipiuntur, animos, menteſque occupante, & v hominem ad ſe abripiente, diſiunxiſſet ſe penitus à Deo genus, omnemque illius cultum, atque memoriam in obliteraſſet, niſi admirabili ſuæ ſapientiæ arcano præpo Deus eximiam ſibi retinuiſſet Iudæorum nationem, in qua, in materia rudi quidem adhuc, & impolita, ſed tamen quadam ex parte in cultu veri Dei, dolando ipſe, & po exprimeret aliquando illam abſolutiſſimam, & perfectiſ humanæ mentis rationem, quæ eſt in eo, vt à Deo egrede, & ad eundem Deum rurſus nos conuerteremus, orbemq; conficeremus, in quo omnis virtus, & omnis ſapientia, & diuini boni poſſeſſio continetur. HIC AVGVSTINVS: Præ quidem, inquit, mihi ordiri Sadolete viſus es, & initium ſermonis a re magna ducere. Hæc enim omnis oratio, ſi coniector, eò tendit, vt hanc ſummam, & abſolutam homi nem in fide Chriſti ſolum eſſe intelligamus. Quippe quæ eò maxime reuocat, vnde ſumus profecti, atque ita iu decurrere orbem iſtum, quem tu apte nimium, atq; appoſite , vt quacunque peragremus, aut peruagemur, in ipſo tamẽ pio, eodemq; fini, qui Deus eſt, ſemper voluntate, & pro maneamus. Sed tu cur tam alte exorſus ſis, aueo ſcire ex te. enim hæc ad mores pertinere videtur oratio, ſed ad illa ar potius, altaque myſteria, de quibus heri inter vos fuiſtis lo QVIA INQVAM, cum de eis moribus agendum ſit, quorum eſt io huius ſententiæ propria, præponi iſta oportuit, quæ fa intelligentiã ſequentiũ faciliorem, & ſimul vobis vt expo CHRISTI myſterium, quo fidei noſtræ perſpicua veritas gitur, idcirco illa à me inducta ſunt. Nanq; & de moribus

ſic ſuſcipere debetis, non eſſe mores noſtros ex eis generibus virtutum, quæ vel à philoſophia traditæ, vel à claris, & potentibus viris in rebus gerendis antiquitus vſurpatæ ſunt. Et myſterium CHRISTI illam vim habet, vt eo non cognito, ne cætera quidem ſatis cognoſci poſſint, quæ ſunt ad fidẽ nobis, & ad ſpem adipiſcendi Dei neceſſaria: in cuius quidem ſenſum myſterij, illiusque intelligentiam nos nudiuſtertius inopinatò venimus, cum tanquam diligentes, & ſeduli venatores exoptati boni odotantes veſtigia, in ipſum cubile repentè diuino munere incidiſſemus.

AGE porrò, inquit ille, & ipſum hoc myſterium nobis explica, namque operæpretium quidem, vt te audio, fuerit id cognoſcere, quo ad cognoſcenda reliqua facilior aditus fiet. FACIAM quidem, quoad potero, inquam, & eundem ſupplex Deum deprecabor, vt qui nobis princeps ad ineundam viam hanc fuit, idem ſit deductor ad conficiendam. Sed tamen ad ſuperius argumentum redire nos oportet, vt conſentiamus omnes, & confiteamur, nihil eſſe perfectum, nec ſapiens, neque adeo veri, aut ſummi boni ... pos, quod non hoc orbe ſit circumactum, vt exeat ex ipſo Deo, & rurſus ad Deum redeat, totoq; illo flexu, atq; decurſu ... vltimum omnium ſuorum bonorum exoptet ſemper, atque appetat ipſum Deum.

CONFITENDVM eſt, inquit, etenim quid dici potest verius? ATQVI hæc veritas, inquam, vt commemorabam modò, ante aduentum, & mortem CHRISTI ignorata omnibus fuit, niſi ſiquos Deus occulta ſuæ ſapientiæ vi in hanc cogitationem, mentemq; iniecit, vt intelligerent huius virtutem myſterij, Chriſtumque venturum præuiderent, quod in patriarchis, & prophetis credimus fuiſſe factum. CREDIMVS, inquit, & certe ita factum. EST AVTEM, inquam, huius myſterij tota vis, vt ... bem illum ſic agere debemus, vt nihil in medio curſu nos moretur, quod alio fini propoſito detorqueat nos à ſummo ... no, atque impediat, quo minus intenti ſemper, & auidi ad Deum ipſum contendamus, in quo vno vera nobis bona, ... immortalia ſtatuta ſunt, reliqua omnia mundi oblectamenta ſic debemus tanquam prætereuntes libare, atque ... vt ne in illis cura, aut ſtudio animi aliquo ſimus infixi, ... quidem quantum in illis amoris, diligentiæque ponimus, ... de illa beata cura detrahamus, deque diuino amore ... mus, in quo omnis nobis ſpes veræ & ſempiternæ ... repoſita. Quòd ſi etiam res aſperæ, atque aduerſæ nos ... lam nobis expeditiorem, & tutiorem vitam ad beatam ... perueniendi eſſe exiſtimemus. Atque hoc cœleſte, ſalutareque conſilium vitæ nobis mortalis in hunc modum agendæ, atq; ... ctandæ ex Deo immortalitatis non CHRISTVS nobis ...

Non

enim ſic de illo, vt de vno quodam homine, exiſtimandum eius ore, & lingua locutus nobis fuerit Deus. Hoc enim & prophetas, & per quoſuis nuncios potuit effici. Sed CHRIſtus ipſe totus oratio eſt Dei loquentis nobiſcum, nosque adhortantis, atque docentis, vt contemnamus bona mundi, atq; in eo ſpes noſtras conſtituamus. Non enim latino ſermone, neq; græco, neque rurſum Syra, aut Hebraica lingua loqui cenſendus eſt, ſed illo modo loqui, qui tantæ dignus authoritatis, & veritatis ſit, vt agendo potiſſimum, faciendoq; loquatur, ſitq; in illo & actio ipſa, & oratio. Atq; vt comparatione quadam planius faciam id, quod dico. Quemadmodum cœli nihil aliud perfectò quam adminiſtratio Dei ſunt regentis & gubernantis illa circumactu vniuerſa, quippe qui neque materiam vllam haberent, alioquin eſſent corruptibiles, neq; rurſus pura, & ſimplex forma ſunt, non enim mouerentur, ſed tantummodo ſenſibiles actus quidam diuinæ virtutis exiſtant, nequaquam ipſi, cum aliud quidpiam per ſe eſſent, ad hoc deinde officium gubernandi, munusque adhibiti, ſed quòd illorum effectio, & natura ipſa eſt gubernatio: ſic CHRISTVS ipſe vox & ſermo eſt DEI patris omnipotentis, reuocantis homines ab hoc mortali ſeculo, & ad ſeipſum eos pertrahentis, ſimulque illis demonſtrantis tanquam verbo & oratione ſua: ſic dura illa, & laborioſa CHRISTI vita, eiuſdemque extremum cruce, atque morte ad omnium ſalutem, doctrinamq; ſuſcepta voluptates mundi, & vitæ huius illecebras, vt quæ ſolam ſpeciem boni, nobis obijciendo maxime à vero bono, & à Deo nos deducunt, à nobis eſſe præ Deo contemnendas, ſolamque illam vitam appetendam, quæ cuiuſmodi futura ſit, in reſurrectione CHRISTI à mortuis nobis eſt patefactum, quæ illis eſt propoſita, qui in hac agenda vita CHRISTVM imitari, hoc eſt Dei verbo obtemperare voluerint, cuius voluntatis in nobis ac conſentiæ baptiſmus profeſſio eſt. Atque hoc nobis CHRISTVS non tam à Deo myſterium attulit, quam fuit ipſe myſterium: ſine quo ad Deum quicunque adiungere ſe cupiunt, illudere ſibimetipſi, & non tam Deum quærere, quàm ſpernere videantur. Etenim conuerſionis ille reſpectus & reuerſionis in ſummum Deum, quem in CHRISTO duntaxat circumagi recte diximus, non eſt hærere in ſtudijs, neq; ab illis nolle diuelli, ſed in eo eſt, vt inſtemus, & vrgeamus ſuſceptum curſum, quo exoptatum ad finem veniamus, vtrumq; Deo dedere ſe inſtituunt, atq; hi nihilominus mundum & mundi bona complectuntur, cum falluntur opinione ſua, atq; ratio, tum repugnantia certe ſuſcipiunt. Qui vero ita Deum, & ſummum bonum appetunt, vt ſordeat illis mundus, nulloq; amoris cum eo tanquam glutino contineantur, his vel ignaris, atque repugnantibus per CHRISTVM & fidem CHRISTI acceſſus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad Deum eſt. Agere enim hoc ipſum fides CHRISTI eſt, [illegible] omnino CHRISTVS Dei eſt, hoc nos docentis, & ſic [illegible] præcipientis oratio in vnius hominis ad hoc diuinitus [illegible] que inſtituti vita, atque morte, necnon & eiuſdem a mortuis re-ſurrectione, in cœlumque aſcenſione ad omneis homines [illegible] tanquam clariſſima voce habita, atque prolata. In quo [illegible] CHRISTO, & humanitatem ſimul, & diuinitatem agnoſcimus, eumque non tam doctorem huius myſterij, quàm myſterium i-pſummet intelligimus. De quo Paulus ad Coloſſenſes, Oeco-miam datam mihi à Deo, in vos, inquit, vt conſummarem ſermo-nem Dei, myſterium reconditum à ſeculis, & generationibus, quod nunc patefactum eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus [illegible] facere, quæ ſint diuitiæ gloriæ myſterij huius in gentibus, quod CHRISTVS, in vobis ſpes gloriæ. Sed quoniam eſt [illegible] his rebus copioſius primo die actum, omniaque tum demonſtra-ta, atque dicta, quæ ad huius myſterij explanationem pertinent, quæ ſe meus frater habere dicit relata in volumen, atque deſcri-pta, petetis ab eo, ſiquid nunc à me, dum breuis volo eſſe, di-ctum ſit obſcurius. Hæc quidem à me idcirco propoſita ſunt, vt quoniam de Chriſtianis moribus eſt dicendum, intelligatis eorum diſciplinam & tractationem, non ex eo genere eſſe, quod ab ſeſe in vno quoque, aut etiam in nationibus quibuſdam [illegible] au-thore DEO exortum, atque egrediens in terram [illegible] de-merſum eſt. Abiectum enim & ſordidum imprimis hoc genus, neque vlla in eo de moribus rectis, atque honeſtis [illegible] cogitatio continetur, neque rurſus ex genere illo [illegible] quod progrediens ab ſeſe, & ad ſeipſum reuertens [illegible] ſuper-bum, atq; elatum eſt, nullamq; potiorem ducit rationem, quam potentiæ, & dignitatis, & amplitudinis ſuæ. Quod quidem ge[illegible] & ſi ſpecie quadam humanæ virtutis, atq; prudentiæ ſplendidius multo videtur, quàm illud primum, hominumq; oculos, & [illegible] præcipue in ſe conuertit, magis tamen etiam remotum à Deo, & ſummo bono eſt, vel potius Deo ipſi infeſtum, atq; contrarium. Suum n. regnum quoddam ſeparatim ſibi facit, ſeq; altiore re-gione cõſtituit regem, qui ſe illi altiſſimæ poteſtati nõ ſummittit, cuius voluntate, & nutu condita ſunt omnia. Atq; hæc eſt illa pe-ſtifera, tumenſq; ſuperbia, quę & angelos primum deiecit, & ſæpe homines proſperis rebus corruptos in eandem [illegible] trahit, qui quidẽ in ambitu honorum, & in mundanis [illegible] dia, & ſpes ſuas collocauerunt. Quid ergo eſt? De his neque [illegible] ctaturus Paulus eſt, qui illi generi hominum conuenit, quod e Deo natũ rurſum ſe recipit ad eundem Deum, qui orbis [illegible] cœleſtiſque ſapientiæ nimirum CHRISTVS eſt, cuius [illegible] ſus fuit à mundo, vt nihil vnquam quod aut delectet [illegible]

aut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…lecebris capiat, nõ modo vinxerit, aut detorſerit illius men-
…ſed ne voluntati quidem arriſerit. Vſque adeo intento ille
…& defixo in Deum animo ferebatur, ſciens, vt Ioannes in-
…quod à Deo venit, & ad Deum vadit. Nobis quoque eſt fi-
…Dei imitantibus conanduм, vt quoad poſſumus, ab omni-
…quidem mundi vitijs, & amore nimio rerum terrenarum abſ-
…mus: ſed ſi interdum prægrauat caro, quæ in nobis imbecil-
…eidem in CHRISTO vas fuit diuinitatis, ſi inquam, adigi-
…nonnunquam carnis vitio, vt labamur, atq; offendamus, ab
…certè refugiamus maculis, quæ animum ipſum inficiunt, pe-
…que cum auertunt, atque abſtrahunt à ſummo Deo, vel et-
…aduerſus Deum efferunt, atq; attollunt, quo quidem genere
…lethalius nullum eſt, cuiuſmodi ſuperbia eſt, & nimia ani-
…confidentia. HIC AVGVSTINVS, Etſi ad ea quæ de mori-
…dicenda ſunt, auido animo properabam, inquit, vt ad quas
…partes fortuitò fueram appulſus: tamen facile te pa-
…Sadolete totum diem hunc in his ſermonibus conſumere:
…animum commouet, atq; afficit, hoc quod abs te pro-
…CHRISTI myſterium, de quo à te dictum quidem eſt
…quam tantæ rei magnitudo poſtulabat. veruntamen
…nobis in præſentia fuerit ſatis, præſertim cum habeamus
…hauriamus largius, Siquidem hæc Iulius ſcriptura ſe dili-
…perſecutum eſſe dicit. Sed ego agnoſcens clementiam &
…gnitatē ſummi Dei, qui eorum mentes qui illum cum amo-
…runt, maiore ſui intelligentia ſemper refercit & illuminat,
…intueri nunc incipio, quod antea pia tantummodo per-
…credebam, ſicut enim verbo ponebatur, ita accipiebatur
…vnam ſpem ſalutis eſſe per fidem CHRISTI in Deum
…nunc liquido perſpicio, certum id ita eſſe, vt contradici
…poſſit, planamque & perſpicuam video eſſe veritatem, nemi-
…omnino poſſe, niſi per fidem CHRISTI ad Deum ſe con-
…, quandoquidem CHRISTVS ipſe verbum Dei eſt, neq; eo
…verbum, quo prædicat vetus ſcriptura factum eſſe verbum
…ad Micheam Prophetam, vel ad Hieremiam, vel ad Ioël, quo
…modo aliud eſt Dei verbum, aliud is, qui illud enunciat
…pheta. Sed CHRISTVS verbum Dei ipſummet eſt, Dei, in-
…, hoc ſuo ore nos docentis, ſi ſalui, & beati eſſe volumus, ap-
…tenda eſſe ſempiterna bona, & contemnenda mortalia, vt ſit
…Dei, idem quod ipſe Deus, in quo quidem verbo & do-
…ſimul ſit, & actio, id eſt, vt id verbum, quod nos docet, idem
…deducat in immortalem vitam. Deducat autem, non vt
…ſtrator ſolum neque doctor: ſed vt dicebas ipſe, Paulumque
…teſtem adducebas, vt huius ipſius deductionis myſterium,
…quaſi deductio, cum illius ſanguine & morte conſecuti ſi-

mus, vt natura hominis quæ antea à Deo auerſa & illi infenſa erat, in CHRISTI corpore fuerit cum eodem Deo reconciliata, indeq́ue tota defluxerit humani generis redemptio, carnis enim inimicitia cum Deo, quæ nos in terra fixos detinebat, rebelleſq; & contumaces efficiebat aduerſus Deum, in CHRISTI carne per obedientiam ſoluta eſt, qui carnem ipſam primum in ſe, & ex ſe, deinde in omnibus à ſeruitute rerum terrenarum abſtractam Deo penitus ſubiecit, ſanguinemq́ue & vitam ſuam factus Deo vſque ad crucis mortem obediens, pro ſalute noſtra effudit. Verum hanc myſterij tam ſublimis veritatem nunc quidem tanquam in periſtromate nobili quaſi præteriens aſpicio. Poſt vero vbi dabitur ſpatium iſta ipſa ſubtilius, accuratiusq; contemplandi ſpero omneis eius partes clare mihi, ac lucide ſeſe oſtenſuras. Nunc tu Sadolete pertexe reliqua, atque has meas interpellationes æquo animo patere. QVIDNI patiar, inquam, quibus præſertim maiorem in modum delecter. Non enim me admodum laboraturum intelligo vt vobis ea tradam, quæ in animo ipſe intus habeo concepta, cum vos orationem penè meam intelligentia veſtra anteueniatis, quanquam hoc quidem ingenij tui ſemper Triulti fuit, neq; de Langeo noſtro ſecus eſſe intelligo. TVM ILLE, Perge tu modo, inquit, noliq́ue ex ſilentio meo conijcere quid ego intelligentia aſſequar, & quid non. Illud ſcito planè me comprobare ea, quæ abs te dicta ſunt, maioraque ſuſpicari, quàm vt breui iſta oratione poſſint exponi, tum vero expectare idem ocium, atque tempus, quo cum Triultio, & Iulio eadem iſta ipſa diligentius conſideremus. POSTQVAM igitur, inquam, hoc primum noſtri fundamentum ſermonis poſitum à nobis eſt, CHRISTVM verbum eſſe Dei docentis nos, atque hortantis, vt cæteris poſthabitis rebus omnibus, ad ipſum nos amore, cordeq; adiungamus, ſpemq́ue cunctam beatitudinis noſtræ in ipſo vno conſtituamus, illud quoq; alterum ſubſtruendum nobis eſt, vt de ipſo amore erga nos præpotentis Dei, deq́ue ea cura, quam pro nobis ille, & pro ſalute noſtra ſuſcepit, aliquid commemoremus, qui filium ſuum conſortem ſecum diuinitatis, & in quo ſibi maximè pater Deus placet, miſerit è ſinu ſuo, atque ex ſanctiſſimæ virginis vtero, nullo virili coitu ſe admiſcente, ſed ſpiritu ſancto eas gerente vices, humanam ſpeciem ſuſcipere & induere voluerit atque etiam mori, & cruci affigi ſit paſſus, & carne illa in filio perempta, quæ à peccato omni aliena ſemper fuit, nos redempti in illo ſanguine, & doctrinam Dei in CHRISTO imitantes, in carne noſtra peccatum interimeremus, mundique, & nitidi appareremus coram Deo, Chriſtoq́ue à mortuis exurgente, in vitam ſimul cum eo non corporis adhuc quidem, & ſi ea quoq; nobis mox immortalis aduentura eſt, ſed in vitam modo iuſtitiæ, &

vera

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rum Deo amicitiæ, ac cognationis excitaremur, cum vt tan-
...Deo beneficia acciperemus, quibus maiora eſſe amabo quæ
...ſunt? nullis à parte noſtra meritis, vel potius male ipſi de Deo
...entes, ſola eiuſdem Dei bonitate, atque clementia & de erro-
...noſtris miſericordia, ſimus aſſecuti. SANE ita eſt, Langeus
...it, & ea re quidem plurimum illi debemus, vt ſi non impij
...us, & inhumani velimus eſſe, gratiam noſtram, & tanti me-
...im meriti nulla vnquam obſcurare debeat obliuio. ATQVI
...um, ne aliam quidem ipſe gratiam à nobis repetit, quàm vt
...i ſuo erga nos mutua ipſi voluntate reſpondeamus, quod
...m nobis etiam eſt emolumento, atque bono. Itaque Paulus
...cntis ante, atque enarratis CHRISTI, & fidei myſterijs, de
...us biduo hoc à nobis eſt diſputatum, huc nunc conuertitur,
...oſteaquam docuit, quid de Deo, & fidei myſterio ſentiendum
..., deceat etiam deinceps, quo pacto erga Deum, & propter
...um Deum inter nos nobis ſit agendum, cuius tempus eſſe iam
...ur, vti verba audiantur.

*...hortor igitur vos fratres per miſerationes Dei, vt ſiſtatis ...ora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, beneplacitam Deo, ...onalem cultum veſtrum, & ne configuremini ſeculo huic, ...transformemini renouatione mentis veſtræ in explorando ..., quid ſit, quod velit Deus bonum, & beneplacitum, & per- ...tum.*

...MYSTICIS ad moralia tranſiturus, fratrumque imprimis
...ntiones ante oculos habens, quæ præcipue ex Iudæis ad
...RISTI fidem conuerſis, & tamen quæſtum etiam vel ambi-
...tioſiam ſpectantibus oriebantur, etenim docere alios omnes,
...i, & ſibi authoritatem magiſtrorum arrogare, legemque ſem-
...per proponere, & quodammodo cæteris dominari meditaban-
...tur, quod quidem erat, non Deo, & CHRISTO, ſed mundo ſeſe
...conformare, ac dedere: huic primum malo mederi vult, preci-
...buſque, & monitis erga eos agit: Dei miſericordias, hoc eſt, quo-
...tidianas eius benignitates ad ignoſcendum peccatoribus ſecum
...aduocans, per quas & prius illi ſalui in CHRISTO facti, & quo-
...tidie habent ex omni facinore, & culpa paratum in Dei clemen-
...tia & bonitate perfugium. Per eas igitur obteſtatus vt gratos
Deo tot beneficijs ſe oſtendentes, rationalem, & verum cultum
...exhibeant eidem Deo, non autem hunc fucatum, & ſtudium ma-
...gis mundi quàm Dei in ſe continentem. Quanquam hanc alte-
...ram partem obiurgatricem eorum culpæ, ne eos palam coargue-
...re videretur, reticuit Apoſtolus, diſſimulataq; vitij mentione eos
...tantùm in parte bona cohortatus eſt. Et quoniã hi, ad quos ſcribe-
...bat, bona pars Iudæi, aut inſtitutis Iudæorũ pleriq; imbuti erant



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iccirco eos docens, & admonens per comparationem quandam priorum ex lege ſacrificiorum ad ſanctum, & immaculatum Deo præſtandum ſacrificium illos hortatur. Nam in Moyſis lege victima, quæ Deo offerebatur, vt munda eſſet, & integra, omnis ab illis, qui illam offerebant, diligentia adhibebatur, primum vt toto corpore eſſet ſana, non ſcabie aut impetigine, aut ſimili aliquo morbo infecta, deinde vt non auribus mutila, non cauda decurtata, non aliqua infecta notabili macula eſſet, talemque illi hoſtiam ſanctam, & mundam, & Deo acceptam arbitrabantur, atq; in corporeo illo ſacrificio Dei ſibi veniam, & gratiam reconciliare meditabantur. Nos vero qui omne ſacrum, quod Deo offerimus, abducimus a corporeis, & ad veritatem, ſpiritumque transferimus, illis externis victimis omiſſis, noſmetipſos Deo potiſſimum dedicamus. Hortatur igitur Apoſtolus vt ſiſtant corpora ſua, non aliena, hoc eſt non hircorum, aut vitulorum hoſtiam viuentem, non morti addictam, quod in illis vetuſtis & Moſaicis ſacris fiebat, ſed vitæ meliori, & vegetiori paratam, quod quidem in Chriſtiano ſacrificio iure euenit. Etenim ſi tunc in aliena morte vitam ſibi quiſq; ex miſericordia Dei procurabat, quanto magis nunc ſemetipſum hoſtiam ſiſtendo, atque offerendo iuſtiore Dei miſericordia viuet? cum propius, atque interius iſta oblatio corporis ſui pariat in vnoquoque ſibi a Deo vitam, quam poſſit disiuncta, & aliena oblatio, eandem in illo vitam reponere. Sed hanc hoſtiam, quam offerimus Deo, corpus noſtrum videlicet, quanquam eam viuentem, & victuram nos, Iudæi in vituli, aut arietis corpore morituram ſiſtebant, cæteris tamen rebus ſimiliter atq; apud illos accuratam, & ſelectam eſſe conuenit, vt ſancta ſit, & vt Deo bene accepta, quod continget, ſi vt illi in omni parte integram, atq; mundam, ſic nos & ab eis vitijs, quæ totum hominem occupant, & ab eis, quæ in parte aliqua ſuſcipiuntur, immunem, ac nitidam Deo offeremus. Atque vt oſtendat, quantum interuallum ſit inter ſacrificia Iudæorum, & noſtra, ſubiungit breuiter hoſtiæ noſtræ conditionem rationalem eſſe cultum Dei, non corporalem. Quæ enim illi in corporibus mundis, & nitidis offerebant, nos in ſpiritu, & veritate ſanctitatis Deo conſecramus. Itaq; illa ſæpe ſacra, & illas victimas aſpernabatur Deus, noſtrum autem ſacrificium nunquam aſpernatus eſt. Talem igitur hoſtiam ſuadet nos offerre, quæ ſit cultus Dei rationalis, non corporeus, quod rite fiet, ſi noſtra ratio in colendo Deo non ad mundum ſpectauerit, ſed ad ipſum Deum. Nam qui in ipſis quoque ſacrificijs, & cultibus omnipotentis Dei ad mundum conuerſi ſunt, laudemq; humanam ex religionis ſtudio aucupantur, hi maximè impio, & deteſtabili ſcelere veritatē in ſimulationem quærũt conuertere, ſeculoq; iſti maximè configurantur. Hoc eſt,

figuram

rum huius ſeculi in ſe accipiunt, fallacem, infidam, variam, tis tantummodo, & opinionibus ſeruientē, quæ cum eadem ſtabilis, tranſeatq́; figuræ, & figmenti modo, nos quoque ſe-ma in eundem fluxum corripit, falſisq́; bonis illectos, & ca-veloti fluctu ſuper fluctum, ſic ſuper mœrorem voluptate, & entia ſuper voluptatem viciſſitudinibus varijs ante obruit, m potuerimus, quid verum nobis bonum ſit, aut in quo por-mò conſiſtamus, experiundo cognoſcere. Etenim quid aliud quod ait ſcriptura, In imagine pertranſit omnis homo. Et, nierunt ſomnum ſuum: quodq́ue alio loco Paulus. (Tranſit ra mundi huius) niſi cum hi, qui huic ſeculo configurantur, urant ſuam ætatē in ſimulacro & imagine, debere nos men-ſtræ nouatione transformari, vt vitam noſtram collocemus bono ſtabili, & in veritate, qui eſt ipſe Deus? Nouari enim ns noſtra recte dicitur, cum omiſſo hoc iam trito, & vetuſto e mundani greſſus, in quo omnia ficta, & fucata tranſeunt, in cultu, & adoratione Dei vera voluntas, & verum ſtudiū po-; & ſunt hæc præcepta tamen memoratis antea CHRISTI ijs apta, & congruentia. Quid enim aliud fides nobis HRISTI imperat, quā vt depoſito vetere homine, qui ſecun-mundum, & ſeculum hoc factus eſt, nouum alterum homi-Deo natū, & in veritate factum induamus? Sed hæc ado-, & cultus vnius Dei nō ſemper vere ab hominibus, ſed non-quam etiā ſpecie falſa vſurpatur, quod duobus fermè modis Sunt enim qui terrena iſta magni æſtimātes, quæ ſeculi huius ne denotantur, & in quibus opum, & poteſtatum, necnon arum cupiditatum, & certaminum ſtrepitus ingens eſt, & s ſonora quædam oculos feriēs, auribusq́; eadem tinniens, ijdem ad viſibilem Dei cultum, & venerationem conuer-transferunt eundem mundi ſonum, atq; eandem pompam illius ſanctum nomen inuocandum, atq; adorandum, ac cum ore ipſius Dei ſui quoque nominis celebritatem eſſe coniun-volunt, popularemq́; ambiunt admirationē, vt exiſtimen-colendo Deo opulenti imprimis eſſe, & perliberales, quod cultus, & ſacrificij ab illa Iudaica religione non eſt diſſimi-Illi etenim in externis quoq; ritibus, & ſacrificijs oculos ma-& ſenſus hominum, quam corda ipſa feriebant, neq; in obla-hoſtiarum, tam ipſi Deo, quàm legi, & cerimonijs quære-ſatisfacere. Alij longe contraria, & deteriore ratione ipſum humilem cultum præſeferentes, atq; ſe a mundo diſiunctos ſimulantes, nihilominus ficta illa religione quæſtus ſibi, aut ſculos ab hominibus ſuffurantur, quod genus in ſocietate primis difficile, & moroſum eſt. Etenim hi ſunt, qui cum ſe ctos, & inaccuſabiles haberi velint, cæteros ipſi non deſinunt

quacunque de cauſa accuſare & reprehendere, dantq; conſilium non rogati, ſuamque doctrinam & authoritatem paſſim ingerunt: & ſi non continuò ſibi pareatur, ſcelus magnum clamantes, contentionem inter fratres, & diſſidia nituntur conſerere. Quos omnes hortatur, & monet Apoſtolus, vt ne configurentur huic ſeculo, ſed transformentur renouatione mẽtis in explorando, quid Deo maximè acceptum ſit, qui certè illud vult quod & ab ipſo profectũ eſt, & ad eundem tendit, hoc eſt, vt in eo quodcunq; agitur, aut ſuſcipitur, non aliud genus boni vllum ſpectetur, niſi id, quod probatũ Deo, & eidem gratum intelligatur atq; acceptum, hoc eſt, iterum vt interpretemur, Vt in omnibus, quæ agimus, quæq; conſectamur, ſemper nobis ante oculos propoſitus ſit Deus, nuſquamq; ab eius nutu, & voluntate deflectamus. Illud enim verum eſt bonũ, & vere placitũ Deo, quod in eo ipſo, vt fine, & ſolo bono conſiſtit, neq; eſt labe vlla mundi adiuncta pollutum, & inquinatũ, quod eſt proprie, vt alibi Paulus ait, ſanctificatio noſtra. Eam porrò aſſequi non poſſumus, niſi mentem noſtram in aliam formam nouemus, quæ ab huius ſeculi figura longe remota ſit, totamq; ex ipſo Deo formemus, & ex veritate, & ſpiritu ſancto. Sicut in Pſalmo ſcriptũ eſt: Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Hoc enim ita ſi egerimus, ſtatim intelliget ipſa mens noſtra ſemet eſſe debere, quæ ſeipſam dedicet Deo, quæ ſeſe illi offerat, votaque, & ſacra, & dona Deo debita intra ſeipſam contineat omnia, neque hoc ſolum, ſed omne etiam ſuæ pietatis præmium, omnem rationem boni ſui, in vno ipſo Deo collocet, atque conſtituat. Hoc enim eſt mente renouari, quod in fide CHRISTI totum poſitum eſt, veterem hominem exuere, & nouum fieri, formamque nouam ſpiritus & veritatis induere, quæ antiquis ſeculis fuit ignorata, & deſciſcere à vetuſtis, quæ mundana, & corporea ſcilicet ſunt. Inueteraſcunt enim quæ ſunt corporis, atque quod alibi Paulus, hoc eſt in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate literæ ambulare.

*Dico enim per gratiam datam mihi, cuicunq; exiſtenti in vobis, ne plus ſapiat præter id, quod oportet ſapere: ſed ſapiat ad temperantiam, ſicut vnicuiq; Deus impartiuit menſuram fidei. Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus, membra autem omnia non eandem habent actionem: ſic multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem inter nos membra.*

QVOD modo commonuit, vt ne configurarentur huic ſeculo, id nunc loquitur expreſſius ab eo fratres errore reuocans, in quẽ nonnullos eorum lapſos intelligebat, qui religionem CHRISTI & profeſſionem Chriſtianæ humilitatis ad ambitionis ſtu-

dium,

...iam, & ad elationem animi conferebant, quoque maiores ipſi,
atque eminentiores inter fratres viderentur, cùm pollicebantur
ſe plura, quàm præſtare poterant, tum autem ad ſuam pote-
ſtatem, ſuumque iudicium contemptis cæteris regimen, & ad-
miniſtrationem rerum nitebantur reuocare, quorum duo hæc
erant infeſta præcipuè conſenſioni, atque concordiæ, oſtentatio-
nem vnum, & alterum ambitus duabus præclaris rationibus Pau-
lus caſtigaturus, ne in id ipſe incidere arrogantiæ vitium, quod
in illis, reprehenſurus videatur, primum agit cum eis leniſſi-
mè, deinde proponit ſe hoc docendi, monendique officium
ſuſcipere non temere, nec propter arrogantiam, ſed per gratiam,
quæ ſibi data ſit, nempe Apoſtolatus, & legationis à ſummo Deo,
vt ſit ipſe cum vniuerſi CHRISTI myſterij, tum eorum morũ,
qui Chriſtianæ fidei conueniunt, omnibus hominibus, & prædi-
cator, & doctor. Præcipit ergo vt ne quis ſapere contendat plus
quàm oportet, ſed vnuſquiſque hactenus ſapiat, vt ne pręteteat
temperamentum, quod quidem temperamentum ſibi quiſque
intus animi fiducia admetiatur, quam impartiuit illi Deus.
Fidem enim hîc pro fiducia poſuit profectò Apoſtolus, quod
idem & infra facturus eſt, quà dicet, omne quod ex fide non eſt,
peccatum eſſe, id eſt, omne quo quis magis ſe oſtentat quàm
conſcius ipſe ſit poſſe à ſe præſtari, id peccatum eſſe: quippe quod
tamen in ſe contineat, ſemper quidem mendacij, ſæpe auari-
tiæ, nonnunquam etiam ambitionis. Verùm hæc fiducia animi,
interiorque conſcientia, quæ ſępenumero propter ignorantiam,
ſimplicitatem eorum, inter quos verſamur, efficere, & conſe-
qui multa poſſet non ſua vi, neque veritate freta, ſed illorum
imbecillitate, qui facilè inducerentur, quo quidem caſu non fi-
ducia eſſet, ſed fraus, atque aſtutia, hæc, inquam, fiducia tunc
demum vera rectaque eſt, & veram menſuram accipit, ſi eam ac-
cipiat à ſummo Deo, & ſeſe illi approbet, ipſumque præ mentis
oculis habeat. Fidere ergo noſtrum, ſanctum, verumque in eo
potiſſimùm exiſtit, cùm illa fiducia à Deo vnicuique dimenſa
eſt, cùm eſt nixa veritate, cùm non ex errore hominum ſe meti-
tur, ſed ſuiipſius bene conſcia tota ad Deum conuerſa eſt, ha-
betque eum ſibi finem propoſitum, in quo humilitas animi cer-
nitur, & illa modeſtiæ, ac temperantiæ virtus, quæ ſolis nobis,
qui in CHRISTVM credimus, planè nota, animaduerſaq; eſt,
ab hominibus verò, qui ſunt mundi, penitus ignoratur. Mundus
enim qui in eo totus eſt, vt videatur res eſſe, non vt ita ſit, tan-
tum quemq; poſtulat ingerere ſe, atque agere, quantum cæteris
perſuadere potis eſt, ſiue eos fallere, atque inducere arte valeat,
ſiue etiam cogere, vimque afferre, ſemperque illi mundi opinio-
nibus magni, & præſtantes viri exiſtimati ſunt, qui vt ſuperiores

cæte-

cæteris eſſent, quoquo modo vincere, atque efficere valuerint. At non hoc à nobis poſtulat aut expectat Deus, ſed omnis nos diuina ratio, & CHRISTI Ieſu Domini noſtri actio, atque admonitio ad humilitatem animi, & ad paupertatem ſpiritus conuertit, vt ſummiſsè ſemper, & modicè de nobis ipſis ſentiamus, ſic & nos docet in Euangelio CHRISTVS vſque adeò de nobis nihil elatè ſapere, vt cùm omnia rectè, riteque egerimus, nihilominùs inutiles nos ſeruos tum quoque confiteamur. Et in monte rurſus ad diſcipulos verba faciens, beatos eos imprimis vocat, qui ſunt pauperes ſpiritu, neque ipſe tamen ea abiectione animi eſſe nos vult, vt non audeamus talentum nobis creditum exercere. Ignauiæ enim id crimen, atque deſidiæ, non humilitatis eſt, neque moderationis ſtudium, ſed vt caueamus ne ſupra id, quod decet, & quod oportet, & induſtriam noſtram & operam ſtudeamus extollere. Sapere ergo oportet ad temperantiã, quod duobus modis fit, vno modo cùm in eo, quod profitemur, nequaquam plus promittimus, quàm quod pręſtare cum integritate poſſimus, ſed tantum, quantum fides conſcientiæ noſtræ, & ex Deo ducta, dimenſaq; fiducia ſuppeditat. Altero, cùm in noſtro munere, officioq; inſiſtimus, neq; alienas curationes inuadimus atq; vſurpamus. Hoc enim vbi fit, graues ibi, acerbæq; querimoniæ & aſſiduæ inter fratres excitantur contentiones, corpúsque Eccleſiæ diſcinditur, quod ad humani corporis ſimilitudinẽ suo CHRISTI ſpiritu vegetatum, & alitum habet tanquam membra quidem varias in ſe operantium facultates, ſed inter ſe diſtinctas, vt in diuiſis ſingulorum actionibus vna omnium communis procuretur ſalus. Quod ſi membrum vnum aliquod aliorum ſibi membrorum functiones vſurpare contendat, iam confuſio in corpore & ordinis, & ſocietatis fiat perturbatio. Quemadmodum ipſe ad Corinthios ſcribit: Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus? vbi olfactus? aut ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus? Malus ergo, & ſeditioſus homo ille eſt, qui in ſocietate & cœtu omnia ad ſe, & ad ſuam authoritatem conatur attrahere, cæteriſq; antecellere vult, etiam in quo minimè eſt officio a Deo ipſe delectus, neq; ille ſeruit CHRISTO, ſed ad mundum præpoſtera quadam ambitione reuoluitur, regulamq; ſuæ facultatis non ex Deo metitur, neque ex conſcientia, ſed ex errore reliquorũ, & elatione animi ſua, à quo vitio vt maximè velint abeſſe, fratres ſuos admonet, & obteſtatur Paulus.

*Habentes autem dona ſecundum gratiam datam nobis differentia, ſiue prophetiam ſecundum portionem fidei: ſiue miniſterium, in miniſterio, ſiue qui docet in doctrina, ſiue qui hortatur, in hortatione.*

Hæc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc sine dubio dona omnia ſunt Dei. Vt enim quis aptus, atque idoneus ad quamque rem magnam, præclaramque, Dei totum benignitati, & gratiæ aſcribitur. Et dantur quidem iſta à Deo, exercentur autem à nobis pro portione conſcientiæ, quantum quiſque ex Deo fidit, aptumque ſe & commodum ad exercenda illa intelligit. Siue ergo prophetiæ donum à Deo obtinuerimus, in illa nos exerceamus, ſed vſque eò, quoad conſcij nobis ſumus à Deo fuiſſe impartitum, néue falſos illos Prophetas veteres imitemur, qui captandæ humanæ gloriæ cauſa, ea prædicebant, quæ ſibi incognita eſſe, nec ipſi quidem neſciebant. De quibus veri Prophetæ in ſcripturis tam grauiter conqueruntur. Quòd ſi prophetiam ſic accipiamus, vt declarationem obſcuriorum in ſcriptura locorum, id eſt, abditorum myſteriorum reuelationem, cuiuſmodi quibuſdam in locis videtur accipere Paulus: in omnibus tamen eadem fidei, hoc eſt conſcientiæ menſura adhibenda eſt, vt ne plus polliceamur, quam conſcij nobis ſumus, poſſe nos præſtare. Sic etiam in miniſterio regula eadem teneatur, præclara autem fermè eſt etiam exercitatio miniſterij, vt fuit eleemoſynis, cibiſque diſpertiendis Stephano, & Nicanori, & aliis quinque, vt Paulo, & Timotheo in ferendis ad ſanctos Hieruſalem Græcorum, Macedonumque donis, atque ſubſidiis, vt Petro, & Ioanni per concilium Apoſtolorum miſſis ad Samaritas. Nam & egregiam comitatem eiuſmodi adminiſtratio requirit, & inſignem prudentiam, in qua tamen quiſque tantum ſe exhibeat, quantum ferre idoneus eſt, ſic & in docendo, & in exhortando fines eos quiſque teneat, intra quos poſſit verti, néue plus ſe oſtentando in vitium arrogantiæ, ambitioniſque procurrat, idemque in ſuo, non in alieno verſetur munere, atque officio. Atque hæc, vt diximus, dona omnino Dei ſunt. Spirituales enim ſunt virtutes, quæ autem ſequuntur, partem in ſe habent noſtræ etiam voluntatis, animique inductionis.

*Qui impertit in ſimplicitate, qui patrocinatur in diligentia, qui miſeretur in hilaritate, dilectio non ſimulata: odio habentes, quod prauum eſt, Agglutinati bono, fraterna dilectione inter vos amantes, honore alius alium anteuenientes, ſtudio impigri, ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in anguſtia tolerantes, in oratione perſeuerantes, neceßitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes.*

Qvi partem dat, hoc eſt, qui alium ſecum participem facit, qui rem aut conſilium, aut operam ſuam proximo impertit, atque communicat, id agat ſimpliciter, & liberaliter, néue manſi

ani-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animumq́ue reſtringat, neque aſtutè ad ſe aliquid referat, ſed illius tantùm cauſa, quem ope ſua ſubleuat, ad commodandum illi, & ad ferendũ auxilium adducatur, neque ſpectet in eo quam minima opera, aut impenſa facere id poſſit, ſed vt quam optimè illi conſulat. Hoc enim eſt communicare, & participem facere in ſimplicitate, quòd ea ſimplex, & mens eſt, & manus, quæ operata eſt. In quo genere communicandi, & impertiendi maximè ingenuum, & come eſt, pertinetq́; imprimis ad ſimplicitatem ita communicare te alteri, vt non eo quòd illum adiuues, tibi eſſe maior, ſed quòd per illum tibi occaſio benignè faciendi oblata ſit, gratiam quandam tu illi debere videare. Qui verò patrocinatur, diligentiam adhibeat, vt curam ſuſcepti muneris non ſolùm corpore, ſed ſtudio etiam animi ſtrenuè exequatur, fidemq́ue ſuam præſtet, ſiue ille ſponte ſuſcepto negotio pupillis, & viduis tutandis adſit, ægrotiſq́ue curandis, ſiue etiam ſuffragio cæterorum ſimili officio alicui, aut muneri ſit præpoſitus. Sic enim omnis curatio, omniſq́ue patrocinatio Chriſtiano homini, Deoq́ue ritè ſeruienti gerenda eſt, non vt ea domeſticum ad commodum, ſed vt ad ſalutem & vtilitatem eorum quibus moderatur, prorſus tota conferatur. Miſereri autem in hilaritate, eſt effectum miſericordiæ iucundè, hilareq́ue præſtare, qui animi habitus cùm adeſt miſerentibus, non modò hi non fugiunt miſerendi tempora, ſed appetunt etiam vltrò ea, atque inſectantur. Quòd ſi ne apud gentiles quidem illa pietas probabatur, quæ coacta erat, & mœſta, vt etiam vulgari illorum prouerbio circumferretur, neminem, qui pietatem caueret, eſſe pium, quantò magis nobis hæc terrena bona libenter communicantibus, vt in cœlo multiplicata alia, & longè pręſtantiora conſequamur, conuenit cum voluptate, ac lætitia hanc mercem commutare, ſubuenireq́ue egeſtatibus aliorum, vt cœleſtibus ipſi diuitiis reddamur affluentiores. Itaque & alibi Paulus: Non ex triſtitia, inquit, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus. Et in Euangelio Dominus: Beati miſericordes, inquit, quoniam miſericordiam conſequentur, & beatum eum vocat Dauid, qui reſpicit ſuper egenum, & pauperem, quoniam in die mala liberabit eum Dominus. Et verè ſi volumus exiſtimare, ita maximè in dando, ſubueniendoq́ue hilaritas regni nobis cœleſtis eſt conciliatrix. Nullum enim graue facinus, nullum atrox delictum hærere poſſe videtur in natura eiuſmodi, quæ ad benignitatem, & ad miſericordiam erga pauperes propenſa ſit, nec verò alia re magis ad imitationem Dei propè accedimus, quam miſerendo, benigneque faciendo. Hæc eſt virtus maximè Chriſtiani nominis propria, hæc vna nos cum DEO præcipuè coniungit, hęc facit, vt verè fidem adepti, & veram ex fide iuſtitiam

à Deo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à Deo conſecuti eſſe videamur. Etenim quínam alius fuit introitus, aut quod principium beneficentiæ, & bonitatis Dei erga nos, ſimul vt ſperare in eo, & confidere per IESVM Chriſtum accepimus, quàm miſericordia, & per miſericordiam diuinorum bonorum effuſè nobis, & liberaliter facta largitio? Nos verò quo pacto eandem Dei benignitatem, & iuſtitiam in noſmetipſos imitando transferimus, & ex eadem diuinæ bonitatis forma ſimus inſigniti, ſi non efficiamur & ipſi miſericordes? Quæ denique virtus, quod inſtitutum vitæ, quæ actio in illo ſummo, ſeueroque iudicio in regnum, & partem electorum Dei nos introductura eſt, niſi quòd egentium & calamitoſorum in hac vita fuerimus miſerti? At non cuncti diuites ſumus, nec qui queamus aliorum difficultatibus ſubſidio eſſe, ne perturbare animo, affectum tuum Deus accipit, de facultatibus verè exiſtimat, & ſimul in memoriam redi anuis illius ex Euangelio, quæ cùm duos æreos minutos in templum contuliſſet, facilè omnium opes, & dona ſuperauit. Nulla eſt virtus, quæ quidem Chriſtiana ſit, quæ non omnibus ſit communis. Nam neq; Deus ipſe, qui eſt vnus nobis vniuerſa virtus, cuiuſquam eſt proprius Deus, ſed omnium communis, quicunq; eum appetunt, voluntque. Verùm & ſi tanti eſt in homine Chriſtiano miſericordia, vt ipſa introitus quodam modo, & veſtibulum ad imitandum verè Deum eſſe videatur, tamen & ea ipſa virtus, & cæteræ omnes in principe virtutum charitate continentur. Porrò eſt charitas dilectio non ſimulata, neque tamen hoc ſatis. Poteſt enim eſſe etiam in malis dilectio, ſed eſt charitas dilectio in bonis non ſimulata. Itaq; adiungit ad dilectionem huiuſmodi, vt odio habeant prauum, non id tantum adhæreant & agglutinati ſint bono, non ſolùm id ſectentur, hoc eſt, vt nunquam accedant ad malum, à bono nunquam recedant, additque vt fraterno amore inter ſe diligant, quandoquidem fratres iam ſunt, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, qua quidem ratione, etiam diſiuncti longiſſimè inter ſe, atque alieni eſſe poſſunt, ſed ex eodem patre Deo renati, & progeniti, quod eſt ſanctiſſimum, & maximum veræ germanitatis vinculum. Quo autem fraterna hæc neceſſitudinis inter eos coniunctio firmior habeatur, ſapiens & ſalutare dat documentum, vt alium alius in honorando antecedat, quæ eſt concordiæ, & pacis arcta connexio. Namq; exiſtimare honorem ſibi potiùs deberi, quam alteri prę̨ſtandũ eſſe, nequaquam Chriſtianum, neq; adeò fraternum eſt. Habet enim fraternitas ſummam æqualitatem, quam e veſtigio turbat, atq; infringit, qui ſibi plus arrogat, quam alteri ipſe paratus ſit deferre. Et tamẽ iſta ſuperbiæ, & faſtus quaſi rudimenta prima ſunt, appetere honorem ab altero libentiùs, quam alteri habere, quibus a CHRISTI fide nihil eſt aienius.

Sequi-

Sequitur vt ſtudio impigri eſſe debeamus, ſpiritu feruentes, quæ
ſunt certa indicia firmati iam in bona parte habitus noſtri, cum
quod agimus rectum, cum voluptate id agimus, ex qua deinde
quidem voluptate, ad libentius, ſæpius, ſtudioſiusque id agen-
dum noſtra excitatur, accenditurque voluntas. Sed vt in his o-
mnibus Domino ſeruiamus, non noſtræ videlicet vtilitati, ne-
que gloriæ, ſed ad Dominum Deum omnia referamus, quod ſi
ad nos quoque aliquid referendum ſit, id ex eo genere bonorum
ſit, quæ ſperare tantummodò in hac vita, aſſequi verò nullo pa-
cto, niſi ſola ſperandi lætitia & voluptate valeamus, iſthæc autem
bona ſunt cœleſtia, & ſempiterna, quæ hæreditate patris nobis
Dei in futuro ſeculo ſumus adepturi. Ex omnibus igitur ſtudiis
operationibusque noſtris, quas propter Deum illius honori, &
nomini inſeruientes ſuſcipimus nihil omnino ad nos quod præ-
ſens bonum afferat, ſed tantummodo bonorum ſpem futuro-
rum, & ex ea ſpe gaudium quidem præſens ac lætitiam conſequa-
mus. Hanc porrò ſpem conſequitur tolerantia rerum difficilium,
cum aut fortuitis caſibus, aut hominum iniuriis oppreſſi, atque
vexati, eadem futurorum bonorum ſpe, quorum per alienas in-
iurias eripi nobis adeptio non poteſt, noſmetipſos conſolamur,
in quo alternis quodammodo adminiculis, & patientia ipſa ſpem
magis confirmat, & ſpes fulcit, corroboratque patientiam. Nam
& ſupra dixit, quòd patientia probationem conficit, & probatio
ſpem. Firmius enim tunc certè ſperamus, cum facto in rebus ad-
uerſis noſtri periculo, hic quoque intelligimus Dei opem nobis,
atque auxilium ad tolerandum fortiter aduerſa non defuiſſe. At-
que ex his, quæ iam nobis præbuit, ad ea, quæ reſtant donanda
ac largienda, obſidem cum nobis ſuam beneuolentiam, volun-
tatemque dediſſe. Et quoniam qui ſpe ſuffulti gaudent, illa iden-
tidem in animo volutant, quibus ſperandis, cogitandiſque læ-
tantur: ideo comitem huius quoque ſpei, & ex ſpe lætitiæ addi-
dit orationem, in qua perſeuerantes ſunt, qui illa æterna bona,
& eorum authorem bonorum Deum adamauerunt. Sæpe enim
colloqui cum eo, & deſideria ſua exponere illi, quem quis amat,
iucundum imprimis, & optabile eſt, & eſt hæc maximè crebra,
ac continens oratio. Neque ſolum ferre nos, & tolerare diffici-
lia, ſed in illis etiam communicare cum ſanctis viris hortatur, &
admonet, quaſi ſi immunes ipſi eſſe poſſimus, nolimus id tamen,
ſed præoptemus magis in ſocietate ſanctorum ærumnas omnes
perpeti, quam ſeparatim liberi, & pacati viuere, ꝙ non tantum cre-
dis affectu, ſed etiam re ipſa, & opere præſtare debemus. Hoc fa-
ciebant, qui ſua omnia venundantes, pretia ad pedes Apoſtolo-
rum deferebant, qui vinctos, & malè vexatos fideles CHRI-
STI, ſua cura, & ope, & obſequio ſubleuabant, eiectis, & pere-
gri-

rantibus comites ſe adiungebant, qui illos denique certare tortore pro CHRISTI nomine cùm viderent, vltro ſe quoque in idem certamen ſiſtebant, atque offerebant. Iam hoſpitatis amor, diligensque ſectatio cæteris antè dictis virtutibus conſentanea eſt. In qua Lot, & Abraam egregium ſtudium exhibuere. Abraam quidem vſque eò, vt non modò venientes hoſpites hilare exciperet, verùm etiam ad diuertendum, & ad commorandum precibus obteſtationibusque cogeret, cuius quidem humanitatis vterque eorum dignum à Deo præmium conſecutus. Atque omnes quidem adhuc commemoratæ virtutes cùm præclaræ ſunt, & Chriſtianæ, & hac profeſſione dignæ, quæ cœli tantum ſtudium, & immortalitatis ſuſcipit, nulli autem terrenæ curæ, neque interituræ rei eſt affixa, tum verò, quæ ſequuntur etiam magis ex intimo ſacrario fidei, & religionis noſtræ depromptæ ſunt, nullamq; omnino habent cum vſitatis hominum virtutibus communionem.

*Benedicite inſectantibus vos, benedicite, & ne execramini. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus: idem alius in alium vicißim ſentientes: non alta ſpirantes, ſed humilibus ſimul inclinati. Ne eſtote ſapientes apud voſmetipſos. Nemini malum pro malo reddentes: procurantes honeſta coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quantum eſt in vobis, cum omnibus hominibus pacem ſeruantes. Non voſmetipſi vlciſcentes dilecti, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, Mihi vltio, ego retribuam, dicit Dominus. Si ergo eſurit inimicus tuus, paſce eum: hoc enim agens, carbones ignis aceruabis in caput eius. Ne vincaris à malo, ſed vince in bono malum.*

IAM benedicere maledicentibus, & benignum eſſe aduerſus eos qui te inſectentur, commodeque de illis, & ad illos loqui, nec non bona omnia optare iis, qui tibi mala inferant. Rurſusque & gaudia tua, & mœrores ita ad aliorum affectus accommodare, & flectere, vt ex illorum conuerſionibus animorum, atque ſenſibus tua pendeat affectio, quodque communius eſt, & tantum vniuersè dictum eodem erga proximum affectum animo eſse, quo ipſe erga ſemet proximus affectus ſit, propriæ Chriſtiani hominis virtutes ſunt prioribus non vſquequaque intellectæ ſeculis, quas illa per fidem CHRISTI nobis ex Deo inſinuata, & ad imitationem eius ſuſcepta iuſtitia palàm propoſuit, & demonſtrauit. Neque earum vſum, & cognitionem iuſtitia legis non exprimere potuit, quam adumbrare. Nam & illa dixit, ſi inciderís in bouem inimici tui, aut aſinũ errantem, reducito eum, & ſi ſub onere ſuccumbentem aſpexeris, ſubleuato. Ac humani-

tatis quidem officium illa inimico exhiberi voluit, vt eſſet ad tollendas inimicitias occaſio, virtus verò Chriſtiana eſt, nullum omnino habere inimicum, ſed vt ita conſociemus cor noſtrũ cum corde proximi, vt in vnum quaſi cum eo ſenſum cocamus, quã tamen virtus illud myſterium fidei, & CHRISTI neceſſario conſequitur. Etenim cùm eorum, quæ ex hoc mundo ſunt, nihil omnino noſtra magni intereſſe putemus, ſolaq; illa iudicemus, & expetamus bona, quæ nobis à Deo in altera vita propoſita ſunt, nulla ex his rebus cupiditate immoderata, nullo impetu animi perturbamur, quò minùs piam, atq; inuiolatam pacem cum proximo, & fraternæ charitatem neceſſitudinis teneamus. Itaque & poſſumus iniurias inſectantium placatè ferre, & illis loqui, atque optare bona, qui nos afflictos, & oppreſſos volunt, quando illi nihil nobis auferre poſſunt eorum bonorũ, quæ ſola nobis chara ſunt, & quæ vnicè appetenda ducimus; quinimò eos aüdè cupimus ipſi reſipiſcere, & ſanam illis mentem à Domino Deo deprecamur. Ac ferre quidem conuitia, & iniurias inſolentium hominum, atq; inimicorum etiam Philoſophorum nonnunquam du[illegible] reddere autem pro conuitiis laudationes, & beneficiis maleficia compenſare, hoc non cuiuſuis iam, ſed Chriſtiani tantummodò & animi, & inſtituti eſſe poteſt. Ita & in Mattheo Dominus, Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Cùm autem gaudemus cum gaudentibus, & flemus cũ flentibus, omnem funditus liuorem, & maleuolentiam ex animo ejiciamus, vt inuideamus omnino nemini, qui floreat, & abundet, ſiue virtutis laude, ſiue etiã opibus, & apud homines authoritate, atq; fama. In quo enim maximè rationem boni ponimus, in mutuo videlicet inter nos Dei amore, atq; noſtro, ſcimus nos in eo ſi velimus à nemine poſſe ſuperari. Nec verò ipſum hoc bonum nobis ſolis appetimus, ſed cupimus cæteros quoq; omnes illius nobiſcum eſſe æquè participes. Atq; vt animum immunem ab inuidiæ labe retinemus, facileq; eodem gaudio cum gaudentibus communicamus, ſic ad miſerias aliorum animo frangimur, mœroremq; noſtrum, & lachrymas cum mœrentibus coniungimus, etenim hęc affectio imprimis naturalis eſt, neq; Deo aduerſaria, ſed animis digna miſericordibus, qui ad ſubueniendum, & opitulandum calamitoſo propenſi ſunt, qui tunc verè Chriſtiani ſunt, vereq; fideles, ſi quas ipſi calamitates, hominumq; iniurias, corporis morbos, fortunarum amiſſiones fortiter, & conſtanter in ſe ferunt; eas in proximo ſuo nequeunt immoto animo ferre: ſed ad conſpectum, & ſenſum hominum calamitoſorum miſericordia collabuntur. Et ſanè gaudere cum gaudentibus probum, & pulchrum, ſanctumque eſt, animiq; ab omni labe, & inquinamento maleuolentiæ puri, mundique proprium. Flere autem

cum

in ſentibus perhumanum, & mite. Oportet autem nos ſi hæc
implere rectè, & conſequi omnia volumus, fingere animos no-
ſtros et aliorum voluntatibus, atq; animis: cumque affectione
nulla ipſi propter noſmetipſos perturbemur, ex alienis tamen a-
nimorum permotionibus affici, vt idem viciſſim inter nos ſentia-
mus, & proximorum vnuſquiſque proſperitates, atq; ærumnas,
nihil de ſuis interim laborans, reputet ſuas. Sic enim & lætitias
animorum gratulando ſimul cum illis, lætandoq; augebimus,
& diminuemus, ac ſubleuabimus mœrores condolendo. Quod
hoc fiet, vt ex affectibus aliorum, non ex noſtris afficiamur, o-
mnibus aliis perturbationibus ex animo noſtro exciſis, atq; eie-
ctis, duobus tantùm motibus impellemur. Lętitia ex proximi re-
bus ſecundis, & ex infeſtis miſericordia. Iraſci enim & inuidere, &
odio habere, & cupiditate adigi, affectus ſunt eorũ, qui ſibi ipſis
afficiuntur, nõ proximo. Sequitur, vt ne alta nobis proponamus,
ne ad magna, quæ mundi ſunt, aſpiremus, ne adminiſtrationes
rerum publicarum, ne magiſtratus, honores, imperia, ne gloriam
appetamus: ſed in paruis, & obſcuris, & ignobilibus mundi liben-
ter conſiſtamus, nec ſolùm extra debemus eſſe humiles, ſed no-
biſmetipſis & intus exigui. Eſt enim hoc illi finitimum, & ſimi-
le, a quo cauere nos admonet, vt nec ſimus nobis ipſis ſapientes:
id eſt, ne ita ipſi nobis placeamus, vt egere nos minimè aliorum
conſilio arbitremur. De his & alio loco ſcriptura, Væ iis, qui ſibi
ipſi ſapiunt, & coram ſe ipſis ſunt ſcientes. Hos & grauius incre-
pat ac refellit Salomon, Vidiſtine, inquiens, virum ſapientem in
oculis ſuis? ſpes de inſano maior, quàm de eo eſt. Et nimirum pu-
tidiſſimi omnes, & moleſti imprimis ſunt, ac in cœtu, & conuentu
cæteros faſtidientes, quod præcipuè vitium conſenſionem au-
fert, & concordiam de Eccleſia. Non enim iſti membrum ſe eſſe
pati poſſunt, ſed caput, vel potiùs ex ſeſe corpus aliud conantur
facere. Ita & pauperes vt eſſemus ſpiritu, nos hortatus eſt CHRI-
STVS. Nemini malũm pro malo vt reddamus, in quo lex contra-
ria, quæ oculum pro oculo & dentem pro dente rependi iubet:
ideoq; ea nõ eſt ad veram Dei iuſtitiam, quam poſtea fides CHRI-
STI conſecuta eſt, ſuo munere peruecta. Nihil quidem huiuſ-
modi omnino in Euangelio eſt, vt procuremus honeſta coram
hominibus, vt neminem exemplo malo lædamus, & exemplo
bono cunctos ad virtutem, & ad iuſtitiam prouocemus, vt ha-
beamus pacem cum omnibus, quantum in nobis eſt, hoc eſt, vt
neque excitandis, neque alendis contentionibus, & diſcordiis vl-
la nobis anſa, vllus fomes præbeatur. Cum omnibus verò tam
fidelibus, quàm etiã infidelibus, quod idem ad Corinthios, Sine
offenſione eſtote Iudæis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei. Et quoniã
hoc fortaſſe facilius factu ſit, non præbere cauſam, neq; initium

iræ, fugereq́; rixandi, & altercandi occaſiones, illud quod eſt difficilius, nominatim interdicit, vt neq; etiam laceſſiti iniuria & prouocati de vlciſcendo cogitemus. Sæpe enim vſu venit, vt qui diſcordiis cauſam non dederunt, offenſione tamen primò accepta iram deinde, & odium diutiùs ipſi foueant, nutriantq; diſſidia, quæ alij intulerunt. Sed vt non eſſe authorem diſſenſionum vulgaris prudentiæ eſt, ſic acceptam iniuriam non perſequi continentioris virtutis. Dare igitur ſpatium iræ nos ſuadet, & continuo illos animi motus primò cohibere, deinde in totum permittere Deo, qui iuſtiſſimus vltor eſt eorum, qui iniuria læſi ſunt. Ac cum tanta quenquam eſſe conſtantia, & firmitate animi, vt iniuria nõ moueatur, maximum videri poſſit. Addit tamen aliud maius & multò admirabilius, vt eos ipſos inimicos noſtros, qui acerbè læſerunt, qui damnis & ignominiis nos vt afficerent, operam omnem impenderunt, inopia & neceſſitatibus oppreſſos ope noſtra ſubleuemus, vt paſcamus famelicos, vt ſitientes potu recreemus, vt præſtemus denique illis in egeſtate eorum, & penuria officia amicorum, & beneuolentium hominum. Quo quid memorari poteſt iam diuinius? Atque hæc ſunt non documenta ſolùm Chriſtianæ fidei, ſed monumenta etiam in nobis Dei bonitatis, quibus ad tantæ, & tam præcelſæ virtutis cognitionem atque vſum, illo donante ſublati ſumus, quanquam eſt hoc præceptum traditum idem à Salomone: & totidem penè verbis ab Apoſtolo relatum, vt eſurientem paſcamus inimicum, ſicque in caput illius prunas aceruemus. Quid ergo intereſt, quæſierit aliquis, ſi et lege quoque præcepta huiuſmodi habentur, aut quomodo hæc erunt Chriſtianæ fidei propria? Illud nimirum, quòd ea data illis ſunt ad terrenam pacatiùs traducendam vitam, nobis ad immortalem alteram illam acquirendam, & apud illos rationem quandam prudentiæ humanæq; ſapientiæ continent, apud nos diuinæ virtutis, & bonitatis. Vt enim diximus, nos non inimico tantum commodare (id enim iubet etiam interdum lex) ſed inimicum vltro diligere iubemur, quod nobis, qui iniuriam nullam agnoſcimus, perfacile eſt. Illis verò mundi bona ſectantibus prorſus difficilimum. Et tamen in ipſa quoque veteri lege quædam interdum exiſtunt ſcintillæ, tanquam CHRISTO & Euangelium patefacere volente. Sed tenues eæ, & imperfectæ, vt hoc ipſum, quod de paſcendo inimico protulit Salomon, Chriſtianum planè videretur, niſi finis in eo appareret, non obſequium, & gratificatio erga Deum, ſed ipſius inimici rubor, atque confuſio, quæ etſi ratio ab Apoſtolo quoque per occaſionem inductæ authoritatis poſita eſt, nõ tamen verecundia inimici, vt finis ab eo, ſed quod placitũ ſit Deo præcipuè ſpectatum eſt. Igitur hæc plena, & propria fidei noſtræ præcepta ſunt, quæ non

aut-

…ibus ſolum percepta, ſed omnibus animi ſenſibus comprehen-
…eamus, ſi vere CHRISTO ſumus dediti, & fideles. Quæ quis
…am quæſo inuenit Philoſophus? aut quæ animis hominum
…entia inſinuauit, quæ priſcæ literæ, qui mores, quæ rerum, aut
…porum conuerſio huiuſmodi genus prudentiæ, huiuſmodi
…virtutis, humanitatis, liberalitatis, temperantiæ, aut vſu
…nit, aut præceptis, legibuſque monſtrauit, vt ſtatueremus o-
…, facultateſque noſtras inimicis æque noſtris ac coniunctis &
…iaribus debere eſſe paratas? Et tamen ſi vere exiſtimare vo-
…us, hac vna ratione maxime tolluntur diſcordiæ ex ſocietate,
…ſedantur, odia placantur, firma, & fidelis conſenſio conſtitui-
…ria animo ab hiſce perturbationibus vacuo, atque ſoluto hæ-
…e planè in Deo noſtra mens, & frui beato gaudio illius ſuauiſſi-
…æ, & longe nobiliſſimæ contemplationis permittitur. Nam
…od addit Paulus eos, qui ſic fecerint, vt paſcant, & alant eſuri-
…tem inimicum, prunas ignis in caput illius aceruaturos, eò per-
…, vt futurus ille ſit ſui ipſius obiurgator acerrimus, qui iniqui-
…tem ſuam tali humanitate cognouerit remunerari. Itaque ru-
…re, & conſcientia, & morſu animi perurgebitur, maioreſque i-
…ſtringet à ſe pœnas erroris ſui, quàm ad irati inimici arbitrium
…ſſet perſoluturus, quod quidem illi cedere poterit ad correctio-
…em, emendationemque prioris ſententiæ, nobis vero ſiqui ita e-
…rimus, inſignem ea res apud Deum gratiam, & ſingulare ſola-
…tium iam perfectæ in nobis fidei erga Deum allatura eſt, ad hoc i-
…dem valet etiam quod ſequitur, vt ne vincamur à malo, ſed vinca-
…mus in bono malum, quod quidem maiorem ſemper boni, quàm
…ali eſſe potentiam indicat, cum poſſit quidem ab alterius ma-
…lebonum noſtrum non vinci, nunquam autem poſſit hoc, ad
…quod hortamur, bonum non alienum malum vincere.

Hic Langeus, Præclara nimirum, inquit, & egregia morum
documenta præbet nobis Paulus. Atque vt tu modo Sadolete di-
cebas, non cum aliorum legibus, inſtitutisq; communia, ſed pro-
pria noſtræ fidei, atque ex ſanctiſſimis deprompta Chriſtianæ re-
ligionis adytis, in quibus hoc video ab ipſo præcipue quæri, vt o-
mnium noſtrorum conſiliorum, atque factorum conſtans, & ſo-
lida ratio, quæ ex ſolo Deo, & ex interiore cuique conſcientiæ iu-
dicio ſpectanda eſt, ad mundi opiniones, & ſtudia ne prolabatur.
Nam quemadmodum flumen cum peruenerit in mare, amiſſo
fluminis nomine, & natura, naturam illam accipit, qua cum per-
mixtum iam, atque confuſum eſt, ipſamq; ſimul maris ſubit ap-
pellationem, ſic mihi videtur vereri Paulus, ne ſi vera virtus, & ea,
quæ ex Deo ſuſcepta eſt, oſtentare ſe inſtituerit, & opiniones ho-
minum & ſtudia aucupari, proprium ſtatim virtutis nomen a-
mittat, ſitque non amplius Chriſtiana virtus, ſed popularis. Ita-

que illam ipſam tanquam caſtiſſimam virginem ab omniũ oculis aſpectibusque ſemotam ſedere domi in intimis penetralibus iubet, ſua ipſam veritate, conſcientiaq; contentam. Deumq; ſibi vnum, & ſemper proponentem, cui placere ſoli, & ſe probare ſtudeat. Omnem autem ab hominibus famam, omnem externæ commendationem laudis ſedulò deuitantem, ne ſi fortè oculis ſermonibusq; ſe dederit, à Deo paulatim ſegregata, & ex integritate ſua deducta corrumpatur. Sanctum hoc conſilium, & ſalutaris ſententia profectò eſt, vti ita ſemper in veritate maneamus, ne opinionibus vanis auferamur. Sed ſi eſt liberè dicendum, quod ſentio, non virilem in nobis virtutem inſtituere videtur Paulus, ſed virginalem quandam potiùs, & timidam omneis offenſiunculas, & omnia vndique pericula metuentem, quæ ſi huiuſmodi ſit, ſibi quidem forſitan illa ſatisfaciat, & ſit ſeipſa contenta, ad commoda autem, & vtilitates aliorum parum fructus, & emolumenti afferre videatur. Atque vt quemadmodum ego intelligo, apertiùs vobis ſententiam meam exponam. Cùm duo ſint hominum genera, quæ Deo rectè ſeruire ſtudeant, vnum eorum, qui in ſolitudinibus, aut in locis ad hanc ipſam rem ſatis ſemoti ab vſu, & familiaritatibus multorum placatam ſibi, & tranquillam eligunt vitam, ſuosq; ſermones, & conſilia non cum hominibus, ſed cum Deo ipſo conferunt. Alterum, quorum robuſtior eſt animus, & ad omneis fructus rerum humanarum ſubeundos, ac ſuſtinendos aliquantò fortior, qui ſeſe cum cæteris hominibus dedunt, qui in populo verſantur, qui inſtrumentum illarum, quas à Deo acceperunt virtutum, non domi incluſum continent, ſed proferunt ad vſum, vtilitatemque communem, offerunq; ſeſe temporibus, atq; periculis, ſæpe iracundiis aliorum, ſæpe calumniis, ſæpe improbitatibus, ſæpe ignominiis, damnisq; expoſiti: horum inquam, duorum generum, & ſi vtrumq; ſanctum eſt Deoque ritè ſeruiens, nempe ego tamẽ magis hoc probauerim, quod cœleſtes illas ex Deo opes, quas poſſidet, non ſepoſitas ſibi ſoli, ſed cunctorum vſui, & commodo vult eſſe propoſitas. Etenim mihi quidem hic videtur propiùs ſe ad Deum illum ipſum intuendo, imitandoq; adiungere. Porrò ipſius Dei cùm bonitas illa ſit, vt ea in ſe primum infinita & immenſa in omnium deinde hominum, atq; rerum ſalutem, vtilitatem, commodumq; diffundatur: ſic qui bonum ſuum reliquis impartiunt, hi mihi videntur diuinam illam bonitatem apta quadam inter homines imaginis ſimilitudine melius referre. Atq; hos ego, vt longè aliis antepono, ſic non contemno ne illos quidem, qui ſeſe in ſilentium, & in ſolitudinem abdiderunt, remotiq; ab omni iactatione populari, & tanquam in portum ex fluctibus delati, quietam, & ſecuram ducunt vitam, in eius quem vnum præcipuè adamauerunt contempla-

platione Dei perpetuò inhęrentes, tuta hæc & beata ratio
ndæ vitæ, ac toto ſuæ ætatis decurſu pacatior longè, atque
noc: ſed quam tamen celebritate nimia illam appetentium
mentari non expediat. Etenim quid cęteris fiet, ſi omnes qui
cum ſtatuerint ſe conferre, illud vnum iter, & illam ad cœ-
perueniendi viam fuerint ingreſsi? quis populum reliquum
s author reget? quis vulgo moderabitur? quo paſtore vigi-
, & fideli cuſtodientur oues? quis aut certare pro iuſtitia, aut
contra improbitatem, aut iniquitati obuiam ire, aut tueri inno-
ntia conabitur: ſint ſanè ſancti iſti, qui ab communis vitæ ſtre-
a, atq; concurſu ſeiuncti ſunt, qui ab mundo ſe abalienauerũt,
atq; ad Deum vnũ mente animoq; conuerſi, ſint beati, ſint ipſis
quemodũ angelis, vt dicitur, pares, ego hos nimirum illis præ-
m, qui verſari æqualiter cum reliquis conſtituerunt, qui mo-
m illam pręcipue ſecuti ſunt, quem à quotidiana conſuetudi-
oluerũt approbari, & cùm externos cultus corporis, ordinem-
ctorius vitæ ſimiliter atq; cæteri ſuſciperent, ac ſectarentur, in
mente tamẽ, & integritate animi, & in ipſo Deo præter cęteros
emanſerunt. Nec verò CHRISTVS Dominus hoc præcipuè
, & hanc ſectam hominum ſeſe communi vitæ dedentium
; accommodantium non maiore aliquantò honore eſt proſe-
, qui cùm Petrum antetulit Ioanni, iusq; eximiæ illi autho-
, & curam, rectionemq; ouiũ ſuarum attribuit, ſatis palam
icauit negotioſam ſe, & laborioſam vitam, huic tranquillæ,
mæq; præferre. At enim labi iſti facilius, & offendere pericu-
, & ſæpius abduci ab optimis inſtitutis queunt fateor, ſed
est ſibi ipſe tam confidens, aut tam fortiter de cęteris auda-
q; exiſtimans, qui ſtatuat hominem quocunq; è genere vitæ
ment, alienum à prolapſionibus, & ab offenſionibus eſſe? fra-
eſt natura noſtra, & voluntas infirma, vt quam nõ ſolùm im-
, & turbines externarum rerum, ſed tacitæ ipſæ ſępe cogita-
nes quatiant, atq; peruellant, quæ tamen dum in fini ipſo cõ-
ſtanter hæreat, hoc eſt ad Deum ſemper, & ad primum bonum ſit
directa, in curſu ipſo interdum ſi prolabatur, nequaquam hoc illi
capitali fraudi eſſe debet, nam aliter, vbi, quandóue erit diuinæ
miſericordiæ locus? An verò iſta virtus miſericordiæ tanta, & tam
a iners penitus in Deo, & vacua cenſenda eſt? Iam qua ille
parte, aut ſibi melior, potentiorq; eſt, aut nobis commodior,
q; communior? cùm ſi miſericors ipſe non ſit, nos ſalui eſſe ne-
queamus, ſin autem nos perpetuò innocentes, illius inanis videa-
tur eſſe miſericordia. At ea illi præcipuam gloriam, nobis autem
certiorem ſemper ſalutẽ prębuit, quibus nõ integritate, & inno-
centia noſtra, ſed Dei clemẽtia ſemper magis eſt nitendũ. Quam-
obrem nemo quidem me ab hac vita occupata, & populari illa ra-
tione deterruerit, quod eam dicat lapſionibus, & periculis magis

expoſitam eſſe, vt enim hoc ita ſit, tum fructus quidem ea certeer ſe fert in aliorum ſalute procuranda vberiores, tum ipſa duplici Dei præſidio munita eſt. Nam & vim illam recte agendi, recteque ſentiendi hoc magis accipit ab ſummo Deo, quo ad difficiliores multo res, & ad duriora vitæ impedimenta dimouenda conuerſa eſt: & ſiquid aliquando titubauerit in curſu, errandoque deliquerit, per eiuſdem Dei miſericordiam purgata, atque abſterſa, fit ſplendidior, quàm vlla humana accuratione aut diligentia potuiſſet ſplendeſcere. Quod ſi ita eſt, neque ego ſecus eſſe exiſtimo, quæſo quanam ratione Paulus, & tu cum Paulo Sadolete conſentiens, omnem paulo ante Dei omnipotentis cultum ita adſpirituum, & ad mentem redigebatis, vt nihil prorſus externis cerimoniis, nihil oculis, nec auribus, nihil communibus hominum ſenſibus reliquum faceretis? an omnis omnino religio, omnis adorandi, venerandiq; Dei cerimonia in ipſis intimis, abditisq; cogitationibus, & in tacita ſola voluntate cõſtituenda eſt, neq; eſt eam ſignum aliquod, indiciumque proferendum quod incluſam noſtram pietatem erga Deum, ad oculos ſpectantium traducat, & deferat: Quid ſibi ergo templa iſta volunt, quæ tanto, & tam magnifico opere vbiq; ferè gentium, qua Chriſtianum nomẽ in honore eſt facta, atq; ornata extant? Quid aſſiduæ in illis Deum perſonantium, & pro populo rogantium ſacerdotum preces? quid ipſi ordines, gradusq; ſacerdotiorum? quid aræ, quid ignes, quid veſtes luculentæ, & variæ, atq; (vt poëta inquit) auro, oſtroq; rigentes? quas dum ad ſacrificandum Deo ſe apparant, more ſolenni, atq; priſco induere ſacerdotes ſolent, neq; putandi ſunt illis in myſticis ſacris tractandis Deo ſe offerre. Cantus vero, & voces, & tibiæ, & ſymphoniam chori celebrantes, tum autem minorum maioribus aſſurrectiones, inter pares mutuæ ceruicũ inflexiones, amplexus, cõprecationes, pacis oſcula, quæ cuncta à cõmuni Eccleſia non adſcita modo, atq; recepta: verum etiam præcepta, atque inſtituta omnibus ſunt, nõnne perſpicue indicant cultũ & religionẽ in ſummum Deum, non ſolum in ſpiritualibus, & intimis adorationibus, verum etiam externis in cerimoniis ſuſcipi, & adhiberi oportere? Nam illud quidem credi nullo modo poteſt, quæ ſpiritu Dei catholica Eccleſia regatur, eam ad hæc agenda, atq; inſtituenda nullo bono conſilio, ſed inani, & irrita ratione fuiſſe motam. Ita ego nouos hoſce hæreticos, qui nuper etiam omnia perturbauerunt, non alio magis nomine eſſe deteſtandos cenſeo, quam quòd ritũ hunc omnem, & cõmunem Eccleſiæ cõſentientis cerimoniã, quæ in ordine quodam, & in pulcherrimo more ſita eſt, ſuo quidq; loco, & ſuo tempore agendi, nec non ad agendum ſic ſe vnumquenque vti legibus præſcriptũ eſt, aptandi, atq; apparandi, miſcere penitus, & confundere ſunt conati, vt cũ

hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æternum noſtrę pietatis teſtimonium ſuſtuliſſent, ſeq; ea ratione ab hominum oculis, & animaduerſionibus quaſi in occultum, & abditum recepiſſent, tum demum licentius gererent ſe erga Deum, atq; inteſtinæ voluntatis arbitrium, quod iam à populi conſpectibus abſconditum eſſet, ad quas vellent, tutò cupiditates conuerterēt, atq; ij tamen hæc Pauli verba nos ad interiores cultus Dei ſemper reuocantis, & ab externis oſtentationibus auocantis temerarijs opinionibus prætendunt, quæ equidem verba ſi præciſe intelligantur, cum magnam ea profectò perturbationem morum ſolennium, & vſitatorum in Chriſtiano populo pariturа ſint, lenius, & conſideratius interpretanda cenſeo, rurſus & alio loco, quà præcipit Paulus, vt ne ſapiamus plus quam oportet, ſed ſapiamus ad temperamentum, néue de nobis plus, aut de facultatibus noſtris profiteamur, quàm quantum conſcij ſumus poſſe à nobis præſtari, atq; vt hanc ipſam conſcientiam, non opinione elata, atq; inani, ſed diuina veritate metiamur, habet nimirum iſta præceptio rationem illuſtrem & ſplendidam, quòd hoc ſemper, & imprimis prouidet Apoſtolus, ne ad oſtentationē noſtri, & ad aucupandam populi famam delabamur, omiſſoq; vero Dei cultu in imaginibus vanis, atq; vmbris inſiſtamus. Sed tamen ſi vt verbo poſitū eſt, ita nude intelligatur, multa accidere neceſſe eſt, quæ ſint ſocietati hominum, & recte inſtitutis cœtibus, contrariusq; damnoſa. Quod ſic mecū quæſo conſiderate. Ac primum totam huius Pauli ſententiæ accipite ambiguitatē, etenim inquæro, quam metiri iubemur ex Deo facultatū noſtrarū conſcientiam, vtrū eam vt comparatam cū Deo ipſo metiemur, an vt ad homines conuerſam? Si vt erga Deum, obſecro quis noſtrorū eſt, vel cunctorū omnino hominum, modo is à mēte ſua, & à bono conſilio penitus non ſit derelictus, cui poſſit coram Deo aliquod ſuæ facultatis, & puræ, integræq; cōſcientiæ veſtigium reliquum videri? qui non in illa infinita vi, atq; virtute, ſi ſeipſum aduerſus illam ſpectet, atque expendat omnes ſuos ſenſus, omnes inteſtinas animi cogitationes diſperdi longe ſentiat, & obrui, vtque cum pſalmo exclamet, atque proferat? Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis? Non enim cuiquam eſt in oculis Dei ſibi iure placendi, aut de ſe bene exiſtimandi locus, quòd vt aduerſus ſolem omne lumen tenebræ ſunt: ſic nosmetipſos Deo ſi comparemus, omnis veritas humana mendacium eſt, & vitium, atque labes omnis noſtra integritas, in tanto enim interuallo, quantum inter noſtram, & Dei bonitatem intereſt, quod profecto immenſum, & imperagrabile eſt, quæ tantopere à Deo, & tam longe diſcedit ratio, ea non amplius in ſe ipſa conſiſtere, ſed ad contrariam rationem adiungere ſe videtur. Quare nemini eſt erga Deum de facultatibus ſuis, & de conſcien-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiæ fiducia quicquam exiſtimandum, aut confidendum. Sin autem vt ad homines nos conuertimus, & noſmetipſos illis exhibemus, ita debemus eſſe cauti, ne plus de nobis alijs polliceamur quàm quantum idonei ſumus præſtare, néue falſas in vllis de nobis opiniones excitemus, ſed fiduciam noſtram ſuſcipiendi aliquid, aut promittendi ex Deo, & ex veritate conſcientiæ metiamur. Quod magis ſentire velle videtur Paulus, ne ſic quidem mihi videtur iſta ratio ſimpliciter, & vniuerſe accepta poſſe conſiſtere, etenim multa ſæpe vſu veniunt neceſſario, in quibus & videri meliores quàm ſumus, & plus oſtentare, ac profiteri, quàm valemus, & virtuti noſtræ, & bono mori, & communi vtilitati conducit, atq; expedit. Vt verbi cauſa, in magiſtratu ſi quis conſtitutus ſit, ſiue eum honoris gradum is obtineat, ex quo præcepto tantummodo, atq; exemplo populum docere, & in viam veræ ſalutis inducere iubeatur, quales fermè ſunt curationes Eccleſiaſticæ, atq; poteſtates, ſiue etiam ius & authoritatem habeat vindicandi in improbos, & terrore, ac metu hominum vitia, & facinora comprimendi, cui eſt poteſtati gladius vindex delictorum ab ipſis legibus datus. Quæro ego à vobis, ſi vtrunque imperium & hoc ſeuerũ, atq; vehemens, & illud moderatum, ac mite hominis regula, & ad conſcientiæ interioris veritatem dirigere omnia, atque agere inſtituerit, num nam multa non videatis inceſſanter damna, & detrimenta Reipublicæ? Primum qui in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aliqua ſe macula, & labe delicti affectum ſenſerit, quo ore audebit cæteros monere, atque hortari, vt ſe integros præbere Deo, & ſacrificium iuſtitiæ illi ſtudeat offerre, cum ipſe ad conſcientiam ſuam reſpiciens minus ſe idoneum doctorem vllius eſſe virtutis cognouerit? quis libidine aliqua contaminatus, ad caſtitatẽ, quis amore pecuniæ æſtuans, ad abſtinentiam, quis elatior, ad humilitatem, contumacior, ad facilitatem, iracundior, ad lenitatem alterum recte poterit hortari? aut denique, quoniam rarum omnino, & penè inauditum eſt hominem quenquam exiſtere, qui non peccato aliquo proprio laboret, & ad ſuum, ac peculiare quodpiam vitium non ſit propenſus, quis reperietur tanta animi confidentia præditus, ſi idem Paulo aſſentiri voluerit, atque auſcultare, qui audeat partem vllam, curamq; ſuſcipere docendi cæteros, atque inſtituendi? cum etiam ſi nullius culpę grauioris conſcius ſibi ipſe ſit, communem tamen conditionem infirmitatis humanæ horreat, atq; extimeſcat neceſſe eſt, illamq; grauiſſimam offenſionẽ reformidet, quę ipſum quoq; Paulum ſolicitum imprimis habebat, ne cum alijs prædicauerit, improbus ipſe reperiatur. Quod ſi ita ſit, & hæc eſt Apoſtoli in hunc modum accipienda ſententia, mitto reliquos gradus, ordinesq; Eccleſiaſticos, quibus Eccleſia tota diſtincta, ornataque

eſt, tam-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

di, tametſi omnes quidem illi ad exemplum, doctrinamq; bene
gendæ, & ad vnius Dei ſtudium dirigendæ vitæ populo cuncto
propoſiti ſunt. Sed tamē mitto cæteros, Epiſcopatum ipſum ſpe-
cimen innocentiæ, normam totius virtutis, magiſterium fidei,
pietatis, religionis, quiſquam erit omnium tam impudens, tam
audax, tam confidentia, temeritateq; proiectus, qui aut ipſe ſibi
petere, aut alij gerendum, adminiſtrandumq; offerre, & ſuadere
ſuſtineat? quod quidem munus, & quæ curatio tanquam non ex
hominũ numero is ſit, qui illam gerit, atq; exercet, ſed tanquam
Deus, qui ſecurus periculorum ſuorum, alienæ ſalutis cuſtodem
ſe profiteatur, ita cæteris cõſulere intendit, quaſi qui ea præditus
ſit, ab omni ipſe cura, & ſolicitudine de ſe vacuus, id ſolum cura-
re debeat, vt alienis morbis, & offenſionibus medeatur. Ac ſi il-
lud tamen reliquum factum fuiſſet, vt quoniam quorum flagitia
aperta, manifeſtaque ſunt, horum in monendo, atque arguendo
alios inanis eſt authoritas, illis ſaltem liceret, faſq; eſſet, qui labes
ſuas occultas continere potuiſſent, aliorum perſpicuas, & notas
coërcere, atq; in docendo, ac reprehendendo, tales foris ſe oſten-
dere, quales profecto intus non eſſent, vt grauiores authores ſci-
licet, & meliores eſſe, quàm reuera exiſterent, populo viderentur,
eſſet tum quoque exemplo & monitioni, & doctrinæ ſuperiorum
erga inferiores aliquis relictus locus. Nunc vero, cum omnis hu-
iuſcemodi actio, omniſque profeſſio ad interioris conſcientiæ fi-
dem, & regulam redacta ſit, quis erit, cui non expediat, atque ad-
eo cui non neceſſe ſit de ſeipſo tantum laborare, de cæteris nul-
lam curam gerere omnino? quod ſi fiat, & ſibi priuatim omnes
conſulant, Reipublicæ autem nemo, ſublatus ſtatim ordo de vita
& temeritatis vindex magiſtratuum authoritas perempta peni-
tus ſit, ex quo neceſſe ſit omnium legum, atq; morum interitum,
& perturbationem magnam ſequi. Quòd ſi non licitum eſt Chri-
ſtiano homini plus de ſe foris oſtendere, quam quantum intus ſe
valere intelligat, primum cur Epiſcopis, & cæteris Chriſtianæ
religionis antiſtitibus adiuncta eſt iuriſdictio, cum epiſcopatus
ipſe humilitatem, & pietatem, & cultum vnius Dei, Iuriſdictio
ſeueritatem, & ex ſeueritate metum improbis, nocentibuſque re-
quirat? Metus porro vt afferatur hominibus maleficis, facinora-
que coërceantur, ſæpe neceſſe ſit maiore quodam ſtrepitu, & ap-
paratu, quam quanta ſit noſtræ poteſtatis vis oculos ſpectantiũ,
& ſenſus reliquos perſtringere, atque occupare. Quod maximè
in prophanis imperijs intueri licet, quæ faſtum, & authoritatem
ſuam externis inſignibus, atque ornamentis maxime adaugent,
vt videantur hominibus formidabiliores, quibus ſi lex iſta impo-
natur, vt ne ſe oſtentent populis, néue maiores, & robuſtiores,
quam reuera ſint, apparere cęteris ſtudeant, ſæpenumero eueniat
profe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

profecto, vt malorum hominum vis nullo metu coërcente congregata, atq. collecta, conſenſione bonorum, & vi magiſtratuum efficiatur potentior. Sed quid ego iſta ſigillatim colligo, cum liceat mihi vno in loco ſimul complecti omnia, atque proferre: ſi illud dicam, quod neceſſe eſt dici, ſimulationem, & diſſimulationem in omni vita tantam vim obtinere, vt ſine illa nec agi quicquam recte, neque ordine adminiſtrari gubernatio vlla poſſit. Ac de diſſimulando quidem video mihi ab omnibus concedi, etiam qui ſacris doctrinis inſtituti, & præceptis Dei obedientes ſunt. Nam cum crimina hi ſua tegere, occultareque iubentur, ſi qua forte ab ſeſe clam ſuſcepta ſint, ea re quidem, vt ne proximum ſuum, quem ſimulata foris bonitate in officio continent, ſi diſſimulationem deponant, delinquendi, malo exemplo inſuper lædant atque corrumpant. Tum vero qui egregijs virtutibus ornatos ſe intelligunt, ſuntque innocentia, & integritate inſignes, contra tamen ipſi de ſe loqui, & veras à cæteris laudes auerſari coguntur, vt ne incidant in elationis vitium, & populari gloria pluſquàm ſatis opus ſit, ducantur: ex quo & illud Euangelicum recte ſe habere viſum eſt, quo monemur à Domino, vt cum etiam omnia ſedulo impleuerimus, dicamus tamen de nobis ipſis, quòd ſerui ſumus inutiles. Simulatio vero ad ſingulas penè res ſi non adhibeatur, quid eſt tandem omnium rerum, quod poſſit ad optatum exitum, finemque perduci? Nullum eſt vitæ communis commercium, nullum pactum conuentum, nulla communicatio, nullum belli, pacíſue fœdus, nullum conſilium. Nec vero amicitiæ, ſocietatis, connubij conciliatio eſt vlla, quæ ſi ſimulatio penitus abſit, cōcludi rite queat aut confici. Multa enim verbis ſimulare oportet, multa etiam factis, ſi ad noſtrorum conſiliorum rationes, & exitus cupimus peruenire. Atque vt in connubijs conciliandis, quoniam de his modo mentio facta eſt, eos qui interpretes ſunt ſponſalium paciſcendorum multa nunciare citro, vltroque oportet, quæ ad mouendum, & perſuadendum ſunt idonea, vt de ſponſo, & de ſponſa omnia bona loquantur, & verorumque virtutes in maius prædicando augeant. Vitia vero ſi qua exiſtunt, extenuent vehementer, aut ſi patiatur res, diſſimulent penitus, atque tegant. Cui etiam rei munditia, elegantia, cultus, veſtitusque corporis ſeruiunt, & lenocinantur, idque præcipuè agunt, vt videantur omnia venuſtiora eſſe, & pulchriora proſpectò, quàm reapſe ſint: ſic omnis tractatio, & communicatio vitæ, hominumque inter ipſos conuictus, & participatio veluti nuptiarum, conciliatio quædam eſt ſimulationum, & diſſimulationum inuolucris quibuſdam, & tanquam lenocinijs fucata, atque illita, quæ ſi ad circumueniendum proximū intenta eſſent, equidem haud negarim improba eſſe, & ab ipſis legibus, magiſtratibusque

ąque vindicanda. Verum cum nil confici probe, neque ex ho-
num vſu & communis vitæ commodo tractari apte queat, ſi
ulatio omnis abſit, & diſſimulatio, ſitque tota perſonata fere
, plus in vultu, & geſtu, & omni corporis habitu de ſe ipſa
dendens, quam quantum intus gerat, atque poſſideat virium, &
ulitatis, nequaquam ego putarim vitio dari debere, ſi quis ſa-
e plus ſtudeat ad populum, & inter cæteros, quàm fortaſſe ſa-
t ſibi, vimque, & poteſtatem ſuam maiorem foris oſtendat,
am reuera illa ſit, atque id tamen agat cum ad ſalutem bono-
, tum ad terrorem, & pœnam improborum, niſi Paulus nimi-
m hanc modeſtiam, temperantiamque animi, & fugam totius
tentationis illis tantum hominibus præſcribat, qui aut ſoli, aut
m paucis in aliquem concluſum, & ſecretum locum ſe confe-
nt, ibiq; ſeparati à populo, & ab hac vitæ agitatione communi
iuncti, Deo vni in pace, ſilentioq; deſeruiunt. In his enim pla-
e confiteor hæc inſtrumenta ciuilis, & negotioſæ vitæ, quæ in
imulando & diſſimulando ſita ſunt, ſuperuacanea penitus, & in-
tilia eſſe. Quod idem de externis cenſeo cerimonijs, atque his
obſeruationibus, ac ritibus, qui in Eccleſia palàm adhibentur,
quando quidem his talibus hominibus, quos Græco vocabulo
monachos, eremitasque appellamus, quorum quondam ſancti-
te, & frequentia Ægyptus imprimis enituiſſe dicitur, cum Deo
no ratio ſolum ſit, qui puram tantummodo, & ſynceram poſtu-
t veritatem, omneque quod præterea eſt, inane, & vacuum eſſe
cit. Nobis vero in turba, populoque verſantibus illa eſt vitæ
mune degendæ ſuſcipienda ratio, vt quoniam homines ſenſibus
ſæ magis, quàm intelligentia, menteq; mouentur, ea inter eos
rerum gerendarum inſtrumenta nobis aduocemus, quæ ad ſua-
dendum, & diſſuadendum maiorē quandam oſtentationem foris
præferant, quàm contineant intus veritatem, ſi modo oculis
hominum ſeruire & proprium recte agendi, ordineque viuendi
modum & tenere ipſi volumus, & cæteris tradere, atq; inſinuare.
QVÆ CVM DIXISSET Langeus: tum Triultius qui attentiſ-
ſimo animo omnem exceperat illius orationem, ad me conuer-
ſus, Quàm diſerte, & copioſe Langeus, inquit, ea de quibus dubi-
tabat in Paulo, oratione perſecutus eſt, nec vero ego aliter de eo
nunquam exiſtimaui, ſemperque ita ſenſi, quicquid hic dicere in-
ſtituiſſet, eum non modo id fortiter, atque prudenter, verum et-
iam ornate, docteque eſſe dicturum. Noui enim excellens huius
ingenium. Noui etiam ſtudium. Quanquam hæc quidem laus
cum fratribus ipſius communis eſt. Sunt enim omnes ex eadem
diſciplina ad omnem virtutis excellentiam inſtructi. Ex quibus
video à te plurimum Sadolete diligi, maximoque opere probari
eum, qui mihi quoque, & omnibus mirifice probatus eſt, Ioan-
nem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem Bellaium Epiſcopum Baionæ, cuius præſtantiſſimum ingenium, & virtus, & fidelitas apud regem magno iam in honore eſt, eſtque illi aditus ad omnem ampliſſimam dignitatem merito patefactus. Sed vt de hominibus loqui omittamus, veniamus ad ea, quæ ab iſto dicta ſunt. Duo enim video Langee à te fuiſſe poſita, vnum quod cultum hunc omnipotentis Dei, & obſeruantiam ſanctæ religionis non in ſpiritu tantum, & veritate, quemadmodum ſemper velle videtur Paulus, ſed in externis quoque cultibus, & cerimonijs recte adhiberi putas, in quo ego tibi nimirum aſſentior, iſtaque ſigna, & indicia Chriſtianæ pietatis, quæ ab intestina veritate egreſſa oculos, & ſenſus hominum foris impellunt, in communem Eccleſiæ morem inducta vehementiſſime probo, audaciamque, & temeritatem horum hæreticorum coarguo qui iſta perturbare, confundereque ſunt conati. Alterum illud tuum eſt, quòd cum Paulus neminem ſinat in ſuſcipiendo aliquid, aut in pollicendo plus de ſe profiteri, quàm præſtare ſit idoneus, velitque vt vnuſquiſque à conſcientiæ ſuæ lege, atque fide ne tantulum quidem diſcedat, tu ſimulationem, & diſſimulationem in vita non modo commodam, atque ſanctam, verum etiam neceſſariam eſſe affirmaſti, quippe ſine qua (ſic enim es locutus) nec geri, aut adminiſtrari vnquam recte, nec ad optimos exitus perduci vlla res poſsit, quod videri cuipiam fortaſſe poſsit Pauli eſſe verbis, ſententiæque contrarium, quanquam de iſto poſt videro. Nunc de externis cultibus, ceremonijsque dicamus ea, quæ ad rem putamus pertinere. Non enim neſcij ſumus vbique fere locorum Paulum ita conuellere, elidereque cerimonias, vt nullam omnino partem in pietate colenda, nullum eis locum relinquere videatur. Nam & Moyſis legem ſemper infringit, & eleuat, quæ tota ferme eſt in cultibus, & ritibus cerimoniarum occupata, & totos illos mores ſacrorum, holocauſta victimarum, ornatum templorum, ac ſacerdotum, cætera quoque in lege ſancta, atque præſcripta, cuncta propemodum reijcit, quæ quidem ſunt hominum ſenſibus, aſpectibusque expoſita, cuiuſmodi circumciſio eſt, & ſabbatorum obſeruatio, & ciborum, dierumque diſtinctio. Atque ita reijcit, vt in vno illo cultu & conuerſu ad ſummũ Deum, quo ſe effectori tantum ſuo applicat interior, & rationalis homo, omnem ſitam eſſe oſtendat veram aduerſus Deum religionem, atq; fidem. Non ignoro, inquam, iſta, Paulumque vehementem athletam maximè contra legem decertaſſe intelligo, vt illius authoritate deiecta, alibi quã in templo, & legis cerimonijs Dei colens, & metuens homo ſuam eſſe ſalutem locatam intelligeret. Sed nos hanc rationem ſic exponamus, ac primum illud dicamus, quod & maximè verum eſt, & imprimis neceſſariũ totam hunc cultum omnipotentis Dei totam pietatis vim, ac religionis, per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] per quam homo cum Deo reuera coniunctus eſt, & illius nu[mini], ac maieſtati deditus, in mente, & ſpiritu, & in ipſa inteſtina [vol]untate cõſiſtere. Etenim ſi hæc ipſa ſola ſatis eſt, quæ nos cum Deo copulet, atq; coniungat, cætera autem, quæ extra ſunt, ſi ab [ha]c mente, & voluntate deſerantur, nihil omnino ſunt omnia, [ne]q; quicquam, quod vllius ſit momenti afferunt ad promeren[d]am gratiam, & miſericordiam ſummi Dei, quis dubitet, quorũ [alter]um idoneum per ſe ad agendum aliquid, & conficiendum, al[ter]um vero ſine iſto ad eandem rem præſtandam nullam vim ha[bere], quin eius, quod oporteat agi tota vis, & poteſtas poſita in eo [ſi]t, quod ſolum per ſe ad id efficiendum eſt accommodum? Neq; [v]ero Paulus ſolum in hoc ſpiritu ſemper, & in hac veritate mentis [a]ſſiſt. Sed & Samaritanæ mulieri Dominus diligenter percun[ct]anti vtro potius in loco adorare Deum conueniret, in monte[m] [i]ſto, in quo priſci adorauerant patres, an in templo Hieroſoly[mit]ano: reſpõdit neutrobi amplius Deum adorari oportere, ſed ven[tu]ros adoratores, qui adoraturi eum eſſent in ſpiritu, & veritate. Quo reſponſo planè oſtendit ſibi nõ eſſe cordi locorum religio[ne]s, neque rituum cerimonias, ſed mentis, cordiſque affectum, [qui] mentiri ſibi ipſe, & ſimulando ſuſcipi non poteſt, ab ſe præci[pu]e quæri. Cui ergo rei, dixerit quiſpiam, cerimoniæ iſtæ ſunt, [gr]adusque ordinum, & cœtus templorum, & genuum flexiones, & ſymphoniæ in templis, & thuribula, aut quem pietatis fructum [a]fferunt, ſi ſunt à Domino, & à præcone Domini Paulo repudia[tæ], atq; abiecta? hoc enim eſſe arbitror, quod turbatores Eccle[ſiæ] induxit in fraudem, vel potius fraudi illorum, & temeritati [ca]uſam præbuit, quam nacti ipſi ſibi viſi ſunt, non tam cerimonias ([has] enim haud ita grauiter oderunt) quàm Eccleſiam Catholi[c]am, cui ſunt inimiciſsimi, ornatam cerimonijs, & ſeſe in illis in[g]eniorem exhibentem poſſe euertere, ad nihilumque redigere. Quibus nos dicamus, Quod cum mens, & ratio in hoc nobiſ[cum] corpore ſimul concluſa ſit, atque ita diuino numine co[pu]lata, vt quoad Deus idem, qui nos effecit, & condidit, hanc [i]pſemet animæ, corporiſque iunctionem diremerit, vinculum[que] mortalis vitæ diſſoluerit, debeat ea interea totam hominis [m]olem regere, & ſuſtinere, illamque ſecum, in quam ipſa cunque partem ſe verterit, trahere, atque conuertere, nequaquam eſſe [a]bhorrens, neque alienas piæ, ac religioſæ menti habendas ceri[m]onias, quibus dominam ſuam rationem corpus tendentem ad Deum, & ad illum propius applicare ſe cupientem, ſuis & ipſum [m]otionibus, ſuis compoſitionibus, & figuris, ſuo habitu, geſtu [ob]ſequi conetur, quippe quod capiti, & duci ſuo obſecundans [a]d impetum illius præſto ſit paratumque ſe exhibeat. Quòd [m]entas nuda eſſet ipſa in ſeſe, & nullo membrorum inuolucro

irreti-

irretita, aut etiam ſi iuncta, & implicata cum corpore, ſola tamen agere per ſe, & ſine corporis adminiculo moueri, ac niti ad ſummum Deum poſſet, eſſent fortaſſis externæ corporis geſtiones ad colendum, & venerandum Deum minus neceſſariæ. Cum verò illis imaginibus rerum corporearum, quæ per varios ſenſus in animam impreſſæ corporeã ſemper menti, & cogitationi noſtræ ſuggerunt naturam, ratio ipſa ita nitatur, vt quam diu in hac vita ſit, his tanquam fundamentis, & gradibus ſublata, ſic demum aſcendere in cœlum, & ſe conſtituere in ſummo bono poſſe videatur, cumque illæ ipſæ imagines, quæ menti Deum contemplanti inſeruiunt, eædem ſint corporis, & membrorum dominæ ad ducendum illud, atque flectendum, in quam viſum fuerit, partem: Quis eſt tam auerſus à vero, qui has in corpore, & motu corporis cæremonias, mentis iudicio, & voluntati parentes, illiuſque veritatem, & ſynceritatem conſequentes, alienas eſſe a pietate audeat dicere? cum præſertim eadem veritas, quæ animum, & voluntatem erga Deum commouit, corpus vna cum voluntate, eodem motu impellat, vnamq́ue ac inter ſe connexam ſecum [illegible]riem, & mentis Deo ſe ſummittentis, & corporis mentem tanquam dominam ſequentis. Quòd ſi in omnibus planè agendis, tractandis, conſiderandiſq́ue rebus corporis conſenſu, & miniſterio animus vtitur, num in adorando, & venerando Deo illius tantum reijciet ſocietatem, conſenſumq́ue nihili ducet, & hac vna in re agenda duntaxat ab illo ſe ſegregabit? Qui etiã Deo Dominus ipſe corporis eſt creatus, corpus tamen ab eodem authore factum, atque compactum, ſocium ſecum eiuſdem humilitatis, & erga Deum obſeruantiæ non debet repudiare. Itaque nos, neque id natura ſolum, ſed conſilio etiam perbono ita motum mẽtis, motionibus corporis aſſequimur, vt ſiue animus peccati, & culpæ conſcius proſternat ſe, atque abijciat coram Deo, corpus eundem geſtum, eundemq́ue actum ſubeat, atque conficiat, ſiue agendis pro accepto beneficio gratijs mentẽ ad Deum cogitationemq́ue tollamus, eandem ad Deum ſublationem vultus, oculi, manuſq́ue ſequantur, ſiue quid quoquo modo ſtatuit animus, atque decernat repente, tanquam in ſpeculo: ſic in corporis motu, illud inteſtinum animi conſilium, voluntaſque cernatur. Iam illæ pectorum percuſſiones, capitum inclinationes, genuum inflexiones, quæ pâſſim in communi Eccleſia adhibentur, imitationes ſunt, & ſimulacra animi varios in ſe affectus erga Deum ſuſcipientis, quæ ſi falſo, & per ſimulationem aſſumerentur, eſſentq́ue ementita, atque ficta, maximum nimirum hic crimen, & nefaria improbitas conſceleratæ mentis exiſteret. Sed ſi ita habet ſe intus res, ſi eſt voluntas conuerſa rite ad Deum, ſi mens tota in ipſo Deo vere collocata eſt, cur repellamus corpus

ipſo

...etatis huius, atque aduerſus Deum venerationis conſortio? ...od præſertim huic rei factum natumque eſt, vt præceptionibus ...imi, & imperijs, eius opera, & miniſtratio ſemper parata ſit? ...ecum & ipſum in partem gloriæ, & immortalitatis venturum ...quando apud Deum ſit, non in hac vita cupiditatem quoque ...rei ſuam aliquibus ſignis præſeferet? Non gratias aget con...ori ſuo? non illum colet, quibus poterit modis, ac venerabi...r? Non eſt profecto ne corporis quidem ipſius humilitas, ac ...rentia Deo ipſi ingrata, qui ſe ita coli, atque appeti ab omni...s creatis rebus vult, quantum eſt in vnaquaq; re naturæ ad id ...tendum, & facultatis, in quo tamen genere corpus præſertim ...manum naturis cæteris antecellit, vt quod etiam ſi ipſum ra...o non ſit, domeſtica: tamen ratione, atque mente regatur, ac ...ouatur. Itaque ipſum iure ſpiritus ſancti templum appellat Paulus, idemq; cum aſſiduas preces, obſecrationesque exigit, vt omni tempore fundamus ad ſummum Deum, nónne mentem in ...s precibus è ſuis penetralibus ſedibus egreſſam in vocem, & in ...ia iubet progredi? corporisq; ſibi vſum, & miniſterium aduo...cat? Nam quòd detecto capite viros, velata coma mulieres in Eccleſia vult eſſe, num non ad externas iam id pertinet cerimo...nias? Ieiunium vero, & decimarum Deo dicatio, percuſſioq; pe...ctoris, necnon deiectus oculorum in terram, orisq; demiſſio, quę ...ſunt cuncta in publicano illo veniam ſibi à Deo deprecante per Dominum Ieſum CHRISTVM expoſita & comprobata, nónne ...n corpore teſtimonia ſunt animi cum Deo rationes ſuas pie con...ferentis? Quanquam quid ego ſingula colligo potius, quàm il...lud vniuerſum proloquor, cultum & venerationem ſummi Dei ...cum in anima, & in corde vere ſuſceptus ſit, etiam in corpore pro...pe neceſſario ſuſcipi: tum quia corpus animam, tanquam imago ſemper ſequitur, tum quoniam æquum, rectumq; eſt, vt tota no...ſtra creatio, quæ à Deo ſimul effecta, compactaque eſt, ſimul et...iam authori ſuo & conditori agat gratias, cum præſertim, ſi veritas ea, quæ animum in Deum commouit, eadem & corpus ad affectus animi imitandos moueat, non queat extraneum, ne...que alienum dici, quod ductum ab animo, & eadem cum illo ve...ritate conflatum in vnam, atq; eandem conuenit operationem. Sed de his corporis geſtibus, & cerimonijs, quæ ſunt animi moti...bus, & voluntatibus adiunctiores, non tam acris fortaſſe apud ...ligioſos homines quæſtio ſit, & ſi hæretici prorſus eas omnes ...repudiaſſe viſi ſunt, cultumque & ſtudium omnipotentis Dei, in ...a tantum fidei profeſſione poſuiſſe: Veruntamen nō tam forte ...illi in his obijciendis inſiſtunt. Illæ ſunt ab illis in contemptum, atq; irriſionem cerimoniæ præcipuè vocatæ, quæ longius etiam ...a corpore progredientes, in ſacramentis Eccleſiaſticis, in ordi...

num diſtributionibus, in apparatu, in tempore, in cultu, & ornatu corporum, deniq; in toto iſto ordine, quid, à quo, quo tempore, quóue pacto ſuſcipi, agi, tractariq; conueniat, poſitæ, & conſtitutæ ſunt. De quibus ſi velim ſingula enucleate perſequi, dies me deficiat. Nam & honorum gradus omnes hi ſuſtulerunt, vt non parem ſolum ſacerdotem Epiſcopo, ſed Chriſtianum hominem quemlibet ſacerdoti eſſe conſtituerint. Ex quo omnis illis non modo diſtinctio ordinum, ſed ratio etiam, religioque conſecrandi, per quam varijs modis, & ritibus ipſi ordines diſcernuntur, habentque diuiſas inter ſe, & ſaparatas poteſtates, penitus repudiata eſt, & id, quod maximè nituntur, & quò præcipue molant, regale ſummi pontificatus ſacerdotium ex Catholica Eccleſia conati ſunt auferre, qua mente, & quo conſilio ſint ipſi facile indicant, qui leuibus quibuſdam argumentis, & rationibus innixi, cum graues aliorum, & ſolidas rationes audire non perferant, ea temeritate, veſaniaq; feruntur, vt ingerendis conuicijs, clamoreque profundendo maleuolentiam maximè exprimant ſuam. Nihil enim, neq; euidentius eſt à CHRISTO IESV Domino noſtro, nec populis fidelibus ſalutarius conſtitutum, quam vt vnus dux, & vnum caput communis Eccleſiæ ſit. Quod ſi publici cõmodi ratio eſt ducenda, cæteros omnes in fide vna, & veritate, & bono ordine contineat, cùm id quidem alia ratione nõ modo recte fieri, ſed omnino fieri nec poſſit. Si vero ratio altioris myſterij attendenda eſt, quemadmodum corpus totiusque militantis in hoc ſeculo, & quaſi peregrinantis Eccleſiæ ad illius, quæ in cœleſti patria triumphat, imitationem, atq; formam diſtinctum, ornatumq; eſt, quod legitur Moyſi Deus præcepiſſe, vt tabernaculum, omnemque ornatum tabernaculi, & apparatum ad exemplum formæ illius efficeret, quæ fuerat illi in monte demõſtrata, quemadmodum, inquam, hæc quæ in terris eſt Eccleſia cœleſtem illam Eccleſiam imagine, & ſimulacro in cæteris partibus refert, ſic in hac caput aliquod, quod illius capiti reſpondeat, neceſſario eſt dandum. Non enim aliter integra, neque abſoluta ſit ſimilitudo. Vt vero aut corpus hoc veluti truncum ſine capite, aut illud in cœlo caput duorum corporum idem, atq; vnum eſſe poſſit, vtrunq; horum non ſolum incongruum, abhorrensq; eſt, ſed monſtri etiam ſimile. Nihil autem conuenit eſſe diuinis ordinibus conſtituendis, atq; ornandis virtute, bonitate, prudentiaque perfectius. Nam quòd idem, qui caput eſt Eccleſiæ cœleſtis CHRISTVS, terrenæ etiam huius coniunctum, atq; hanc eſſe poſſit, vnaque, & eadem opera, & triumphator ſimul, & miles, & in via, & in patria eſſe intelligatur, ne concipi quidem cogitatione vlla poteſt. Sed nos ſigillatim iſta non excutimus, de vniuerſo genere cerimoniarum huiuſmodi loquimur, quæ etiam ſi ab eo

nõ ſunt

ſunt remotiores, & à corpore quoque diſiunctæ, vt iam alienæ, atque extraneæ iure vocari poſſe videantur, nec vllam præſeferunt illuſtrem, & perſpicuam ad Deum ſe adiungendi, & illius numini rite deſeruiendi neceſſitatem, tamen in illa ſemper ratione, & ſententia poſitæ fuerunt, vt per eas rudiorum hominum, & ſenſu magis, quàm ratione ſe mouentium mentes in animaduerſionem ſummi Dei, & ad ſtudium colendæ pietatis adducerentur. Ita duplex ordo rituum, ac cerimoniarum inductus eſt. Sunt enim quæ a veritate mentis profectæ cerimoniæ in corpore ipſo continuo, & in his, quæ iuncta ſunt corpori ſuſcipiantur, quas non ſemper pias, ſemper ſanctas, & ſalutares eſſe dicimus. Quod genus preces, Deique inuocationes ſunt, & ſublationes, deiectionesque vultuum, & oculorum, & capitis, corporis, genuum flexiones, in quibus ſummum bonum eſt veritas, ſummum ſcelus, ſimulatio. Sunt item è contrario, quæ non magis à veritate proficiſcuntur, quàm aſpirant, & contendunt ipſæ ad veritatem, eiuſmodi iſtæ iam exiſtunt exteriores, quæ in templis, ornatibusque templorum in varietate ordinum, in ritu quorundam ſacrorum, in cantibus, in veſtibus, in feſtorum dierum celebrationibus ſitæ ſunt, quarum omnis tractatio, & actio ad doctrinam, & eruditionem populi ſumpta, atque inſtituta eſt. Sunt enim pleríque homines profecto, atque vtinam non maxima multò hominum pars, qui cum ſuis cogitationibus excitari, atque adduci ad Deum agnoſcendum, & ad illius eximiam benignitatem erga nos intelligendam, gratiasque illi pro facultate agendas non queant, his externis rebus, atque exemplis, quæ in oculos incurrunt, quæ ſenſibus offeruntur, pulſati ſæpius, & admoniti, curam, & meditationem aliquam ſuſcipiant Chriſtiano homine dignam. Quorum in animos, intimasque mentes hæc ſimulacra fidei, ac pietatis, tanquam à foribus ſenſuum infarcienda ſunt, vt poſſit deinde in illis vera aliquãdo fides, & pietas aduerſus Deum ſedem ſibi, & locum domicilio conſtituere. Hæc ſi me quiſpiam, num ad ſalutẽ ſint neceſſaria, interroget, diſtinguam, & reſpondebo, aut de homine eo agi, qui ſuo ipſe iudicio Dei venerationi ſit deditus, & hunc hominem fatebor, etiam ſi nunquam in celebritate vixerit, etiam ſi nil horum vnquam fuerit conſpicatus, in quantumuis deſerta regione, in ſolo loco amabilem Deo, & gratum effici poſſe. Aut ſi de populo mentio habeatur, & de eo genere hominum, quod ſanè plurimum, & frequentiſſimum eſt, quod affectionibus animi magis regitur, quàm conſilijs, habetque ſibi non quomodo rectè Deum colat, ſed quemadmodum licenter, & ſuo arbitratu viuat præcipuè, propoſitum: huic ego hominum generi inſtabo, & contendam non ſolum vtilia, ſed neceſſaria etiam huiuſmodi eſſe cerimoniarum docu-

menta, quæ per auditum, & viſum animos ſpectantium commu-
ueant, vt Dei eſſe velint ſtudioſi, ac colentes, quod vel imprimi
formæ, & ſimulacra diuorum ex marmore, aut ex ære ducta, aut
in tabulis, parietibusq́ue depicta facere intelliguntur, in quæ im-
pij homines eo intemperantius, furioſiusq́ue debacchati ſunt,
cum ea è templis, atq; delubris, è locis ſacris, prophanisq; omni-
bus eijcerent, & abolerent, quo per illa acrius admonebantur, vt
continentiæ, & innocentiæ, necnon omnis patientiæ & boni-
tatis vellent eſſe memores. Sancte igitur & ſapienter hæc omnia
à communi Eccleſia indicta, obſeruataq́ue eſſe dico. Secundum
Chriſtianæ proprium eſt pietatis non quenquam velle ſibi ſoli
regnum Dei quærere, ſed cupere reliquos omneis eiuſdem ſe-
cum boni eſſe participes. Hæreticosq́ue qui iſta perturbare, &
violare auſi ſunt, non modo reprehenſione, verum etiam pœna
dignos iudico, qui præſertim quotidianum quoque rei diuinæ ſa-
crificium commutauerunt, ſublatis ex illo ſolenni cum partibus
quibuſdam, alijsq́ue inductis, in quo mirari ſatis non queo, qua-
nam ab illis fuerit ſpectatũ. Cerimonias deſpexerunt? Cur ab his
ipſi ritum, & modum alium cerimonijs ſtatuere? An improba-
runt, quæ a Romanis Pontificibus ſtatuta, & a fidelium conſenſu ad-
ſcita ante fuerant? quæ iſta tanta fuit audacia, quæ temeritas?
Quis illis hoc dedit negocij? quis poteſtatem, & auctoritatem
tribuit? Nónne patet, perſpicuumq́ue eſt conſilia eiuſmodi non
à Deo, neque ab amore Dei, ſed à libidine eſſe, & ab arrogantia
profecta? Quòd ſi paſſim licitum fuerit ad ſuum cuiq; arbitrium
confundere omnia, & permiſcere, nónne ordine ſublato, & anti-
quatis, ac conculcatis legibus omnibus, non in ſocietate, & con-
uentu hominum, ſed inter feras degere ſatius multo fuerit? Nam
ꝙ ſacramenta Eccleſiæ vnicuiq; conficere liberum eſſe voluerunt,
nónne ſuſtulerunt omnes gradus? Confuderunt omnes ordines?
Cur ergo non omnibus omnia conficere erit licitum? quod ſi
fiat, vbi diſpertita ſunt dona ſpiritus ſancti? Vbi erit oculus
corpore, ſi totum ſit manus? aut vbi caput, ſi totum eiuſdem
corpus? Verum nos ab iſtorũ iam abeamus reprehenſione, quos
nec ratio vnquam vlla edocuit, nec caſtigatio fecit meliores, ad
has de quibus ſermo nobis eſt, cerimonias reuertamur. Quarum
maxima ſemper fuit apud Iudæos, & inſtituendarum accuratio,
& obſeruatio inſtitutarum. De illis loquor, quæ ad Deum agno-
ſcendum, meliusq́ue colendum, tanquam ad finem relatæ,
atque ab externis ſenſibus in animum ingreſſæ, Dei in illum ve-
ras, & cogitationes aliquas excitant. Hæ enim ſine dubio acce-
ptæ, adſcitæq́ue a Iudæis in Eccleſiam noſtram translatæ ſunt,
eædem apud illos monſtrante Deo inuentæ, atq; præceptæ, quæ
ſi haberentur inutiles, nequaquam illæ profecto tanti autho-
ritate

redoctoris quantus Deus eſt, ad conſtringendos hominum re-
ione animos comprobatæ fuiſſent. Itaq; & in ſacris literis ſpi-
us ſanctus per Dauidem nos Deum laudare iubet, neque eum
pſo duntaxat, & in diuinis virtutibus eius, rebusq; omnibus ab
olim creatis: ſed & in ſono tubę laudate eum, inquit, & in Pſal-
rio, ac cithara, & in tympano ac choro, in fidibus, & tibijs, in
mbalis lætitiæ, atque ad extremum, Omnis ſpiritus laudato
minum, inquit. At enim quid ita eas tantopere refellit Paulus,
mnibusque modis illarum vſum, obſeruantiamque inſectatur,
que redarguit? Videnda eſt nobis Apoſtoli mens, & conſilium
rè hominis ratione altius. Ac cum illud quidem dici poteſt,
uod ſæpenumero & à multis eſt dictum, idcirco argui à Paulo
rimonias, quòd homines veritatis & Dei rite colendi penitus
quarinon in ſpirituali illa, inteſtinaque adoratione, ſed in his,
quæ extra poſita ſunt, ſacrificijs, mundicijs, purgationibus, to-
um illius cultum & pietatem veram poſitam eſſe arbitrabantur,
eos ille ab errore retrahere cum cuperet, contrariam ipſe viam
rationem eſt ingreſſus, vt penitus deſpiceret, abijceretque ceri-
monias, & religionis, ac fidei erga Deum veritatem in vna ipſa
mente, ac voluntate conſtitueret. Et reuera in quibus eſt hic er-
or, vt placare, & conciliare ſibi Deum his externis rebus, & riti-
bus arbitrentur, non eſt in his huiuſmodi religio magiſtra pieta-
tis, ſed incitamentum potius criminis. Licere enim ſibi iſti putāt
impune circumuenire proximum, & ſpoliare hoſpitem, & ſuis
pravis cupiditatibus indulgere, qui iram Dei forte aliqua re con-
tracte concitatam non mœrore cordis, neq; pœnitentia repudia-
tioneque peccati, ſed paruulo ſumptu victimæ, aut aſperſione ci-
neris confidunt ſe redempturos, quales è numero noſtrorum nō-
nulli etiam ſunt, qui poſteaquam notos omnes atque vicinos fœ-
nore expilauerunt, remque vndecunque quacunque ratione coa-
cervarunt, ſi hæredem demum iuſſerint ſacellum aliquod inædi-
ficare, ſtatasq; in eo precationes & ſacrificia Deo cōſtituere, pur-
gatos ſe, & mundos ex hac diſcedere vita arbitrantur. Hac ergo
quidem etiam de cauſa ritus legis, & cerimonias aſpernabatur
Paulus, ſed erat ratio alia ſubtilior, eademq; magis efficax, quam-
obrem hoc illi faciendum neceſſario eſſet. Etenim ſi illæ Iudæo-
rum cerimoniæ ex eo erant genere, quod non ab inteſtina men-
tis manat veritate, ſed ipſam menti veritatem potius inſinuat,
ferantque illi genti pręcipue ob eam rem datæ, atque pręceptæ,
vt populus ille ſuapte natura durior, & terreno ſenſu prædicus,
ageretur paulatim tanquam manu atq; illis figuris, ſignificatio-
nibusque erudiretur, quò aduentante poſtea Dei filio, & perſpi-
cuam omnibus ſalutem, ac pietatem veram erga Deum afferen-
te, intelligeretur ſtatim diuinum conſilium, atq; admitteretur.

 Siqui-

Siquidem finis legis CHRISTVS & ritus illi, obſeruantiæq; Iudæorum tanquam imagines erant futuræ veritatis, gens peruerſa, & contumax illis cerimonijs imbuta, & aſſuefacta, [illegible] ſacris tranſeundum ad veritatem, & in fini ipſo conquieſcendum fuit, renuit eò tranſduci, quò toto illo curſu ſuperiorum temporum, apparatuque cerimoniarum contendiſſe videbantur. Igitur Paulus cupientiſſimus illorum ſalutis, & prauam ignorantiā generis ſui ægreferens, omni ope infringit, labefactatque cerimonias. Quippe quas intuetur non adiumento illis ad animaduertendam veritatem, ſed ad eandem veritatem & cognoſcendam & accipiendam maximo potius impedimento eſſe, quando illi eandem ſapiens Dei, & ſalutare in ipſis erudiendis conſilium ſuâ ſtultitia, pertinaciaq; peruerterent. Hæc Paulo cauſa, & tot inimicitiarum aduerſus legis cerimonias fuit, cum eas niteretur infringere, atque deijcere, quæ aditum CHRISTO & fidei CHRISTI intercludebant. Quam etiam amentiam Iudæorum, & cæcitatem illi confirmabant, qui pſeudo Apoſtoli CHRISTVM prædicantes eam aiebant cum cerimonijs legis iungi oportere, quos contra vbique quidem acriter, ſed in epiſtola ad Galatas præcipuè inuehitur Paulus: oſtendens ſi circumciſio, & legis opera admittantur, inanem ad ſalutem fore CHRISTVM. Et ſane, vt ſi via aliqua inita ſit, qua perueniatur in oppidum, & cum ad mœnia, portaſque acceſſeris, retro rurſum te referas, eodem itinere faciundo, non in eo, quò accedebas oppidi finem [illegible]rum, ad quem contendebas, exiſtimes, ſtultus nimirum ſis, & aut monitione, ſi leuis, aut conuitio etiam, ſi pertinax, obiurgandus, ſic qui cerimonijs tanquam itineribus ad CHRISTVM ducebantur, cum iam veniſſent ad vltimum, Chriſtumque in manibus haberent, repente auerſi & ad eaſdem ſe cerimonias reflectentes grauiter a Paulo fuerunt obiurgandi, illæque eleuandæ, & deſpiciendæ cerimoniæ, quæ ſe Iudæis duces ad veritatem profeſſæ maiore illos in errore conſtituebant. HIC EGO vere, inquam, hoc Triulti abs te dictum eſt, tibique ego vehementer aſſentior, legis cerimonias ex genere eo fuiſſe, quod cum tenderet ad veritatem, inuenta mox veritate inane factum ſit. Etenim illæ eiuſmodi cerimoniæ non ad Deum primo, neque potiſſimum, ſed ad CHRISTVM contendebant, vt cum in illo ſe terminaſſent, conſumptæque eſſent, tum veriores deinde in eo, & ſanctiores ad Deum ſe conuerterent. Noſtræ vero ex eo ſunt genere, quæ non inflexu aliquo, ſed curriculo rectâ ad Deum nos deducât, ſi quæ tamen deductione indigeant, quæ certè pars multo maxima eſt. Quapropter de illis ſic ſtatuo, de eis loquor cerimonijs, quæ ad inſinuandam tantummodo pietatem in rudes animos à communi Eccleſia conſtitutæ ſunt, cuiuſmodi varietas ſymphoniarum

eſt, &

& cantus in templis altior, & diuitiæ, ornatuſque fanorum, ſacerdotum, has ob eam rem potiſsimum inuentas, vt quæ ratiocinatione ſua mens ad intelligendum Deum, pieq; cum colendum minus adducitur, eadem hiſce rebus, ac ſenſionibus veluti ictibus pulſata, & admonita, ad benignitatẽ ſummi Dei ſuamque et illo animaduertendam ſperandamq; ſalutem fiat aptior, quæ certè cum edocta eſt, amplius harum rerum non egeret, ſi non maximam ſemper multitudinem his rebus doceri, erudirique eſſet neceſſe, quanquam ne illud quidem non proficit eruditis, vt quibus adminiculis in ſanctas cogitationes ſublati ſunt, per eadem ſubſidia, & veluti firmamenta in illis contineantur. Quod igitur vnuſquiſque in optima mente erga Deum vel ponendus eſt, vel retinendus, iure vſum huiuſmodi cerimoniarum & ſemper coluit, & nunc diligenter tuetur Eccleſia. Equidem recordor haud ita multis annis cum duo doctiſsimi & ſapientiſsimi viri Thomas Caietanus, & Ægidius Viterbienſis tecum vnà in ſenatũ, & in iſtum ampliſsimum Cardinalium ordinem cooptati eſſent, ſuamque priſtinam dignitatem, quam quemadmodum tute ſcis, laudibus doctrinæ, & integritatis inſignem obtinebant, hoc etiam honore illuſtriorem feciſſent, me ad eos gratulatum tunc acceſsiſſe, ſermonemque inter nos protinus inductum fuiſſe, quid purpura iſta, & amictus, & comitum ſtipatio alius, & ad cauſam religionis valeret, in quo videbam illos contendere, hæc ipſa ornamenta ſtatus, & dignitatis, ſiquis illos tantum ſpectet, quibus commiſſa ſunt, inania ad pietatis fructum eſſe. Si vero multitudinis, & eorum, qui vt in officio contineantur, ſuperiorum indigent cura, ratio ducenda ſit, ad communem religionem conſeruandam vehementer eſſe vtilia. Quam ego illorum ſententiam, & quæ præterea de communi genere cerimoniarum, ac de illis Iudaicis quoq; ritibus ab illis dicta ſunt, valde tum me probare memini. Etenim cum tales ambo ſint, vt etiam ſi rationem nullam ſui dicti redderent, authoritate tamen quemuis commouere poſſent, tum his vtebantur rationibus, & argumentis, quæ abs te modo Triulti expoſita planè ad probandum valida eſſe & firma intelligo. Illud abs te præterea ſubtilius cognoui dictum, quod non iudicio ſolum, ſed ſtomacho etiam quodam ſancto, atque iuſto adductus Paulus grauius contra legis cerimonias inuectus eſſet, quod illarum cultus, & obſeruantias apud obſtinatos Iudæorum animos intelligentiæ fidei, & communi gentium ſaluti non parum intelligerent obſtare. ATQVI INQVIT ILLE, ſi hæc vera ſunt, vti certe ſunt, aliquidque ſuſcipi rectè licet, quod in ſeipſo minus ſyncerum, atque verum, cæteris tamen ad veram, & ſanctam conducat vtilitatem, ſoluta iam altera Langei quæſtio eſt, qua

ille ſimulationem, & diſſimulationem in vita tanquam neceſſariam ad plurimas res gerendas eſſe admittendam exiſtimat, quod tamen Paulo videatur eſſe contrarium. Sapere enim vnumquemque tantum, quantum ſolum oportet, nec plus ſuſcipere curationis, aut negocij, quàm quod probare fidei, & cõſcientiæ ſuæ poſſit, quæ quidem ipſa conſcientia ex Deo etiam, non ex animi ſui ſtudio cuiq; ſit dimetienda. Ad id ego præcipuè exiſtimo pertinere, vt non aliorum vtilitatem, quæ ſimulando ſæpe, & diſſimulando à rectoribus probis, & prudentibus curanda eſt, ſed propriã cuiuſq; auiditatem gloriæ, & ambitionem ſeſe oſtentandi, atque ingerendi hoc Pauli præcepto putem eſſe repreſſam, quandoquidem hoc ambitioſæ cupiditatis genere nihil Chriſtianæ humilitati, & inter fratres cõcordiæ, ac conſenſioni poſſit eſſe infeſtius. Nam quæ ad commodum, & fructum aliorum ſuſcipitur ſimulatio, ſiue ea ad inducendum hominum mentes in ſtudium ſanctæ, & rectæ religionis, ſiue ad eoſdem ab aliquo crimine, & vitio deducendum ſuſcepta ſit, ſiue eadem ob rem illam, cauſamq; ſumatur, vt occultatis proprijs cuique, & peculiaribus peccatis, ne aliquo malo exemplo cæteri ad peccandum prouocentur, ſiue quoquo modo quis ſimulat, vt ſimulatione ea reliqui meliores, prudentioresq; efficiantur. Nihil autem ex ea ſimulatione ad illum ipſum qui ſimulat, aduentitiæ gloriæ, vtilitatiſque refertur, ſed ſit totum illud conſilium ſimulandi, aut diſſimulandi ad æquum, ad bonum, ad commodum cæterorum, ad laudem, gloriamque Dei intentum, atq; ſuſceptum, nunquam ego ſimulationem eiuſmodi, aut ab Apoſtolo interdictam, aut Deo, & conſcientiæ aduerſariam confitebor, quippe quam video planè non participem eſſe vanitatis, ſed miniſtrã potius & comitem veritatis. Et ſi enim in progrediendo ea, & in agendo contrahat forſitan aliquid extrinſecus fucatæ apparitionis, quo perſtringat animos intuentium, eoſque habere poſſit in poteſtate: tamen cum ab optimo profecta animo, ad optimum item, & cæteris ſalutarem commodat finem, quæ in extremo & primo proba eſt, ne in medijs quidem degenerare eſt exiſtimanda. Nec vero quicquã foras egredi falſum ex animo, aut reprehendendum poteſt, quod ſuapte natura ſanctum ſit. Sed nihil ſanctius eſt, nihil in omni genere Chriſtianæ virtutis præſtabilius, quàm procuratio alienæ ſalutis. Ea enim charitas eſt & cum Deo maxima neceſſitudinis, bonitatiſq; cognatio. Quæ ergo ad hanc aliorum curam amanter prouideq; gerendam ſuſcepta interdum ſimulatio eſt, non illa ex mendacio ducta, ſed ex veritate orta eſſe intelligatur. Non igitur ſemper malum eſt ſimulare, ſed tunc ſimulare malum eſt, & peſtiferum, & fugiendum, cum ipſa ſimulatio nequaquam alienum, ſed ſuum cõmodum reſpicit, quod eſt ferè cum alterius damno, iniuriaque

contra-

iunctum. Itaque & Dominus Ieſus natura hominis aſſumpta, [illegible]tatis vim nonnunquam diſſimulauit, & Petrus cùm ſe à [illegible]um conuictu abduxit, ne ex Iudæa hoſpites in ipſo offende[illegible]tur: Paulus quoque noſter cùm Timotheum iuſſit circum[illegible]i, cumque ipſe ante templi ingreſſionem legitimis illis pur[illegible]onibus ſe expiauit, ſimulauerunt omnes iſti profectò, aliudq; [illegible] vultu, & opere promptũ habuerunt, quàm in animo gererent, in conſcientia, ſed ſimulârunt in alienum, non in ſuum com[illegible]odum. Idcirco neque illorum ſimulationi repugnauit veritas, [illegible] conſilium iuuandi, ac confirmandi cæteros approbatio in il[illegible] conſcientiæ eſt conſecuta. Quia quod agere inſtituerant, vt [illegible]turbarent cæteros, in eo ſimulare, aut diſſimulare aliquid ne[illegible]quam à Deo alienum eſſe duxerunt. Quare tibi aſſentior [illegible]ngere ſimulationem interdum, & diſſimulationem in vita re[illegible]ſuſcipi poſſe. Illud quoque difficilioris operæ, & maioris la[illegible]oris eſſet dijudicare, vtra ſit Deo gratior, & ad hominis felici[illegible]tem accommodatior, vita pacatáne, & Deo in ſolitudine, ac [illegible]ntio ſeruiens: an quæ in negotiis occupata eſt, & diſtricta, [illegible] huius ea de re agere ſtatuo eſſe temporis. Eſt enim maximis [illegible] illa implicita difficultatibus, multosque habet ex vtraque [illegible] patronos, quorum nunc controuerſias diſceptare longum [illegible]. Nam quòd tu factum Domini in præponendo cæteris A[illegible]ſtolis Petro tecum facere arbitraris, alius tibi dictum Domi[illegible] euſdem, & tanquam decretum facilè opponeret, quo is Mar[illegible]thæ de Maria ſorore conquerenti, quòd ſe in cura, & labore ap[illegible]randi hoſpitij illa deſeruiſſet, tantumque in audiendo Don i[illegible]uiſſet occupata: Reſpondit ſororem eius Mariam optimam e[illegible]legiſſe ſibi partem, quæ illi nunquam adimenda eſſet. Sed, vt di[illegible]i, non intrabo altius, neque hunc diem Paulo deſtinatum in a[illegible]lud genus diſputationis conuertam, hocque libentiùs ſermo[illegible]nem hunc relinquam, quòd ſpero hunc eum ipſum (ſic autem lo[illegible]quebatur me intuens) aliquando tempus, ociumque capturum, [illegible]o nobis ſeparatim de iſta ipſa re quid ſentiat ipſe, vel diſputan[illegible]do, vel in ſcriptis tradat, atque demonſtret. Quamobrem nunc [illegible]quidem Sadolete reuertitor ad Paulum, & quæ iamdudum exor[illegible]ſus es, ea nobis porrò pertexito. EGO VERO, inquam, ita fa[illegible]ciam, ac lubens. Veſtris enim iſtis ſermonibus tanquam bono [illegible]cibo, ac bene condito recreatus, ad omnem nunc laborem exur[illegible]gam paratior. Ac primum vobis illud proponam, Paulum tan[illegible]quam diſpenſatorem bonum, & corpus totum Eccleſiæ concors, [illegible]atque vnum retinere cupientem, ſuppeditantem partibus ſingu[illegible]lis, quæ cuique congrua ſunt, primò feciſſe verba de his, qui in [illegible]ſocietate fratrum, & in æqualium cœtu pares inter ſe ſunt, quo[illegible]rum nemo quidem debet plus quàm ab aliis conceſſum ſibi ſit,

aut in curatione, aut in conſilio dando velle ſibi appetere, ne aut curioſus & moleſtus, aut etiam ſectator inanis gloriæ eſſe videatur. Nunc verò etiam de iis, qui inferiores ſunt, quo pacto gerere ſe debeant erga maiores, necnon quemadmodum maiores, & potentiores ipſi imbecillioribus ſe dedant, idonea præcepta tradere. Nunc lege tu, quod ſequitur.

*Omnis anima poteſtatibus excellentibus ſubiecta eſto. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Quare oppoſitus poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit. Qui autem obſtiterunt, ſibiipſis iudicium capient. Principes etenim non ſunt terror bonorum operum, ſed malorum. Vis non formidare poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: Si verò malum facias, formida. Non enim fruſtra gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram malum agenti. Ideo neceſſe ſubijci, non ſolùm propter iram: ſed & propter conſcientiam. Propter hoc enim & vectigalia penditis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum inſiſtentes.*

Omnem à Deo ordinatam, & conſtitutam poteſtatem vita ipſa demonſtrat, quæ ſi non ordinibus his, & gradibus diſtincta eſſet, vt ſubeſſent alij, alij verò præeſſent, nec legi vſquam, nec bono mori eſſet locus, omniaque confuſa, & perturbata fuerarent. Porrò omnis ordo, & omnis bona ratio à Deo eſt. Sunt igitur à Deo principatus, & poteſtates. Atque hîc de ipſis poteſtatibus, non de principibus eſt ſermo. Omnis enim ſancta, & commoda poteſtas eſt, non omnis princeps commodus. Nam multi quidem ad principatum per ſcelus, nefasq; perueniunt, & in eo, quod malè ſunt adepti, flagitioſius etiam verſantur. Quid ergo? Num malo principi ſubiecti eſſe debemus? Debemus nimirum, vt feramus patienter illius inſolentiam, nó autem vt alacriter parere illi debeamus. Etſi enim princeps improbus eſt, tamen ſancta eſt poteſtas. Ex quo quis nouos hoſce hæreticos non coarguendos eſſe intelligat, qui hoc caput Pauli cùm optimè noſſent, cùm cæteras quidem humanas poteſtates, tum verò illam, quæ præcipuè ex Deo eſt, pontificatus ſummi authoritatem infringere ſunt conati? Si enim poteſtas omnis à Deo eſt, cur non iſta ſit, quæ ab illo nominatim Petro fuit commiſſa? Aut igitur negent Petro quicquam peculiariter à Deo fuiſſe commendatum, & traditum, aut ſi inficiari hoc non poſſunt, pontificatum ſummum fateantur poteſtatem eſſe inſtitutam à Deo.

At e-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim ſi quid Deus Petro commiſit, ipſi vni commiſit, ſucceſ-
ſionem autem eiuſmodi commiſſionis ad poſteros nullam vo-
luit dimanare. Quæ ergo iſta eſt poteſtas, quæ in vno homine, &
cepta, & terminata eſt? aut quam huiuſcemodi poteſtatem,
hominum cognoſcit vita? Saulem regem primum poſt iudices
in Iſrael creauit DEVS, neque mentionem ſucceſſionis fecit,
nunquid vnus homo rex duntaxat nominatus eſt? an regnum
tum illi conſtitutum, & factum, in quo qui ſucceſſerunt, ean-
dem quam Saul poteſtatem omnes ſunt adepti. Quod ſi quis re-
gno malè, aut pontificatu vſus ſit, omnino Chriſtianæ fuit pie-
tatis pati, atque perferre, aliorumque malitiam, vt ſuæ virtutis
exercitationem accipere. Sed tamen ſi reclamandum fuit, & reſi-
ſtendum, homines erant notandi, non ipſæ labefactandæ, euer-
tendæque poteſtates. Vtinam quidem omnes, qui ad hunc ſa-
crum, ſanctumque honorem à Deo ſunt ſublati, noſſe vellent,
atque animaduertere, quid ſui muneris officijque ſit. Ipſum qui-
dem munus, atque officium nos inſtitutum à Deo, & credimus,
& veneramur, quòd is, qui nunc gerit optimus certè Pontifex,
& Religione ac pietate erga DEVM præditus, difficilimè, vt vi-
des, poteſt ſuſtinere, quando ſuperiorum errata grauia Pon-
tificum molem hanc malè hærentis Eccleſiæ, quam ipſi labe-
factarunt, & cuius ipſi fundamenta conuellerunt, in huius in-
nocentiſſimi caput cogunt procumbere. Ita omnia vbique ſunt
iam domeſticis diſſenſionibus peſſimisque voluntatibus, cùm
bellis, atque armis violata, atque rupta: quodque dolentius
deplorandum eſt, tanta facta eſt legum, & bonorum morum
mutatio, vt omne propè iam fidei Religionisque in Chriſtiana
ſocietate veſtigium oppreſſum, aut deletum eſſe videatur. HIC
LANGEVS Iure iſta, inquit, deploras Sadolete, quæ hac noſtra
ætate cuncta fermè in deterius lapſa ſunt, nec dum malorum
finem cernimus. Regem quidem noſtrum ſæpe audio loqui, quo-
ties de his hæreticis ſermo eſt, non ſe videre, cui rei, aut cui ho-
minum vtilitati iſta noua factio exorta ſit. Nam cæteros antè, qui
nouas aliquas opiniones, & ſectas in Eccleſia Dei intulerunt,
bene moratos ipſos, atque caſtos, modeſtiam quandam, & tem-
perantiam præ ſe tuliſſe, atq; aliquid omnino in commune attu-
liſſe, quod ad correctionẽ vitæ pertineret. Hos verò, qui & conta-
minatis morib. viuerent, & ea, quæ in fide CHRISTI, ac creduli-
tate poſita ſunt nefariis, & prauis, ſępeq; antea damnatis opinio-
nib. peruerterent, nullo modo eſſe ferẽdos. Itaq; acriter illos edi-
ctis, atrociſq; inſequitur, nec in tanta amplitudine regionũ, quan-
tas ipſius imperio ſcitis eſſe ſubiectas, vllũ patitur iſtorũ ſceleris &
impietatis veſtigiũ remanere. Nam q; ad cęteros ingenuos mores
attinet, nulli omnino terrarũ arbitror Galliã noſtra, neq; æqui-
tate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tate inter ſuos, nec humanitate aduerſus hoſpites, neque verò erga Deum pietate, ac religione concedere. Magna inquam, iſta eſt laus, cùm totius gentis, tum imprimis Chriſtianiſſimi regis noſtri Franciſci, cuius ego quoque imperio, & poteſtati ſubiectus ſum. Namque, quemadmodum ambo noſtis, Carpentoracte vrbs in Gallia prouincia, cuius quidem curam, rectionemque ciuitatis, quod ad ſpiritualem prouidentiam attinet, Pont. Max. voluit me gerere, ipſa quidem pontificiæ ditionis eſt, feliciterque ſub tutela eccleſiaſticæ manſuetudinis acquieſcit, ſed habet ſuæ diœceſeos partem in Galliæ regno conſtitutam, qua occaſione, quoque iure ipſi quoque regi fidelitatis ſacramento ſum obſtrictus, gaudeoque plurimum mihi ita contigiſſe, vt ſub duobus optimis, & clementiſſimis principibus illa mihi cura, & adminiſtratio ſpiritualis muneris gerenda ſit. Non enim vereor tantis præſidiis munitus, quin meum mihi certè chariſſimum & dilectiſſimum gregem ab incurſione, inſidiiſque luporum facilè tutari poſſim, præſertim cum Regis iuſtitia, & prouidentia, vt te memorare audio Langee, itemque omnium communi ſententia fertur, in ingenuis, & rectis moribus Gallia permeat. Ex quo illam ſapientiſſimi hominis vocem iure probari ab omnibus intelligo, Quales in rebus publicis principes ipſi regeſque ſint, tales ferè reliquos ciues eſſe ſolere. Et vero vobis, vt confitear, amiciſſimis mihi hominibus, iampridem eſt cùm ego nihil appeto, cupioque ardentiùs, quam me ad meam conferre Eccleſiam, atque in ea Deo perpetuò deſeruire, ibidem etiam veſtra iſta tranquillitate mi Langee, & humanitate Galliæ perfruar. Ex qua quidem regione cùm te ornatum, & tam inſigni morum elegantia præditum eſſe conſpicor, facilè de genere vniuerſo amplè, honeſteque exiſtimo. Quanquam cùm alios quoque complureis illinc habeo cognitos egregios & præſtantes viros, de quibus ſæpe, & libenter loqui ſoleo, tum verò vnum habeo ſemper in ore, quem maximè admiror, Antonium Pratum ſummi ſenatus in Gallia principem, qui nunc Senonum Archiepiſcopus eſt. Quo homine quid quæſo maius aut admirabilius dici, aut proferri poteſt? Ac mitto doctrinam in eo, iuriſque ciuilis ſcientiam, in qua etſi eſt maximus: ſummam tamen laudem aliunde ſibi, atque ex eo potiùs peperit, quòd eſt ingenio, quòd prudentia, quòd integritate eximius, quòd illius cura & prouidentia optimo rege ſic volente leges, & iura in Gallia præcipuè vigent, locuſque fraudibus, atque iniuriis anguſtior eſt relictus. Sed ego habeo aliud in eo, quod me maiore admiratione afficiat. Homo enim prouectiore iam ætate, grauibus iam diu curis, & tantis laboribus perfunctus, quantos videlicet afferre poteſt ampliſſimi regni, & tantarum rerum procuratio,

qua-

nquam adhuc tamen neq; labori ſuccumbit, nec oneri. Quod credibile videri poſſit, niſi ſi quis ingenij eius, atq; animi vim, ſtantiamq́ue cognoſcat, quæ ea, quæ difficilima ſunt, redigit facilia. Regis quidem ſapientiam ſummoperè laudo, qui ta- virorum opera atque induſtria libenter vtitur. Hoc enim præcipuum ſemper viſum eſt imperij firmamentum, vt ij mines adhibeantur ad gerendas, & communicandas res, qui orem, ac fidem in vita eſſe primariam putent. Sed vt dice- , veniet profectò illa dies, & aliquando dabitur illud tem- quo me ex his curis, negotiisq́ue euolutum pacata, & tran- lla excipiet vita, licebitq́ue operam omnem impendere opta- ſimis ſtudiis, tuncq́ue inquirere, & videre vtra vita ſit pręſta- , quæ in ſilentio, & quiete poſita eſt, an quæ in turba, negotio. Quod ego exquiſitiùs fortaſſe potero diſceptare, mplerique, quòd non tam doctrina quidem, quàm vtriuſq; vſu fuero edoctus. Et quidem huic Pontifici optimo, ac dentiſſimo libentiſſimè inſeruio. Quid enim illo eſt probius? d manſuetius? quid dignius? quod ametur ab omnibus, atq; ime? Veruntamen meum hinc diſceſſum, & hanc relictionẽ m alienarum, ad meumq́ue gregem acceſſum, & profectio- m mei a me officij ratio, & Deus, & conſcientia ipſa vehemen- efflagitat. TVM TRIVLTIVS, Ecquid animaduertis, in- , Paulum affirmare omnem oportere animam ſubiectam poteſtatibus excellentibus? Cur igitur de te mittendo, aut nendo non Pontificis fuerit poteſtas? Et tamen non te de- nor, quin adiuuabo etiam, vt quod tantoperè expetis, id tibi factu ſit, ex tuaq́ue ſententia eueniat. Spero enim ſi in ociũ contuleris, aliquid per te effectum iri, quando tantoperè ſtu- m auidus es, quod nobis quoque amantibus tui magnis li- regionibus, ſpatiisq́ue diſiunctis & iucunditati, & emolu- ento eſſe poſſit. Nec Pontificem ipſum arbitror in alia futurum voluntate, qui vt humaniſſimus eſt, & liberalibus ſtudiis e- regiè fauens, animum iſtum tuum boni conſulet, & in optimá accipiet partem. Illud tibi confirmo, ſi te in Galliam, & ad cleſiam tuam contuleris, futurum vt nec prouinciæ te, nec orum hominum pœniteat: Regi quidem optimo, & pręſtan- ſimo principi tuam etiam quietem, & tranquillitatem curæ non dubito. Sed redeamus iam, vnde ſumus digreſsi. RE- TE ADMONES, inquam, & cernis quidem Paulum in paucis verbis cùm obedientiam, & ſtudium parendi in ſubiectis, m etiam in principe modum, & rationem poteſtatis exprime- , vt ſe præſidem, & curatorem intelligat conſtitutum eſſe à eo ad ſalutem, pacemq́ue bonorum, & ad terrorem ac metum proborum. Poteſtas autem varia eſt, & multiplex. Vel enim vt

paren-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parentis in filios, vel vt regis eſt in ſubiectos, quanquam et patria quidem poteſtate regia illa videtur initium, originemque duxiſſe. In eo certè differunt inter ſe, quòd pater, quæ per amorem facienda ſunt, vt qui ab eo reguntur, probi, rectique euadant, in iis acrius ſe, diligentiusque exercet: Rex verò in iis quæ per poteſtatem, & timorem. Domini quoque in ſeruos imperium certum eſt, atq; in diſcipulos magiſtri, qui tamen ſponte illis ſe ſubjiciunt. Virorum porrò in fœminas naturalis quædam eſt poteſtas. Nam ſeniores iunioribus non imperant, ſed ab illis in honore habiti, & ob ætatis reuerentiam culti ius quoddam authoritatis, & doctrinæ in illos videntur obtinere. Has poteſtates legitimas, atque ſanctas, à Deoque inſtitutas qui peruertunt, ac labefactant, vel detrectando aliorum imperia, maioribusque repugnando, vel illas ipſi in ſe praue, pernicioſeque gerendo, omnes hi Dei ſunt hoſtes, magnoque ſuo cum damno, atque adeò exitio opponunt ſe ordini, & inſtituto ſummi Dei. Etenim planè princeps Dei miniſter ad inſudandum, & vigilandum, vt ius teneatur, & omnium ordine conſtituta vita ſit. Atque ob eam cauſam & vectigal illi penditur, & tributa perſoluuntur, quæ principi, & regi libenter reddenda ſunt. Nam quòd ait, non debere principibus eſſe ſubiectos, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: Alterum dictum eſt, vt malum ex iracundia contempti regis vitemus, alterum, vt virtutis, & boni moris ſimus participes, quod aſſequemur, ſi non coacti, et nolentes, ac repugnantes, ſed tanquam edocti eſſe in principibus publicam vtilitatem conſtitutam, ſponte illis, & libenti animo ſubjiciemur.

*Reddite igitur cunctis id, quod debetur: cui vectigal, vectigal: cui tributum, tributum: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quippiam debeatis, niſi vt diligatis inuicem vos. Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Etenim non adulterabis, Non occides, Non furabere, Non pro teſtimonio mentieris, Non concupiſces: & ſi quod aliud præceptum eſt, in hoc ſermone comprehenditur, qui eſt, Diligas proximum tuum, ſicut teipſum. Dilectio proximo malum non operatur. Complementum igitur legis eſt dilectio.*

REDDITE dixit, quoniam debentur iſta, non donantur, & omnia ad principes, ac poteſtates relata ſunt, quorum ut retineatur imperium, & authoritas, vectigalia neceſſaria ſunt, quæ ſunt certa, & annua emolumenta Reipub. Tributum verò extraordinaria coactio pecuniarum eſt ex aliqua noua, & adiuncta ratione indicta, cum proportione opum, & facultatum cui-

quę-

uiſque contribuit. Timor autem, atque honor eidem principi debentur. Et ſanè expediebat nouos docere Chriſtianos, non ſe illis libertatem, quam ex CHRISTO acceperant ad contemptum principum, & legum conuertendam. Reddi igitur illis, quæ eorum ſunt, iubet, nihilque quod cuiquam debeatur, reliqui, præter vnum, quod eiuſmodi eſt, vt & reddatur ſemper, & debeatur, quod eſt, vt diligamus inter nos. Mutuæ enim beneuolentiæ eſt hoc proprium, vt ſe acuat ſemper, vegeterque alternus amor, neque illud, quod intercurrit mutuum, refrigeſcere unquam, aut extingui ſinat. Et certè qui hanc proximo beneuolentiam impendunt, legem totam obſeruant, quatenus illa ad prohibendas iniurias, & offenſiones lata eſt. Non adulterabis enim, Non occides, Non facies furtum, Non in alterius iacturam mentiere: Nihil deniq; alienum, & non tuum concupiſces. Et proximum tuum tanquam temetipſum amabis. Itaq; ſumma omnium huiuſmodi præceptorum proximi dilectio eſt, in eaque completur imperium legis, quoniam qui propter amorem, bene vult alteri optat, non quemadmodum illum lędat, ſed quo pacto illi ſit vtilis, & commodus, aget potiùs ſemper & cogitabit.

*Et hoc cùm ſciatis temporis opportunitatem, quoniam hora est iam è ſomno excitari. Nunc enim propius eſt noſtra ſalus, quam quando credidimus. Nox præceßit, dies autem appropinquauit. Deponamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulemus. Non comeſſationibus, & ebrietatibus: non cubilibus, & petulantiis: non contentione, & obtrectatione: ſed induamini Dominum* IESVM *Chriſtum: & carnis procurationem ne facite in concupiſcentias.*

TANTO, inquit, ſtudioſius mutua inter vos charitate ametis, quantò acceditis propiùs ad vitam alterã, in qua eſt nobis ſalus, & beata vita repoſita. Eſt enim tempus nunc maximè aptũ, atque opportunum, iamque inſtat hora, vt debeamus exurgere ex ſomno, quando fides noſtra ad exitum huius mortalitatis eſt propior, quam tunc cum initio ſuſcepta eſt. Etenim hoc loco ſomnus atq; nox vitæ adhuc remiſſiori, & in terrenis rebus implicitæ comparatur, in qua ſomnia, & tenebræ omnia optata noſtra ſunt. Vt etiam ſi à turpibus actionibus remoti aliquam bonorum rationem ſine CHRISTO tamen ducamus, ſomnia eſſe iſta intelligamus, quemadmodum Iudęis illæ legis vmbræ cerimoniæque fuerunt. Nam vera, & ſola virtus in CHRISTO, & per CHRISTVM eſt. Sin autem omni dimiſſã virtutum, & bonorum morum cura, in turpitudine, & in flagitiis viuamus, in nocte, tenebriſque verſamur. Nam dies, & lux in eodem tantùm

CHRI-

CHRISTO eſt. Iubemur ergo ſi quid etiam nunc remanet in nobis noctis, & ſomniorum, excutere id totum, atque abijcere, ſurgereque velut oriente die, id eſt, appropinquante tempore vitæ beatioris, cùm Deum non in ænigmate ampliùs, neque ſub inuolucris, ſed toto contuitu noſtro contemplaturi mox ſimus. Cui luci & diei hæc comparata vita, non quidem nox eſt, ſi bonis, & ſanctis operibus traducatur, ſed diluculum potiùs, & auroræ prima illa prægreſſio diem nondum afferentis, ſed annunciantis, cum qua nos excitati, ac conſurgentes noſmetipſos componimus, atque adornamus, vt honeſtiores, ac decentiores ingrediamur. Huius enim compoſitionis curam dies à nobis poſtulat, nox remittit. Atque hic videndum eſt, cùm Apoſtolus inter fidei noſtræ in CHRISTVM credulitatisque initium, & inter finem, exitumque vitæ, nos tanquam in operibus carnis, & concupiſcentiæ adhuc poſitos ad modeſtiam, & continentiam, & ad CHRISTVM ipſum reuocet, falſam eſſe illorum ſententiam, qui exiſtimauerunt, & ſi qui in eadem nunc opinione ſunt, poſt acceptam fidem CHRISTI, & poſt baptiſmum nullum ampliùs peccatum, quod committatur, veniam, aut pacem apud Deum inuenire. Ecce enim diſertè hoc loco, & palam homines cognito, & adſcito iam fidei myſterio in comeſſationibus, & in contentionibus implicitos excitat rurſus Apoſtolus, & prouocat ad induendum CHRISTVM: quod profectò non faceret, ſi eſſet ſpes veniæ & miſericordiæ poſt criminum nouationem peccatoribus penitus interempta. Non is eſt CHRISTVS ſeruator noſter, qui tam ſeuerè, & aſperè nobiſcum agat. Non talis in eo erga nos amor, neque tam infirma, & fragilis ad opitulandum nobis diuina voluntas. Venit ille in mundum, vt ſaluti omnibus eſſet, neque ſemel hoc effecit, vt fraternam ſuam erga nos oſtenderet charitatem. Non facit autem quotidie, imò diebus omnibus, neque diebus ſolùm, ſed & horis, atque punctis, quos pœnitet criminum ſuorum, hos de integro amplectitur, & conſortes ſecum paterni regni nominat. Cuius tantam humanitatem, tam excellens, & ſingulare noſtræ ſalutis ſtudium iniqui fuerimus, ſi non agnoſcamus, ſi non omnis illi gratiæ, omnis beneuolentiæ, omnis officij ac ſtudij fateamur nos debitores, nec tantum fateamur, ſed quoad poſſumus, id quod debemus alacriter perſoluamus. Non enim principi, & proximo iubemur reddere, quod debitum ſit, & non reddemus Deo? Verum Nouatiani, qui huius ſententiæ dicuntur fuiſſe authores, quiq; potiſſimam in Deo virtutem benignitatis, & miſericordiæ illi adimere ſtuduerunt, pœnitentiamque ſuperuacaneam in nobis, & ſine fructu veniæ inanem conſtituere, piè, & ſapienter ab Imperatore Conſtantino illuſi ſunt, cùm is iuſſiſſet illos qui talia prædica-

rent ſcalam capere ipſos, ſi poſſent, & in cœlum ſolos aſcen-
. Nos verò cum Paulo, & cum veritate ſentiamus, quo magis
tum vitæ accedimus, & quo lumini melioris vitæ efficimur
piores, hoc nobis ſtudioſiùs eſſe, enixiusque curandum, vt de-
ſito nocturno habitu carnalium appetituum, diei, atque lucis
potes reddamur, tanquam in conſpectum hominum prodi-
. Quòd ſi per vrbem interdiu ambulantes veſtimenta ea ge-
s, quibus membra noſtra ab oculis intuentium obtegantur,
oriſque in ea re, & honeſtatis rationem ſummam habemus,
obſecro veſtimenta ſumemus, quæ oculis Dei nos occul-
qui quoniam intus, & in ipſo corde nos cernit, nulla alia ve-
obtegere, & velare nos valemus, quæ arceat illius conſpectũ
pitudinibus noſtris, præterquam pudore, & continentia, i-
que veritate, qui eſt CHRISTVS. Hunc igitur ipſum depo-
, & reiectis illis carnis veſtibus, quæ non corporis ſuperficiem
, ſed hominem totum tegunt, atque obnubunt, comeſ-
ibus videlicet, & petulantiis, & rixis, induere penitus debe-
tanquam veſtimentum eiuſmodi, quod nullam corporis, a-
que partem, expertem honoris, & venuſtatis eſſe ſinat. Quo
o pro nobis, quoniam & nos quoque cum illo commor-
peccati eſſe debemus, idque in baptiſmo, & fidei ſacra-
ſumus profeſsi, carnis curam vllam ne geramus, quate-
ad concupiſcentiam illa propenſa eſt, hoc eſt, nihil illi in-
amus præter id, quod debetur, nec auiditati illius intem-
tiæque ſeruiamus, ſed tantùm ea ſuppeditemus, quæ ad ob-
dum munus communis vitæ ſunt neceſſaria.

*Imbecillum autem fide ſuſcipite, non in diſceptationes diſpu-
tionum. Hic quidem fidit veſci omnibus. Imbecillus verò ole-
ribus veſcitur. Qui veſcitur, non veſcentem ne aſpernetur: & qui
non veſcitur, veſcentem ne iudicet: Deus enim eum ſuſcepit. Tu
es, qui iudicas alienum famulum? Proprio Domino ſtat, vel
cadit: ſtatuetur autem. Potens enim eſt Deus ſtatuere ipſum.
Hic quidem iudicat diem ad diem: hic autem iudicat omnem
diem. Vnuſquiſque in proprio ſenſu ſibi ſatisfaciat. Conſiderans
diem, Domino conſiderat: & non conſiderans diem, Domino
non conſiderat. Qui veſcitur, Domino veſcitur: gratias enim
agit Deo: Et qui non veſcitur, Domino non veſcitur, & gratias
agit Deo.*

Scio horum Pauli verborum communem hanc doctorum
interpretationem eſſe, quòd cùm fides CHRISTI iugum illud
legis Moſaicæ laxaſſe videretur, & onus ſubleuaſſe, quod vt Apo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtolus Petrus in actis, inquit, etiam antiqui patres ferre non po-
tuerant, eſſentque illæ obſeruationes & differentiæ dierum ci-
borumque ſublatæ, vt CHRISTVM iam ſectantibus nihil im-
mundum, neque aſpernabile videretur eſſe eorum, quæ creaſſet
Deus, contingebat, vt hæc perſuaſio, quæ eſt nil habere diſtin-
cti, neque diſcreti, neque in tempore, neque in cibo a multis ſuſ-
ciperetur, & re, atque facto vſurparetur, quam aliqui è contra-
rio tanquam ex Iudaiſmo, & ab illis multis obſeruationibus ad-
huc recentes exhorreſcebant, duplici quidem de cauſa hæſitan-
tes. Primũ quia longa illa opinione imbuti per huiuſmodi abſti-
nentias & obſeruationes iuſtitiam, & virtutis habitum ad Deum
rectiùs colendum acquiri, nondum ab illa voce legis, illiuſque
imperio animum ſuum vacuum liberumque habebant. Deinde
quòd diuturno iam vſu quiddam naturæ ſimile contraxerant, vt
à cæterorum eſculentorum conſuetudine, atque eſu non poſ-
ſent non abhorrere. Ac prior quidem ille legis timor ad imbecil-
litatem fidei pertinebat, hoc autem poſterius quorundam cibo-
rum faſtidium ad carnis infirmitatem, quæ tamen poterat ali-
quo modo excuſari. Nam metus ille legis in noua CHRISTI
vita, reprehenſione vera non carebat: Fiebat autem vt in hac vo-
luntatum, & conſuetudinum diſparitate aliquæ inter eos diſſen-
ſiones exiſterent. Cùm qui eſculenta omnia ad veſcendum ad-
mitterent, tanquam nihil in his rebus eſſet, quòd ad diuinæ gra-
tiæ adeptionem alterutram in partem momentum aliquod af-
ferret, neque in obſeruationibus & diſcriminibus dierum, aut ci-
borum ſalus noſtra, ſed ſolùm in vera fide erga Deum per Ieſum
Chriſtum eſſet poſita, illos contemnerent, qui in ea adhuc cura
eſſent occupati, vt cibos, dieſq; alios ſuſciperent, alios aſperna-
rentur, idq; imbecillitati, & inconſtantiæ illorum fidei aſcribe-
rent. Illi verò è contrario hos, qui omnia paſſim admittebant,
nullamque diſtinguendo rationem ducebant, neq; ciborum, nec
temporum, intemperantes, & irreligioſos eſſe arbitrarētur. Quæ
illorum diſſidia præmetuens Apoſtolus, ne ad dedecus illa Chri-
ſtianæ fidei, & ad detrimentum pacis, charitatiſq; erumperent,
huic malo mederi nititur, atq; hoc oſtendere non in his diſtin-
ctionibus, neq in obſeruantiis ciborum, & dierum, ſed in chari-
tate, & pace, Dei regnum conſiſtere. Atq; ipſe quidem illos par-
tes magis amplectitur, qui in meditationibus ſpiritualibus om-
fidei exercentes hęc exteriora ne animaduertebant quidem, ca-
demque, & paria omnia eſſe ducebant Hi enim cùm & liberiores
& fortiores erant, profectò tum in virtute fidei multò firmiores.
Sed tamen conueniebat, vt qui iam in fide robuſtiores erant, im-
becillorum & lapſantium potiùs miſererentur, quam per repre-
henſiones, & iurgia illis moleſti eſſent. Quin etiam cùm viderent

con

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illa in ſe ſuſpicione offendi, quod communem ciborum o-
um vſum magis ad intemperantiam vitæ, quàm ad fidei ro-
illi putarent pertinere, cauſam illius offenſionis iis adimit
is, & hos firmiores hortatur, docetq́ue æquius eſſe, vt
ment ſe, & accommodent ad alienam infirmitatem, deq; illa
ulentorum libertate aliquid remittant, quàm inſiſtendo in ea
s ſociis cauſam malè de ſe ſentiendi, grauiterque ſuſpicandi.
uandoquidem, inquit, regnũ Dei non potus eſt, neq; cibus, ſed
, & inter fratres charitas. Hæc eſt monitio Pauli ad robuſtos,
imbecilles altera. Ne de his ipſi, qui omnia vt munda ſuſci-
nt, nullumq́; faciunt diſcrimen aut dierum, aut ciborum, tan-
m de incontinentibus, & intemperatis audeant iudicare, cùm
a Domino in numerum ſeruorum iræ recepti ſint, & Domini
e ſeruis ſuis iudicatio, nõ autem noſtra. Quod ſi & qui cunctis
cimur, veſcatur Domino, agatq́; illi gratias, & qui pleriſq; abſti-
et, Domino item abſtineat, hoc eſt, ſi vterq; vtrumq; in hono-
m Domini agat, & in illius gratiam, laudemq́; moueatur, non
abſtinendo eſt, neq; in veſcendo, ſed in inſeruiendo Deo vera
igio. Hæc mens verborum eſſe Pauli exiſtimatur, & ad hunc fi-
m tota hæc ſuſcepta monitio, ac cohortatio, perſpicuè quidem
oſtendat omnia munda mundis, latentius autem, vt etiam il-
d inferat legis regulas, & interdictiones de eſculentis obſerua-
tionibusque temporum nullius ad ſalutem momenti exiſtere,
ando ſalus quidem in ſpiritu, & fide in Deũ per Iesvm Chri-
, tantùm repoſita eſt. Sed ego in hac potiùs ſententia ſum,
od non de abſtinentiis, & obſeruationibus legis fit ſermo,
de his, quas ſibi quiſque ob cupiditatis, & carnis motus com-
mendos ad arbitrium ſuum ſtatuit, atque præſcribit, cuiuſmo-
i ſunt ab Eccleſia de ieiuniis, diſcriminibusq́; tem-
rum, ac ciborum legibus latis obſeruantiæ indictæ. Vt autem
intelligam illa imprimis firma, & valida ratio me mouet,
quòd ſi de differentiis eſculentorum his, quæ à veteri lege ſta-
tutæ ſunt, oratio haberetur, nequaquam hortaretur Paulus, ac
permitteret quidem eos, qui in fide iam robuſtiores delectum
iborum omiſiſſent, ad eorum, qui in fide adhuc titubarent, ac
udaicis ritibus tenerentur ſuperſtitionem inclinare. Non e-
nim id eſſet alios in fide confirmare, ſibiq́ue eos adiungere, ſed
los potiùs fidei præuaricari. Quo igitur pacto intelligendum
primùm vt fidem hîc pro fiducia accipiamus. Etenim hu-
verbi in hac ſententia vis à Paulo non rarò eſt vſurpata, ne-
ea tamen à communi intelligentia aliena abhorrensq́ue
. Deinde vt credere, quod Græcè πιστεύειν, transferamus confi-
. Qui ergo ſibi parum confidebant, nec ſe facilè frenare cu-
piditates ſuas, aut carni poſſe reſiſtere arbitrabantur, opem ſibi,

& remedium à ciborum lautiorum abſtinentia quęrebant: qui verò è contrario in fide, & amore Dei erant flagrantiores, facilè illo ardore animi erga Deum inflammati cupiditatum ſtimulos omneis obruebant, intentique, & ablati rerum diuinarum inueſtigatione nec cibos, nec tempora vlla diſcernebant, parem in omnibus honorem, & gratiam Deo habebant, quod ſanè erat potentioris, & firmioris fidei iudicium. Verùm accidebat, vt in diuerſis conſiliis, & actionibus alteri de alteris minùs commodè ſuſpicarentur. Qui enim ſpiritu feruentes carnem non agnoſcebant, infirmiores illos luctanteis aduerſus carnem, & ieiuniis, atque inediis impetum illius frangere meditantes quodammodo irridebant, & veluti molles, atque eneruatos habebant deſpicatui, hocque agebant non vt parum fideles, aut ſpirituales, ſed vt parum prouidi, tanquam qui doctrinæ prudentioris indigerent. At illi è contrario, qui moleſtias carnis ne eſu quidem olerum duntaxat, & pomorum poterant propulſare, primum hos mirabantur ad omnia paſſim manus, osque admouentes, deinde grauius etiam aliquid de eis ſuſpicabantur, nec fieri poſſe exiſtimabant, vt cum virtute, & continentia, & religione vſus omnium ciborum, & licentia iungeretur. Ita horum vterq; ordo alteri ordini peccandi aduerſus fratrem, & charitatis vinculum violandi præbebat occaſionem, à quo nunc vitio eos Paulus, atque errore dimouere nititur, redigereq; in vnum ſtudet omnes, & in conſenſu mutuo, ac fraterna ſocietate continere. Sed quid eſt Langee, quod inceptas? Video enim ex geſtu, atque vultu habere te aliquid, quod noſtris ſermonibus putes opponendum. HABEO enimuerò, inquit ille. Et profectò quando de ieiuniis & obſeruationibus inducta eſt mentio, aut hodierno die, magna ac diuturna animi mei dubitatione exoluar, aut nunquam alias. Etenim quòd illæ obſeruantiæ temporum, & ciborum, quæ præſcriptæ, & traditæ in lege Moyſis ſunt, minimum ſiue adeò nihil ad comparandam ſalutem valeant, planè perſuaſus ſum, idque iamdiu & Paulo totiens affirmanti, & fidei Chriſtianæ credidi, ſed quòd eædem mox in fide CHRISTI, & in noſtris moribus, ac ritibus magna ex parte relatæ ſunt, quam obſecro te cauſam, aut quam habere rectam rationem iſta res poteſt. Neque ego nunc conſilium reprehendo Eccleſiæ, quam & ſemper ſyncera mente veneror, & omnia eam ſanctè ac ſapienter inſtituiſſe iudico. Sed non intelligo hoc planè cuiuſmodi ſit, cupioq; id mihi explanari per te, & diſſeri. Equidē hęreticos hoſce, qui ita ſuperbè, & petulanter ſpretis ipſius Eccleſiæ decretis, legibusq; ruptis & cibos, & tempora ad ſuum arbitrium, libidinemq; reuocauere, non ſolum accuſandos, verùm etiam deteſtandos, & cum horrore quodam eorum contagionis à cunctis, qui in fide CHRISTI conſiſtunt,

gendos eſſe cenſeo. Veruntamen inter nos, quod cum mo-
, & pietate licitum ſit, & quæri de his rebus, & diſputari
eſt incongruum. Quæro itaque de te, cùm legis veteris de-
, quatenus ad differentias ciborum, & ad dierum quorun-
electus, & diſcrimina pertinent, mundarumque, & inqui-
rum in ſe rerum diſtinctiones, necnon purgationum, &
onum continent præcepta, noua CHRISTI fide abro-
, antiquataque ſint, noſque ab his oneribus, & vinculis ſo-
Chriſtiana libertate perfrui debeamus, cur ſanctorum pa-
decretis, & Romanorum Pontificum inſtitutis ad eadem
, aut grauiora etiam perferenda rurſus ſimus redacti atque
: cùm ſi vis veræ religionis capienda ſit, in vna fide erga
, & in ſpirituali noſtro Dei cultu, noſtræ ſalutis ratio po-
eſſe intelligatur. Quid ſibi ergo voluerunt ſummi Pontifi-
, antiſtitesque Romani? qui quaſi hac re potiſſimùm ſui pon-
us memoriam ad ſermones hominum commendare cu-
, addiderunt penè vnuſquiſque aliquid, de antiquioribus
loquor, quo noſtra ſeruitus in obſeruandis eorum ſcitis, at-
præceptis indies fieret grauior, & maioribus propè quàm
Iudæos oneribus premeretur. Ac vt nonnulla, ex vetuſtis Iu-
rum ritibus, & obſeruationibus ciborum atque temporum,
purorum impurorumque contactuum (nam de cerimo-
ſupra abundè dictum eſt) in medium adducam, eaque cum
conferam moribus, feſtum illi diem obſeruabant ſepti-
redeuntem in orbem tempore ſuo ſemper, dieque eo ab o-
omnino gerendis, tractandis, communicandisq; rebus
bant, ea ratione quidem, quòd Deus item illo ipſo die,
in antecedentibus ſex diebus mundum, & omnes mundi
fabricatus eſſet, quietem ſibi demũ, & ab omni opere ceſ-
nem conſtituiſſet. Nos hoc ſabbatum ipſum exauthorantes,
inter prophanos dies numerantes, diem ſolis, quem Domini-
appellamus, hebdomadis primum, & initium dierum con-
entium pro ſeptimo illo in honorem adduximus, ocioque,
ceſſationi totum conſecrauimus. Eſto, ſit huiuſce quidem rei
bona ratio, non enim minor videtur deberi honor luci
, qua in nouam vitam exurgente à mortuis CHRISTO pro-
lumus, quàm illi, qua à vetere vita, & occupata ceſſauimus.
illud mihi mirari ſæpe in mentem venit, quòd cùm extra
ſeptimum, & nouarum lunarum exordia, quibus vnum
feſtum ſingulis menſibus Iudæa tribuebat, cæteri penè o-
feſti ſolennesque Iudæorum dies, neque numero multi, &
penè in vnum collati menſem eſſent, quem illi ſeptimum,
Septembrem appellamus. Etenim excepto Phaſe die feſto, qui
illis primo, hoc eſt apud nos, quoad ratio menſium con-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gruere poteſt, Martio celebrabatur, & Pentecoſtes, quæ poſt Phaſen die quinquageſimo colebatur, quinq; celebritates reliquæ, neq; enim plures apud Iudæos exiſtebant, in menſe Septembri erant collatæ. Nos neq; menſem certum, nec moderatum dierum numerum diebus noſtris feſtis videmur tribuiſſe. Sed cùm multos ſolennes, & ſtatos dies in honorem, & memoriam rerum earum, quas Dominus noſter IESVS aut geſſit pro nobis, aut perpeſſus eſt, in varia anni tempora diſperſos agamus. Damus quidem hunc honorem DEO & Dei filio à nobis debitum, neq; tam pura, & religioſa mente à nobis quicquam, quàm hoſce dies colendos, & venerandos ducimus. Addamus his & illos, quos ſanctiſſimæ, & immaculatiſſimæ virginis eius, quæ DEI filium ſeruata ſemper corporis, & animi integritate ex ſuo vtero hominibus effudit, honor à nobis, & tanti beneficij memoria requirit. Principibus item Apoſtolorum Petro, & Paulo diem ſuum concedamus, quo & ipſorum ſingularis ac diuina virtus, & Apoſtolici collegij totius memoria in honore à nobis habita eſſe videatur. Tantum quidem præterea feſtorum, ocioſorumque dierum numerum, quantus ab Eccleſia in noſtros mores, & inductus eſt, & colitur, nónne ſunt, qui arbitrentur magis ad diſſolutionem animorum, & corporum, quàm ad vllam egregiam pietatis vtilitatem vim habere? quanquam ſanctè quidem omnia ab Eccleſia conſtituta, & optimo animo inducta fuiſſe non dubito. Veruntamen euentus rerum effecit, vt nonnulli, qui detrimentum, & iacturam ex nimio ocio ſentiebant, conſilium autem Eccleſiæ non ita planè perſpiciebant, alium ſibi ordinem ipſi, & alium modum feſtorum colendorum dierum citra Eccleſiæ conſenſum adſciſcerent, ſuiq; huiuſce conſilij, atq; facti approbationem non ex aliorum authoritate, ſed ex ſua temeritate ipſi ſibi conſtituerent, qui vt licenter, audacterque fecerint, ſicuti quidem fecerunt, cùm ad caput & ad authoritatem Eccleſiæ deferre iſta omnia multò æquius ſit, & opem ſibi ac conſilium ex illa petere, tamen ipſo exitu rerum apparuit tantam multitudinem ſacrorum, feriatorumque dierum populo Chriſtiano non minus ferre incommodi, quàm vtilitatis. Et ſanè videntur, qui de his rebus diſputant, idque agunt modeſtè, & temperatè, intelligendi tantùm cauſa, non vt hæretici ſuperbè, & inſolenter, aliquas afferre rationes præ ſe ferentes ius & æquitatem. Aut enim, inquiunt, opulenti & diuites homines ſunt, & his talibus dierum feriatorum numerus augendus etiam magis, quam minuendus eſt, quippe qui omni tempore anni, atque in his potiſſimum delectis, conſecratisque diebus gratiarum Deo agendarum, & excolendi ſpiritus præcipuè ſunt debitores, idq; nullo domi detrimento tutò agere poſſunt. Aut ex eo ſunt genere, quod manibus

ſibi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ſtum, & labore corporis quærit, quibus cùm damnoſa o-
...ceſſatio, operæq; vacatio ſit, conueniret certè multorũ pau-
...rum, atq; egentiũ commodo & neceſſitatibus proſpici. Quòd
...omnes, qui a diurnis operis, & opificiis interdictione dierum
...torum prohibentur, homines eſſent ſpirituales, menti, & con-
...mplationi rerũ diuinarum dediti, conduceret forſitan magis,
...iuſq; eſſet vacare, quam operari. Quando maior ſemper vtili-
...s minori præponenda eſt. Nihil autem omnium rerum eſt vti-
...s, quam in Deo, & in Dei beneficiorũ memoria perpetuò de-
...rum eſſe. Sed cùm tales vulgò homines ſint cœleſtium rudes re-
...m, terræque addicti, & ſenſibus magis, quàm ratione viuentes,
...ne patet, manifeſtumq; eſt, hanc illos ceſſationem, quam ſa-
...i indicunt dies, non ad meditationem retũ diuinarum, ſed ad
delectationem humanarum conuertere? cum matutinis exceptis
...is dies illis ferè in cantibus & luſibus, & in comeſſationibus,
...oq; agantur? Sed vt abeamus à feſtis diebus, atq; ſacris, in qui-
...s non tam onus nobis impoſitũ, quàm nimia licentia eſſe tra-
...ta videtur, ad illa veniamus, quæ verè, & propriè ſunt onera,
...orum longè maximum, & vt pleriſq; videtur durum, ac perdif-
...e ieiunium eſt, quod in veteri lege vno tantùm ſingulis an-
...ſi Iſraëlitico populo indictũ, qui dies feſtum tabernaculorũ
antecedit, nos in omne tempus anni ita diffudimus, & ſparſimus,
...totum penè annum in ſeruitute viuere, & nunquam vacuo a-
...mo eſſe poſſe videamur. Ac Iudæi quidem præter illum diem
...ij ſtatum, atq; ſolennem, qui illis vnicus in toto annuo or-
...e a Deo ſeruandus propoſitus eſt, quatuor ſibi pręterea ieiunio-
...m adſciuerunt dies, quos quaſi atros ipſi obſeruant in luctum
...licet, & in priſcarum memoriam calamitatum inſtitutos.
Nos verò & triduana quater in anno ieiunia, & omnium feſto-
...m dierum pridianos dies, & quadragenarium præcipuè die-
...m numerum coactum, & cumulatum in vnum ieiunare ſumus
...ſi, quibus quidem quadraginta diebus, quaſi exiguus iſte die-
...m numerus eſſet, ſex poſtea alij etiam adiecti ſunt, vt dierum
ſex & quadraginta perpes, & continuatum ieiunium nobis exi-
...eret. Atque cùm hęc, quæ ad ieiunium pertinent grauiora no-
bis multò, quàm populo quondam Iudaico ſunt impoſita: tum
verò Iudęis licitum eſt ſeruato aduſque ſolis occaſum ieiunio,
eos demum cibos adhibere, quos illis libuerit. Nobis verò in ie-
...nando etiam illa lex eſt poſita, vt ab eſu omnium carnium pe-
nitus abſtineamus, ſemelque tantum cibum ſumamus, idq; cir-
citer meridiem, qui autem fecerit ſecus, cunctiſque legibus ieiu-
niorum, dierumque feſtorum ſextæ quoq; & ſeptimæ in hebdo-
madibus diei, quarum vtraq; ſi minùs ſeuero illo, ſtrictoq; ieiu-
nio, carnium tamen abſtinentia, & interdictione ab Eccleſia ipſa

notata eſt, qui inquam, omnibus his legibus ad vnguem non paruerit, non pœna adiecta eſt aliqua moderata, atq; mitis, vt prouidentia paſtorum nobiſcum agi videatur, aut lenitate, indulgentiaque parentum, ſed perinde ac noſtrarum iactura animarum apud rectores noſtros parui momenti ſit, capitalis peccati pœna, & ademptione regni cœleſtis qui contrauenerit, punitur. In quo quantò lex Iudæorum fuit tolerabilior, quæ prçuaricatoribus legis non animæ mortem, ſed corporis præſtituit? Quendam in Græcia ſapientem ferunt, cùm leges conderet ciuibus ſuis, etiam mediocrium, & leuium peccatorum mortem pœnam conſtituiſſe. Ex quo cùm quæreretur, quid ita æquaret parua errata magnis, vt omnia iuxta mortis ſupplicio plectenda eſſe cenſeret, dicitur reſpondiſſe, quia tenuia etiam peccata morte digna eſſe exiſtimaret, maioribus delictis grauius ſupplicium non inueniret. Quæ dura imprimis, & aſpera viſa eſt ſententia. Itaque increbruit hominum illorum prouerbio, leges illas non atramento, ſed ſanguine fuiſſe ſcriptas. Quantò noſtri legumlatores acerbius? qui cùm id, quod per ſe, & ſuapte ſponte nō eſt improbum, ipſi vetando, vt vitaretur, effeciſſent, eam inſuper pœnam non obtemperantibus addiderunt, qua nulla eſſe poſſit durior, neq; aſperior, ſiquidem æterna morte damnari deterius multò eſt, quam hanc mortalem vitam amittere. Hæc, vt dico, diſputant iſti ſæpenumero, qui hoc ab ſeſe iugum nimium aſperæ ſeruitutis, vt ipſi prædicant, cuperent excutere, non hi ſolùm, qui iam excuſſerunt, quorum quidem ſcelus, & arrogantiam nulla vnquam ſatis digna pœna vlciſci poſſe videatur. Non enim ratione, ſed libidine, nec vt ſpiritum ab onere ſeruitutis ſubleuarent, ſed vt cupiditatibus obſequerentur, ad id faciendum ſunt adducti. Verùm nos qui Eccleſiæ decretis facilè obedimus, ſemperque illi parendum, non ſemper flagitandam eorum, quæ ab ea denunciantur, rationem exiſtimamus, poſſumus tamen cauſas harum rerum & rationes, & petere inter nos, & dare, non vt nouum ipſi conſilium aliquod capiamus, ſed vel vt reperta ratione hæreticis reſpondeamus, qui & imperantem Eccleſiam, & nos & parentes ludibrio, & irriſui habere non deſinunt: vel ſi quid fortaſſe ratio nobis monſtrauerit eſſe corrigendū id tam ad ſummi Pontificis iudicium, & ad Eccleſiæ authoritatem referamus. Quod item ſi tibi videbitur, de hac religionum & ordinum, vt appellant, multitudine, atque turba, quæ habitu amictuque veſtium vario, nouis, & inter ſe diſſimilibus inſtitutis in vnitate fidei, & ſimplicitate CHRISTI locum habere non debuiſſe videbatur, eſtque item ab his improbis illuſa, atque reiecta, faciendum erit, vt aliquid dicas, vt poſthac inſtructiores ad reſpondendum contradicentibus & magis parati eſſe

poſſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimus. TVM IVLIVS: Sanè mihi videris Langee, inquit, inpeſtiue admodum harum mentionem rerum intuliſſe, cum huiuſmodo à Paulo ipſo agatur, qui præſertim videatur in ea eſſe ſententia, vt robuſtiorem fidem, & virtutem exiſtimet eorum, qui nullo ciborum, neque temporum delectu habito, neque animi curam ſub haſce res ſubiecta magis in ipſo cogitando, & amplectendo Deo omnibus mentis ſenſibus ſemper ſunt intenti, quibus quicquid ad veſcendum offeratur, ſine diſcrimine accipitur, Euangelicumque in eo conſeruatur præceptum, quo Dominus diſcipulos miſſos ad prędicandum admonuit, vt comeſſent, quæcunque ſibi eſſent appoſita. Et nimirum hoc magis videretur conſentaneum Euangelicæ, apoſtolicæque doctrinæ, vt nulla omninò cura, neque delectus in cibis, neque diſcriminis in temporibus ab hominibus deditis Deo duceretur, qui in contemplatione diuinarum rerum poſiti, cum cibos nō ad voluptatem, ſed tantum ad neceſſitatem vitæ ſoliti ſint accipere, illa diſtinguendi, & varianti ſolicitudine interpellari non debuiſſent, niſi horum talium ſumma eſſet paucitas, aliorum vero, qui voluptati, atque ventri plus æquo indulgeant, maxima multitudo. Qua etiam ratione tum Romanos Pontifices, tum cōuentus eos fidelium, quos concilia vocamus, adductos fuiſſe puto, vt talium & ciborum, & dierum differentias, obſeruationesque inſtituerent. Quorum quidem conſilium, vt tu rectiſſime ais, debemus potius nos venerari, quam reprehendere. Quòd ſi aliqua tamen harum rerum ratio reddenda eſt, hac lege inter nos quæramus, ac diſceptemus, vt quicquid nobis rectius viſum fuerit, id ſi forte à maiorum inſtitutis diſcrepauerit, noſtrum ſemper conſilium illorum ſapientia iudicemus inferius. Equidem memini cum eſſem apud collegas meos Triulti, eos ipſos, qui paulò antè à fratre meo nominati ſunt, Ægidium Viterbienſem, & Thomam Caietanum homines eruditiſſimos, ibidemq; vnà adeſſet Laurentius Campegius collega item veſter, vir ea ſapientia, & grauitate vitæ, necnon in gerendis rebus conſilio, magnitudineque animi, qua vos ſcitis, & qui in Pontificio iure, ac ciuili primas propè partes noſtræ ætatis homines ſoliti ſunt concedere, incidiſſe de his rebus acrem diſputationem, cum hanc Thomas ſententiam defenderet, probareq; admitteretur omiſſionem ieiunij, quæ in cōtumeliam modo præcepti non fieret, ad capitale peccatum nemini valere, quando ſolum illud crimen ſtatuendum eſſet, quod aut de honore ſummi Dei detraheret, aut de commodo proximi: id eſt, quod Chriſtianam charitatem, quæ & ad Deum, & ad proximum intenta eſt, violaret aut frangeret, quorum neutrum cum in prætermittendo ieiunio accideret, non eſſe id peccatum exitiabile habendum, quod charitati ipſi nequaquam officeret. Huic opinioni Campe-

gius adſtipulabatur, hoc ab legũ interpretibus defenſitatum eſſe memorans, cum ieiunium ad eam rem indictum eſſet, vt per abſtinentiam quorundam eſculentorum fractis cupiditatibus facilis vnicuiq; fieret virtutis, continentiæq; exercitatio, ſi quis eam ipſam continentiam iam obtineret, cuius aſſequendæ cauſa fuiſſent ieiunia inſtituta, cupiditatesq; ſuas haberet in poteſtate, nõ tantopere eũ ad obſeruationem ieiuniorum, nec tanto eũ animæ periculo adſtrictum eſſe. Repugnabat acriter ex aduerſo Ægidius, & Campegio quidem reſpondebat, ſi ieiunij indictio, ſuaſio tantum eſſet, & non præceptum legis ſeuerum ac diligens, non habituram vtique eſſe eius rationem, quoniam quicquid alicuius rei adipiſcendæ gratia ſuadeatur, aut conſulatur, ſi ea ipſa alia quadam via & ratione obtenta ſit, recte id, quod ſuaſum ſit, prætermitti poſſe videatur: vbi vero præceptum in imperando, & non ſuaſio ſit, ſine peccato graui præteriri id non poſſe. Ad Thomam vero dicebat eodem modo poſſe concludi de binis hebdomadum diebus, quibus eſus carnium interdictus eſſet, ac de cæteris feſtis ſolennibusque diebus, qui cum eſſent ad Dei cultum inſtituti, atque dicati, dum coleretur Deus, qui quidem pura imprimis mente, & religione colitur, licitum fore ſine peccato ad ſuum cuique diurnum munus, ſuaque opificia redire. Ac multa tum quidem in omnem partem dicta diſputata ſunt, quæ hominibus doctiſſimis erant in promptu, ex quibus Thomas plura, & præclara ingenij ſui, & doctrinæ monumenta iam in ſcriptis edidit, reliqui autem duo idem exiſtimantur eſſe facturi. In ſumma ab illis in eam ſententiam conueniebatur, æquum fore, vt ſummus Pontifex, cuius vniuerſa eſſet poteſtas, hunc ſcrupulum ex animis fidelium eriperet, ieiuniique hanc legem, & conditionem ediceret, vt qui ſeruaſſent illud, magnis à Deo indulgentiarum, quas appellant, præmiis afficerentur, qui verò non ſeruaſſent, dum ijdem abeſſent a contemptu, & contumacia, non propterea tamen capitalis peccati ſcelere intelligerentur obſtricti. Diſtinguebatur porrò ab illis aliud ieiunium eſſe, aliud abſtinentiam. Ac abſtinentiam quidem in eò intelligi, cum ſtatis temporibus, & diebus à quodam eſculentorum genere, vtpote carnibus abſtineretur. In ieiunio autem præter abſtinentiam id etiam adiungi, vt ſemel in die tantum cibus caperetur. Quod quidem poſterius illi arbitrabantur rectè, & tuto poſſe corrigi, ſi ſummi authoritas pontificis intercederet, ea quidem ratione, quoniam & qui illam legem ieiunij retinerent, cum darent hoc legi, vt ſemel tantum in die reficerentur, ſuæ mox dabant intemperantiæ & voluptati, vt effuſius, atque immoderatius in epulando explerent, quos vero illa lex ieiunij non contineret, quominus in die plus quã ſemel comeſſent, eos in graue ſuarum animarum periculum incidere, cui

deci-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…rimento præberi occaſionem, & ſterni quodammodo ab ipſa …ge viam, longe alienum à manſuetudine Chriſtiana eſſe opti…is illis viris, & dignitate omni præſtantibus videbatur. TVM …IVLTIVS, Mihi accidit, inquit, qua primum tempeſta…m hanc vrbem admodum adoleſcens veni, vt ad ſalutandum …liuerium Carapham Cardinalem Neapolitanum accederem, …ms tu Iacobe in domo & diſciplina aliquot annis educatus …Etenim eius ego viſendi & alloquendi miro deſiderio tenebar, …e quo tot, tantaque abſens virtutis & ſapientiæ, & ſingula…s cuiuſdam integritatis teſtimonia cognoueram. Atque is vt …t humaniſſimus, ſummamque grauitatem cum illa humani…te coniunctam obtinebat, accepit me quidem iucunde, atque …manter, cum ita diceret, neminem ſibi dari potuiſſe, cuius li…bentius aſpectu, quam meo frueretur, id adeo & mea cauſa, & fa…miliæ noſtræ nobiliſſimæ (ſic enim loquebatur) in qua lumen …adhuc reſidere priſcæ fortitudinis affirmabat. Erat enim vt ſci…tis, qui eum norunt, Ioanni Iacobo patruo meo, qui tunc præ…ſtantiſſimus rei militaris author & dux habebatur, amore, offici…iſque coniunctus. Sed ego ſummi illius viri aſpectu, & ſermoni…bus tum perfruens, cum eſſet cum eo vnà Nicolaus Fliſcus eiuſ…dem ordinis vir egregia doctrina, & authoritate, quem nuper vt …ſuis mortuum, cum gemitu, & lachrymis proſecuti ſumus o…mnes, ſenſi hac de re inter eos agitari vtrum iſtas religioſorum …hominum ſocietates, quas fratrum religiones vulgo nominamus …tiam præſertim, & tam varias, habitu, inſtitutis, appellationi…buſque differentes, ſic permitti, & tolerari expediret Chriſtiano …nomini, an eas certum ad numerum, cumque exiguum redigi vti…lius eſſet. Et manarat fortè illis diebus rumor in populo proſpici …huic rei à ſummo pontifice, & de hac redactione in ſenatu actum …m. Atque illi quidem leuiter inter ſe diſſidebant, cum Oliuerius …fortiſſimus ſemper antiquitatis defenſor diceret, non fuiſſe bo…norum pontificum eos, qui ſeſe nouis quotidie legibus obligare, …ac ſupponere ad carnis motus magis coërcendos, Deumque li…berius contemplandum ſponte ſua vellent, non in illorum opti…ma voluntate confirmare, neceſſeq; item fuiſſe dari illis poteſta…tem proprios quoſdam cœtus, conuenticulaq; conſtituendi, ha…bituq; & nominib. à cæteris ſe diſtinguendi, quo & ipſi inter ipſos …noſſe ſe poſſent, & à reliquis internoſcerentur. Contradicebat Nicolaus exitum rei declarare hanc varietatem religionũ Chri…ſtiano nomini parum commodam eſſe, quod & qui eorũ ad ma…ximas diuitias peruenirſent, his ferè illi iam ad alenda corpora …diuitiis, non ad miſericordiã, neq; ad bonitatem vterentur, & quę …profeſſæ inopiam ac paupertatem religiones victum ſibi oſtia…tim aut à prætereuntibus mendicarent, genus in Chriſtia-

nos

nos mores inducerent minimè ingenuum, neq; liberale, quippe cum quotidiana illa flagitatio & pudorem in hominibus extingueret, & authoritati religionis detraheret, & impediret etiam ſtudia de Deo cogitandi, atq; in eius vnius contemplatione acquieſcendi. Quòd ſi contractis, & imminutis diſſimilitudinibus vna tantum monachorum, quos vocamus, religio linqueretur, qui in ſolitudine, & ſilentio, à turba, & fluctibus huius ſeculi ſemoti in inueſtigando Deo præcipuè inſiſterent, dum illi tamen id, quod minimè faciunt, optimis literis, & ſtudijs dare operam cogerentur: Duæ verò reliquæ darentur religiones, quibus verſari inter homines docendo, atque hortando, annunciare pœnitentiam, inſinuare in populo ſenſum ſcripturarum, laborare, inſudare, ſeruire publicæ vtilitati neceſſe eſſet, ſe iudicare multo commodius cum populo Chriſtiano actum fore, quàm quomodo nunc agitur in tanta tot ordinum diſſimilimorum differentia, & varietate. Duas autem illas idcirco ſe velle eſſe religiones aiebat, quæ negotioſam, & laborioſam perferrent vitam, vt ſancta & pia æmulatione inter ſe alterni ordines contenderent, vter eorum maiorum, & plurium bonorum author Chriſtiano populo exiſteret. Hæc tum duorum ampliſſimorum hominum, & in Eccleſia principum diſputatio cum inſueto mihi auditionum talium ad aures prima accidiſſet, aculeos quoſdam mihi in animo reliquit, qui me poſtea crebro admonuerunt, vt de hiſce rebus mihi meditandum, & aliquanto diligentius conſiderandum putarem. Itaque re ſæpius excuſſa, atque examinata poſſum vobis liquidò de meo ſenſu pronunciare. Harum tot religionum, & tam variarum conſilium ſi ad rationem eorum referatur, qui aut petiuerunt primi inſtitui, aut qui indulſerunt petentibus, & inſtituerunt, ſanctum illud, & iuſtum, & imprimis graue, ac ſapiens extitiſſe. Non enim alium ad finem tam multæ iſtæ fraternitates inductæ ſunt, niſi vt homines illi, quos leges iſtæ communes, & iam vſu contritæ minus in officio continerent, arctioribus quibuſdam vinculis in pietatis ſtudio, & continentiæ tenerentur, nouasque propterea leges ſibi adſciſcerent, in quas voluntaria primo inductione animi cum iuraſſent, earum nox ſeruandarum neceſſitate conſtringerentur. Conſulebatur igitur hac ratione vel maximè hominum virtuti, & integritati, ſi humana infirmitas perpetuò manere in robore animi, & conſtanter, quod ſuſceperat, nauare potuiſſet. Sed cum pleraque videamus noſtris temporibus commutata eſſe, atq; inuerſa, equidem dicerem ſententiam ſi liceret, & ſi licebit vnquam, dicam videri mihi noſtræ religioni, ac Chriſtianæ Reip. melius conſultum fore, ſi triplex illa ordinum inſtitutio induceretur, quæ non tam quidem de numero religioſorum diminueret, quàm varietatem, & diſſimilitudinem re-

...m religionum prohiberet. Quod ſi explanatius de hac re aliquid dicendum eſt, placeret admodum mihi, & mendicitatē tolli, quæ ſpeculationi, & pudori, & opum affluentiam, quæ integritati eſt aduerſaria. Quid ergo eſt potiſſimum, quod ego de hac re ...de ſtatui arbitrer? Illud nimirum, ſi habito cenſu huiuſmodi ...orum, & facultatum, dimidiam totius ſummæ partem, duabus illis ſodalitatibus aſſignari viderem, quas in opere, & in negotio docendi homines, ac cohortandi verſari aſſidue, ac laborare conuenitet: Alteram vero partem dimidiam ei religioni reſeruari, quam tranquillam, & tacitam, Deoque, & ſibi ſeorſum vitam agentem Græco vocabulo monaſticam appellamus. Atque ...us tamen ſilentis, atque pacatæ fratrum, religioſorumque hominum coitionis eas vellem eſſe leges primum, vt literis bonis in..., & liberalibus ſtudijs ab omnibus opera daretur, quorum ſtudiorum, atque eruditionis exordia ducta à grammatica, & deinde in rhetoricis, dialecticiſque inſtructa ad extremum terminarentur, in philoſophia, theologiaque. Deinde vt liceret ex quolibet hominum genere parentibus liberos eò mittere in diſciplinam, qui acutiores natura, & ad literas perdiſcendas apti eſſent, indolemque ingenij bonam præ ſe ferrent, qui ſi ab ipſis præſidibus, & collegiorum rectoribus, qui recipi deberent idonei iudicarentur, cum alerentur ſumptibus religionis communibus, tum ...em induſtrie, diligenterque inſtituerentur ad omnem exercitationem, & ſtudium adipiſcendæ doctrinæ, atque virtutis, quandiuque manerent in conuentu illo, quod illis ad certum tempus ...et licitū; quoad videlicet in literis & moribus probè inſtructi ...ent, eodem omnes veſtitu, eodem victu, eademque prorſus vi... regula vterentur, poſt vero tempore exacto liberum foret vnicuique & leges ſibi vitæ rectè degendæ, quas vellet, & quibus vellet in locis domicilium eligere. Etenim ſiquid eſt humani, quod præſtari à nobis poſſit, audacter vobis confirmo hoc huiuſmodi more inducto in conſuetudinem, quemadmodum ex ſeminario acceptas arbores, & per ſua deinde ſpatia diſpoſitas hortos videmus, & viridia ornare, atque illuſtrare, ſic hos ex optima diſciplina educationeque profectos, & in diuerſas miſſos vitæ functiones, eas regiones orbis terrarum, in quibus inſediſſent, optimis ...et moribus, & præſtantibus virtutibus illuſtraturos. Quòd ſi id quoque accederet, vt à principibus, & à maximis regibus, ſummiſque imprimis pontificibus prouidentia, curaque adhiberetur, vt ex horum numero potiſſimum eligerentur, qui præficerentur Eccleſijs, & ſacerdotijs, & qui ad magnas res gerendas adhiberentur: næ ego pro certo auſim polliceri ſtatum orbis terræ, qui nunc perturbatione legum, atque morum, omniumque ...curſu propemodum calamitatum collabaſcere videtur, eſtq;

ruinæ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ruinæ, & confuſioni proximus, firmitatem ac ſtabilitatem, decuſque & ordinem bene agendæ vitæ facile recuperaturum. Sed quoniam nos hoc tempore leges non ſcribimus, tantumque innuimus, quid noſtræ ſententiæ, & opinionis ſit, concludamus illud Langęe, quod in tua oratione poſitum fuit extremum, hos, qui haſce religionum ſectas accuſant, ſi conſilium reprehendant inſtituendarum, falſa illos ratione duci, atque aberrare. Si mores, vitiaque quorundam inſectentur, iam hoc eſſe hominibus, non rei ipſi detrahere, in quo ego cum illis vnà conſentio, fateorque non pauca eſſe in abuſionem his temporibus inducta, atque prolapſa, quod quidem ad religiones attinet, quæ prudentum iudicio minime poſſint probari. Illud dico, neminem, qui ſanus ſit, æquo ferre animo, ac pati inuentos eſſe homines perditos, qui annis permultis in religione cum fuiſſent, legibusque illis, quibus voluntate ſua primò ſe obligauerant, diutius paruiſſent, repente mox nulla idonea de cauſa, neque expectata authoritate maiorum ipſi inde ſe proripuerint, à vetereque religionis inſtituto ipſi ſe abdicauerint, quanquam hactenus fortaſſis fuerit illis cóceſſum, ſed vt appareret, quæ eos ratio, aut quæ amentia potius impuliſſet, non modo ad prophanam de integro vitam, ſed ad omne genus intemperantiæ fuerint relapſi, quorum alij nefariis nuptiis ſe obligauerunt, alij dierum, & ciborum obſeruantias ſuſtulerunt, mandataq; omnia eccleſiæ irriſui habuere, cuncti verò ſuperbas, & impias aduerſus Deum, ipſaq; Dei præcepta, quæ in humilitate animi, & erga proximum charitate præcipue conſiſtunt, extulerunt mentes. Hic ego: Iure iſtis talibus iraſceris Triulti, & hominum damnas temeritatem. Sed quod ad obſeruantiam ieiuniorum attinet, haud ita quaquam dies multi ſunt, cum me appellauit Clemens VII. Pontif. Max. quæſiuitque ex me, quid mihi videretur de ieiuniis? num ego ea populis rectè relaxari cenſerem. Quærebat autem hactenus, non vt percontaretur, licerétne paſſim veſci cibis omnibus, id enim incontrouerſum eſt, nec dubium non licere, ſed an ſemel tantum ieiuniis veſci id neceſſarium eſſe exiſtimarem. Cui cum dixiſſem ieiunium eiuſmodi, quod temperatis hominibus detrimento eſſet, helluonibus cauſam grauioris intemperantiæ afferret, quodq; non minus læderet prætermiſſum, quàm prodeſſet ſeruatum, cum præſertim in tam diſſolutis morib. paruam ad continendum homines vim id iam haberet, rectè mihi videri, remitti poſſe, aperuit mihi ſententiam ſuam, ſeq; in eo velle proſpicere communi Chriſti gregis ſaluti affirmauit. Cuius ego laudata probitate, & clementia (eſt enim, vt ſcitis, omni prorſus humanitate, & bonitate leniſſimus, eamq; populorum ſibi creditorũ curam gerit, quam filiorum optimus pater) tamen dixi expectandum mihi videri,

quoad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad peteretur iſta remiſſio, non vt vltro illa, & inopinantibus tretur. Quo ille reſponſo vſque adhuc retardatus eſt. Itaque d ad vnicam iſtam in die ſumptionem cibi pertinet, poteſtis intelligere ſententiam meam nequaquam à Thomæ Caie- ſententia diſcrepare, qui etiam ſui dicti rationem hanc red- , non ſe arbitrari priſcos illos patres prætermiſſione ieiu- m voluiſſe homines ad capitale crimen obligare, qui præ- paterna quadam charitate cunctis prodeſſe, & conſulere ſent. Sed hoc illorum ieiunandi præceptum modò abſit mptus, in eam potiùs partem accipi conuenire, vt docean- homines, quid recti moris ſit, conducatq; ad vitæ continen- , non vt cogantur, quæ mihi imprimis bona viſa eſt ſente. ia ego hoc fortaſſe meæ imbecillitati tribuo, qui cum malo cho ſim, ſoleo equidem interdum ſemel tantum cibo vti, idmeæ valetudinis ratio à me poſtulat. In ieiuniis autem i- accidat, vt appetam cibum, diuidere libentiùs in duo tem- ſoleo, ita vt in vtroq; tempore me geram, quam moderate ſſimum, cùm mihi neceſſe ſit ob corporis periculum à legumi- omnino, & à ſalſamentis, maxima quoq; ex parte oleribus, ſcibus abſtinere, quòd hæc eſculentorum genera pernicio- mihi ſint. Ac ſic equidem agendi veniam ſum, & facultatem atim à Pontifice adeptus. Sed quoad authoritate Eccleſię, Pontificis vinculum iſtud ieiunandi retinetur, legibus pa- dum cenſeo. De cibis autem ipſis, deq; eorum dierum pecu- abſtinentia, qui bini ſemper in ſingulis hebdomadibus in- ſiti ſunt, necnon de aliis vigiliarum, & temporum, & qua- geſimæ (ſic enim appellamus) diebus vix quicquam ego pu- vtilius, ac ſanctius conſtitutū ab Eccleſia fuiſſe. Quid enim iſti qui contra pugnant? legem improbatam fuiſſe Iudæo- m, quæ tanta ſuperſtitione cibos diſtingueret, vt alios reijce- alios verò admitteret, iure ego improbatam patefacta verita- confiteor, nullaq; nobis cibos ſuperſtitione inter ſe differre. q; omnibus paſſim vtimur. Cur ergo aliquos aliquando repu- mus? quia rationum & temporum diſcrimen eſt, non ciborū. c hoc eſt, quod Paulus reprehendit, Ne quis nos iudicet in cibo, ut potu, inquiens, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſab- torum. Et rurſus abjiciens decreta legis, Ne tetigeris, ne guſta- s, ne contrectaris, quæ ipſo pereunt abuſu, inquit: alioq; item s ſub elementis mundi in ſeruitutem adactos nos minimè ſe vult. Quæ ego omnia ita eſſe concedo, nullamq; confiteor in s, & potionibus ad inquinandum eſſe, & ad commaculandū iam vim. Sed neque item in temporibus, quatenus ipſa per tempora ſpectentur. Verum ſi agitur in illis memoria aliqua tarum rerū, ſi & pro illis, quæ nobis lęta, & ſalutaria diuinitus

tribu-

tributa ſunt, in agendis Deo gratijs dies nonnullos ponimus, quod feſtorum, & ſolennium dierum proprium eſt, & recordatione rerum triſtium, quæ obuenerunt, aliquam ſpeciem præ nobis mœroris ferimus, quam maximè ciborum quorundam indicat abſtinentia, quis hunc optimum, & ſanctiſſimum morem in Chriſtiano populo indictum, indicem gratæ aduerſus DEVM voluntatis, coarguere iure poſsit? niſi ſit is, qui redarguerit, ab omni ipſe hominis ſenſu, & humanitate remotiſsimus? Nulla vnquam gens fuit, neq; tam corrupta, & profligata moribus, neque natura tam immanis, ac barbara, quæ non aliquas dierum quorundam religiones haberet, quos dies partim atros cuſtodiret, partim celebraret lætos. Sed ſit hic humanus mos, non tamen à bona ratione abhorrens, neque ijs non concedendus, qui ſua laboris, & quietis tempora cum honore Dei immortalis diſpertiunt. Nos vt longius rem aliquanto repetamus, dicimus totam iſtam rationem feſtorum, ſolenniumque dierum idcirco inuentam fuiſſe primò, in conſuetudinemque adductam, vt mortalis fragilitas, quæ continenter ferre corporis laborem, & contentionem animi non poteſt, feſtos huiuſcemodi dies haberet, tanquam interualla, & ſpiramenta occupationum, atque curarum, quod neceſsitati primò datum, & hominem deinde ſapientum prouidentia ad honorem deorum contulit. In quo orbis terræ communis prope fuit error, vt in opinione olim deorum homines fallerentur, quos commentitios, & falſos pro veris accipiebant. Eum porro errorem verus Deus genti ab ſe delectæ Iudæorum cum eripuiſſet, feſtosq; agi ab illis dies in honorem ſui præcepiſſet, remiſsionem illam animorum à terrenis curis humanæ infirmitati attribuit, honorem & celebritatem lætitiæ ſibi, quod in noſtros mores, ritusque relatum, quis iure queat reprehendere, aut condemnare? at cur ieiunamus pridianis feſtorum diebus? quia decet, rectumque eſt, quem diem tribuere debeamus laudibus, & commemorationibus beneficiorum ſummi Dei, quæ ab eo in nos beneficia, vel in ipſomet, vel in ſanctis eius collata ſunt, ad eam nos diem imprimis caſtos, ſobriosque accedere, vt experrectiore & vigilantiore animo cogitemus, quantum ipſe de nobis meritus ſit, quarum illi agendarum, & ferendarum gratiarum ſimus debitores. Sexti vero quique, & ſeptimi in hebdomadibus dies idcirco à cibis lautioribus, eſuque carnium dirempti ſunt, quò ſpeciem habeant mœrentium, atque lugubrium, quòd illorum dierum altero in crucem ſublatus ſeruator noſter eſt, altero iacuit ſepultus, quanquam & in vtroq; altera præterea ſpectata ratio eſt, quoniam enim ſextum illum diem tanquam Veneris ſacrum in ludis, & epulis, nequitijsque omnibus gentes conſumebant, Sabbatum autem Iudæi præcipuè in honore, & in obſer-

ſeruantia gerebant, ſapienter, & pie maiores noſtri eoſdem
dies, quos illi hilares, lætoſque ducerent, nobis tanquam
habendos conſtituerunt, ne quos a ritibus illis, & ſuperſti-
tionibus auocare cuperent, eos viderentur, ſi eſſent in dierum
imitati, non tam auocare, quàm in ſuis priſtinis erroribus
firmare. Verum & in ſabbato eadem illa concurrit, quæ in
festas celebritates antecedentibus ratio. Eſt enim hic dies
dominico pridianus, qui imprimis ſtatus apud nos, celeber-
est. Quadraginta autem dierum ieiunium Dei omnipoten-
honori ita datum eſt, vt quaſi decumas in eo annui temporis
pendere inſtituamus. Verum id potuit diebus ſex, & triginta
: quatuor portò reliqui adiecti ſunt, ad imitationem qua-
genarij ieiunij, quod Dominus IESVS CHRISTVS in ſo-
litudine continens, & perpetuum ſeruaſſe legitur, quod etiam
in monte Syna à Moyſe tanquam ſimulacrum rerum futu-
rum vſurpatum eſt. Demptis enim dominicis diebus dies inte-
quadraginta in ieiunio iſto numeramus, additi trini præ-
in ſingulorum trium menſium ſpatia dies, veluti indices
alternorum temporum, quæ aut accedens ſol, aut recedens
ipſo voluendo diſtinguit, & variat, quaſi fas rectumque ſit
à Dei immortalis honore, & nomine temporum cun-
initia. Verum vt à reddendis dierum rationibus abeamus,
ſunt omnes à maioribus noſtris cum inuentæ ſapienter, tum
ſanctè conſtitutæ. Si opponatur nobis in differentijs
conſiſtere ciborum, & temporum, atque eo pacto Iudaicam ſu-
perſtitionem referre, negabimus planè vtrunque, atque id profi-
temur, habere nos, & ducere in obſeruationibus noſtris non
, neque ciborum, ſed ſobrietatis noſtræ, ac temperantiæ,
erga ſummum Deum honoris rationem. Nam diſcrimina illa
ciborū ad abſtinentiam minimè pertinebant: hanc dico ſan-
, & ſpiritualem. Quid enim aut ſolidis animantium vngulis,
etiam multifidis, auibus quoque rapacibus, & piſcibus ſqua-
non contectis, cum ſpiritu, cum ſanctitate, cum abſtinentia
negocij eſt? quæ ſi Iudæis vetita ſunt, vt in moribus illi erudiren-
, humanam redolent philoſophiam, non diuinam. Sin quo-
ſunt inſalubria, iccirco illis fuerunt interdicta, quis eſt, qui
intelligat Moyſem Ægyptiorum artibus imbutum extitiſſe?
Quod ſi id quod verius eſt, ſimulacra quædam, illæ res fuerunt,
veluti argumenta futuræ veritatis, inducta iam veritate ſimu-
lacris amplius non indigemus. Iudæi ergo in cibis, & in tempo-
ribus inhærebant. Nos ad Deum, & ad ſpiritum omnia referi-
mus, neque in hoc genere abſtinendi, aut obſeruandi aliud quid
ſequimur, niſi & vt noſtrorum laborum interualla conſecremus
commemorationi diuinorum beneficiorum, & nos ipſi ad reco-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lenda illa eadem Dei beneficia vigilantiores, ac paratiores per abſtinentiam reddamur. At enim vis (inquiunt) non debuit afferri, ſed cunctos ſuo ipſorum arbitrio oportuit permitti, quando fides CHRISTI libertatem omnibus dat, neque valet quenquam veteris legis vinculo, aut eiuſmodi neceſſitate aliqua aſtrictum eſſe. Quibus ego reſpondeo, vt ſe ita habeat res, quemadmodum exponunt ipſi, vtrum tamen fuit æquius, & Chriſtianæ manſuetudini conuenientius his de rebus modeſte expoſtulare, & conqueri, cauſamque ad caput, & ad principes Eccleſiæ deferre, an ipſosmet per temeritatem, & arrogãtiam nouum ſuſcipere conſilium, ſeque à communi more fidelium abſcindere? Nam quòd dicunt non ſe concedere, vt Eccleſiæ caput Romanus pontifex ſit, omnes ſemper concesſerunt, quicunque ante in Chriſtiano nomine fuere, exceptis paucis quibuſdam, qui eo ipſo nomine apud maiores noſtros condemnati ſunt. At illi ſtolidi, excordesque fuerunt, omnesque errore opinionis ſunt lapſi. Vos ergo ſoli in omnibus ſeculis, in omnibus hominibus, veſtra prædicatione eſtis ſapientes. Quid ergo ait Salomon? Vidiſtin' hominem, qui ſibi ipſe ſapiens videtur? ſpes eſt de ſtulto, quam de eo longè maior. Certe hanc vobis ſapientiam, quam aſſumitis ipſi, nemo facile concedit. Quid potius ſentiant de vobis cæteræ nationes, ego non dicam, varia eſt enim, & multiplex vituperatio, tametſi ſub hæreticorum nomen, atque appellationem omnia crimina ſubire, & ſuccedere videantur, vosque penitus amentiſſimi eſtis, ſi hoc non intelligitis. Sed vt veniam ad libertatem fidei, quæ à vobis propoſita eſt, fateor CHRISTI fidem eſſe libertatis magiſtram, nullisque eiuſmodi legibus, nec ſeruitutibus eam nos aſtringere, quæ ad corporum cultum, curamúe pertineant, ſed tamen vt Apoſtolus Petrus inquit, non debet illa libertas mantellum malitiæ eſſe. Quicunque enim ſpiritu intentus in Deum eſt, huic omnia corporea, & terrea minimi momenti ſunt, neque ille diem operoſum à feſto, nec eſcas ab eſcis, potionésue diſcernit, quippe qui aliis curis, aliis ſtudiis, contemplationibusque ducatur, ſemperque in ſobrietate ſit, & in Deo corde, cogitationeque inhæreat. Atque illud quoque adiicio, ſi tales Chriſti fideles, quales quidem eſſe debuerunt, extitiſſent, non hanc futuram fuiſſe neceſſariam legum condendarum ſolicitudinem, & curam, per quã in officio homines, & in ſobrietate continerentur, fuiſſet enim ſibi tum vnuſquiſque lex, neque in ſe ſolum, ſed in cæteris quoque exemplo, & doctrina moderandis habuiſſet authoritatem. Sed ſi perquam ſanè pauci iſti ſunt, qui ſpiritum ſequantur, qui Chriſti fidem, quemadmodum quidem oportet, teneant, ſi maxima longe multitudo ad carnem, corpusq; delabitur, & ab his, quæ fidei ſunt, non ſolum vſu, ſed etiam intelligentia eſt remota, quid tandem

dem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...em decuit fieri? Quæro enim abs te Luthere, qui primus haſce leges, & obſeruantias damnare auſus es, Cum peccarent homines, cum laberentur, cum ad libidines, & ad facinora procliues eſſent, cum epulis, vino, luxuriæ ſe dederent, cum verbis tantum, & voce CHRISTVM confiterentur, cætera gentium ſimiles exiſterent, quid fieri fuit neceſſe? Sinere eos, & ſuo arbitratu ferri, ſua libidini permittere? qui ergo non male, & perperam leges imperatoribus latæ ſunt, quæ delinquentibus pœnas, & ſummum ſæpe ſupplicium proponunt? quas te authore antiquari oportet, & imperatorum conſilium condemnari. Aſtringunt enim homines ſeruitute leges iſtæ, quos CHRISTVS liberos eſſe omneis voluit. Quam igitur vitæ ſpem, aut quem ordinem rerum, aut publicarum, aut etiam priuatarum hominibus relinquis? Quòd ſi in his, quæ ad ſocietatem pertinent ciuilem, cœtusque hominum, quas ciuitates vocamus, in officiis mutuis, & in concordia continent, neceſſario fuit prouidendum, legesque ponendæ, quæ delicta hominum pœnis comprimerent, ne facinoroſis, & audacibus Reſpub. prædæ aut ludibrio eſſet, fideique CHRISTI in eo, quo minus ita fieret, non eſt ſpectata, neque animaduerſa libertas, tibíne minus iuſta, aut minus idonea videbatur ratio homines ad abſtinentiam, & ſobrietatem legibus adigendi, quo nomen omnipotentis Dei, & ratio vera fidei noſtræ, quæ in ſpiritus libertate, non quæ in carnis licentia poſita eſt, etiam ab inuitis quoquo pacto coleretur? Equidem video monumentis eſſe traditum, primo illo inductu fidei noſtræ, cum increbreſceret quotidie CHRISTI nomen, hominesque ardore quodam amoris ad Deum ſe adiungerent, nullas huiuſcemodi leges, neque conditiones rerum neceſſario ſeruandarum impoſitas hominibus fuiſſe, cum ipſum ſtudium fidei, atque Dei ſat valida per ſe lex eſſet omnes à corporeis ſtudiis ad ſpiritualia reuocandi. Itaque & quadrageſimam legimus nulla indicta lege, quæ communiter tenerent omnes, tantum ſuo cuique arbitratu, & ſua ſponte obſeruatam tunc fuiſſe. Qua de re in antiquis hiſtoriis eſt ſcriptum, quòd in ipſis quadrageſimæ ieiuniis aliæ apud alios obſeruationes vigebant. Romani treis ante paſcha hebdomadas continuato ieiunio obſeruabant: Illyrium, & Græcia, necnon Alexandria, totaque Ægyptus hebdomadas ſex, quod ieiunii tempus vocabant quadrageſimam. Alii vero ſeptem ante paſcha hebdomadibus ieiunium inchoantes, primis tribus confectis duas intermittebant, deinde in duas reliquas hebdomadas reſumebant ieiunium, quos dictum numerum non tenentes, quadrageſimam tamen id tempus appellare parum congruum etiam temporibus illis videbatur. Ciborum quoque mos, & abſtinentia non omnibus par. Nam alii omnino ab animatis abſtinebant, alii ex animantibus

piſces ſolos recipiebant, addebant alij & volucres, tanquam aë-
reum id genus à Moyſe, non terreſtre fuiſſet iudicatum, quidam
ne oleribus quidem vtebantur, ſed arido tantum veſcebantur pa-
ne. Nonnulli panem quoque ipſum reijciebant, olera tantum
adhibebant. Alij ad nonam vſque horam ieiunantes, quocun-
que cibo poſt indifferenter reficiebantur. Ita variæ apud diuerſos
vigebant conſuetudines. Et quoniã huius rei (eſt enim hoc quo-
que in hiſtoria aſcriptum) nullum vetus præceptum inueni-
tur, credibile fuit Apoſtolos hoc vniuſcuiuſque arbitrio liberum
reliquiſſe, vt timore nemo nec neceſſitate, ſed voluntate, & li-
ro corde ſibi id præſcriberet, quod ſalutare, & bonum iudi-
caſſet. Videmus igitur hoc vetuſtatis teſtimonio, quod circa
Conſtantini tempora, aut paulo infra literis mandatum eſt, quo-
ad vis fidei in cordibus hominum fortiter verſata ſit, nullum tunc
præceptum abſtinendi, aut ieiunandi hominibus datum, neque
vim impoſitam legibus latis fuiſſe. Non enim tum erat cauſa præ-
cipiendi, cum ęqualiter omnes voluntariam moderationem, abs-
tinentiamq́ue præſtarent. Quòd ſi præcipere tunc opus non fuit,
in communi illo more, & hominum bonorum, & temporum,
concede poſtea neceſſarium fuiſſe, quàm homines ſenſim illo ti-
more Dei, & cœleſtium rerum cura ſoluti indulgere flagitiis, &
in omne genus intemperantiæ dedere ſe cœperunt. Quibus ſi ali-
qua ratione obuiam non fuiſſet itum, nónne ignoratio Dei, &
gentilitas penè ipſa in Chriſtianum nomen reuertiſſet? Sanctum
igitur, & ſalutare fuit Eccleſiæ inſtitutum talibus immoderatio-
nem legibus, & licentiam coërcendi, quibus etiam qui nollent,
ad curam aliquam tamen & ad cogitationem colendi Dei adige-
rentur. Quòd ſi altior quoque horum ieiuniorum ratio redden-
da eſt, & cum CHRISTI, fideique myſterio coniunctior, ſic in-
telligendum eſt, acceſſum, atque aditum ad regnum Dei, & ad
honorem beatæ immortalitatis in eo maximè conſtare, ſi qui il-
lò ingredi conantur, omne imprimis onus, & carnalem ſarcinam
mundanarum curarum, voluptatumq́ue deponant, & diuitias
terræ impedimentis ad Deum ſe conferant expediti, atque ala-
cres. Quòd ſi gula, & palatum, & ciborum omnium ſuauitatum
voluptas corporea maximè eſt nec ſolum ipſa per ſe vituperanda,
ſed quæ pluribus præterea indecoris, & inhoneſtis voluptatibus
præbeat ortum, vt plurimarum turpitudinum ſit mater, tum paren-
tem eadem in amore mundi præcipuè nos contineat, ſpiritua-
liumq́ue virtutum & operationum ſit inimica, neceſſe futuro-
rum ad Deum, & ad ſpiritum nos inuitantibus huic errori homi-
num, & corporeæ labi, culpæq́ue obſiſtere. Itaq; & CHRISTIA-
ipſe ſuo primus exemplo à baptiſmo Ioannis, tanquam ab ipſis
foribus, aditúque fidei, in cognationem Dei, & regni ſpem im-
missus,

miſſus, vt cæteris iter oſtenderet, quà tranſituri eſſent, qui idem
regnum appeterent eueſtigio in deſertum, & ad ieiunium trans-
latus eſt. Et populus Hebræorum, cum Ægyptum tanquam mun-
dum, & regnum carnis relinqueret, atque in promiſſam terram,
quæ figura, & ſimulacro cœleſtem patriam referebat, iter eſſet
facturus, ante eò quàm perueniret, atque in illis ſperatis, atque
optatis ſedibus collocaretur, per annos quadraginta in deſer-
to, & retentus, & inſtructus, & omnibus patientiæ operibus exa-
minatus eſt. Moyſes quoque neque congredi cum Deo, neq; ta-
bulas accipere diuinæ legis potuit, niſi quadraginta dierum præ-
eunte ieiunio, quem eundem numerum dierũ Helias ieiunauit,
vt ad montem Dei poſſet ſe conferre. Ac deniq; ſi & documenta
vetuſtatis, & ſcripturæ ſacræ teſtimonia diligentius inſpiciantur,
facilè apparebit intuentibus, atque intelligetur hanc eſſe ieiunij,
& abſtinentiæ vim, vt ea homines maximè, & in ſpiritualibus vir-
tutibus confirmet, & ad regnũ cœleſte obtinendum faciat aptos.
Quod etiam in illo genere malorum dæmonum difficiliore ad
expellendum oſtendit nobis CHRISTVS, cum illud tantum
eijci poſſe dixit in oratione, & ieiunio. Cur autem quadragena-
rius iſte numerus potiſſimum ſpectatus ſit, qui à quaternario du-
citur, qui & ipſe eſt in quaternis temporibus anni ieiunio conſe-
cratus, vt neſciam, aut, vt illud dicam, quod à plerìſque dicitur,
hunc numerum imprimis corporeum eſſe, vel ex quaterno ele-
mentorum numero, vel quòd quaternarius primus plures acci-
pit ſectiones in paria membra diuiſas, quæ natura corporum pro-
pria videtur eſſe, verum vt magis iſtud neſciam, neq; enim omnia
ſcire nobis eſt fas, illud quidem ſcio, quod video hunc ſemper fe-
rè numerum in triſtitia, & mœroribus à ſcriptura adhiberi. Ita-
que & in ieiunio CHRISTI, & Heliæ, & Moyſis is numerus po-
nitur, & in commemoratione populi in deſerto, & quadraginta,
in terris diebus poſt exurrectionem CHRISTVS, & totidem Ni-
niuitis ad pœnitendum præſcripti dies, & XL. annis deſertam
fore Ægyptum Ezechiel teſtatus eſt. Idemq; tot dierum ſomnum
in dextrum latus pro tribu Iuda obdormijt. Pluuiæ quoque di-
luuij diebus XL. in terram ſe effudere, vt cum tot exemplis, &
monumentis antiquarum rerum videamus hunc præcipuè nu-
merum comprimenda corporis, carniſque luxuria diuino conſi-
lio imprimis conſecratum quaſi fuiſſe, iure is in ieiunium qua-
dragelimale relatus, & ſumma cum ratione indictus eſſe videa-
tur. In quo ſanè pudor, & moderatio veterum Romanorum Pon-
tificum iure laudanda eſt, qui non domeſticum quadrageſimæ ie-
iunium, quod ipſi obſeruabant, ne nimium ſibi tribuere, & ad
ſuam authoritatem omnia retrahere viderentur, ſed illud Ægy-
ptiacum, & Alexandrinum Chriſtiano populo indixere, ſeque ea

lege primum, tum cæteros deinde omnes voluere eſſe conſtrictos, quæ lex voluntarium antea morem illum ieiunandi, & abſtinendi fluentem iam deſidia, & ad luxuriam, intemperantiamque collabentem neceſſaria quadam obſeruatione vinciret. Nam quòd ſancti quoque & ſpirituales viri his legibus comprehenſi ſunt, non fuit hoc quidem conſilium legis hos taleis comprehendere, neque enim hi præcepti, aut admonitionis indigebant. Sed cum lex in vniuerſum poſita ſit, nec fieri commode queat ſua diſtinctio, æquius multo fuit paucos ſubiici legi, quam vniuerſos ſine lege viuere. Quid autem, num hi legibus tenebuntur, quibus ſuperuacanea eſt præceptio legis? tenebuntur enimuero. Enim præclarum eſt bono exemplo continere in officio cæteros neq; minus neceſſaria probis, & rectis exercitatio virtutis, quam lubricis, & inconſtantibus vitij interdictio. Atque ego iſtos recte ſi noui, qui ſpiritum, non carnem diligenter excolunt, nequaquam vereor, quin ſe libenter hi ſub præceptum ſubiectari, & imperium legis non grauate accepturi ſint. Non enim illi elatione animi, & arrogantia, ſed humilitate, & ſobrietate ſunt ſapientes. Quod ſi qui ſunt, qui aut valetudine infirma ſint, aut à priſtinis moribus ægre dimoueantur, aut etiam qui ſibi indulgeri aliquantum plus velint, cauſasque dicant quaſlibet, non ſolum graues & neceſſarias, verum etiam leuiores, vt itinerum, vt ſtudiorum, vt laborum. Denique qui quoquo modo remitti ſibi hanc neceſſitatem poſtulent, quid eſt ad indulgendum his, morem gerendum Eccleſia Romana, & hac apoſtolica benignitate propenſius? quæ non modo hanc veniam poſcentes, nunquam non audit, ſed ſæpe etiam vltro nil poſtulantibus offert. Cuius authoritatem infringere, & clementiam aſpernari hominum eſt, non libertatis ius, nec veritatem fidei tutantium, ſed totos ſe ſuperbiæ, maleuolentiæque permittentium. Verum de his quoniam ſatis dictum eſt, ad Apoſtoli verba, ſi placet, redeamus. REDEAMVS, inquit, Langeus, quando ſedato iam incipio eſſe animo, ſcrupulosque mihi eos diſputatio tua extraxit, qui me ante & crebrò, & valde ſtimulabant. Facile enim nunc intelligo optimo iſta conſilio, & à catholica Eccleſia indicta, & à populis fidelibus ſuſcepta, obſeruataque fuiſſe, nempe quæ viris temperatis, & ſponte ſua ſpiritum excolentibus, ingrata eſſe non poſſunt. Intemperantes vero, & carneos ad aliquam habendam modeſtiæ, & ſobrietatis rationem compellunt, vt compreſſis per abſtinentiam effuſis illis animorum motibus caſtus in hominibus mos & probus inſinuetur. Denique quod caput eſt, homines à terrenis, & carneis voluptatibus ad illa diuina, & ſpiritualia gaudia per hæc abſtinendi præcepta video reuocari. Quamobrem iſtos plane non probo, qui tam proiecte, & petulanter aduerſus principes, autho-

re-

que Eccleſiæ & contra abſtinentiæ decreta non verbis irruunt
ſolò, verum etiam factis, cum præſertim, vt dicis, nemini cupi-
en his ſe legibus exolui ſuam eccleſiaſtica manſuetudo beni-
gnitatem intercludat. Et ſanè ita eſt, vt non ſint leges conſilio, &
ſapientia latæ, temere, atque ad arbitrium cuiuſlibet infrigendæ,
atque ipſæ minime, quæ diuturno vſu vetuſtatis comprobatæ
ſunt; ſed earum moderatio, ſi quid forte incidat nouæ rationis,
temporum inclinatio ſic poſtulet, vt mutandum aliquid in eis,
corrigendum eſſe videatur, ab illis ipſis petenda, qui earum
condendarum habuerint poteſtatem. A quibus equidem id po-
ſtulatem, vt ſaluis præceptionibus cæteris cibum tamen ieiu-
nis ſemel tantum in die ſuſcipi non foret neceſſe, cum, vt tu-
reſpondiſti, id temperatis hominibus ſit detrimento, intem-
perantibus vero nullam vtilitatem afferat, neque enim pro-
pterea hi fiunt continentiores. Quadrageſimæ autem tem-
pora, quæ dominicis quoque diebus in eandem abſtinentiam
iniectis ad dierum ſex & quadraginta numerum excreuere, ſic
tatem moderanda, vt maneret quidem ieiunium vetus Roma-
num illud, quod tribus hebdomadibus ante paſcha religioſiſſi-
me ſeruabatur, idque ita præcepto, & lege ſanciretur, vt graue
eſſet crimen, & ſpiritualis mulcta illud violantibus, reliquos au-
tem quinque, & viginti dies non tam metus criminis, quàm
menti apud Deum ſpes faceret religioſos: quos vt qui poſſent,
libentius retinerent dierum illorum abſtinentiam ſpiritualibus
donis indulgentiarum prouocari, & populis commendari puta-
rem conuenire, hoc quidem etiam magis, quòd in hac vulgo ho-
minum inſolentia, & temeritate, hisque contaminatis moribus
cum contrà leges & loqui, & facere iam populare eſſe videatur,
quæ ad continendos in virtute, & religione homines ſanctiſſi-
mo conſilio reperta ſunt, ea non tam nunc continere, quàm
ad delinquendum grauius illicium, & cauſam ſubiicere viden-
tur. DEI ISTOC videbitur, inquam, alio tempore, ſic accidet,
vt iſta res veniat in diſceptationem. Nunc quidem illud con-
ſtare nobis eſt neceſſe, ſi volumus eſſe hi, qui debemus, hoc eſt,
ſi in Chriſtiana humilitate, & modeſtia conſtituimus viue-
re, leges maiorum noſtrorum à nobis diligenter eſſe retinen-
das, quas præſertim optima ab illis mente, & ſalutari conſilio la-
tas conſtet fuiſſe. Etenim poſt fidei, & charitatis erga Deum, &
erga proximum præcepta, quid magis nobis præſcriptum,
indictumque eſt, & in euangeliis, & in Paulo, quàm repreſſio
carnis, vſusque ieiunii, & oratio ad Deum continens? Qui enim
corpus ſuum in ſeruitutem redigebat, ne, cum aliis prædicaſ-
ſet, ipſe incontinens reperiretur, nónne leges abſtinentiæ, ieiunii-
que prædicabat? quanquam illas tunc voluntarias, quas poſtea in

 legem

legem ſcriptam, neceſſitatemq́ue relatas, ſi temporum nunc ra-
tio ex parte aliqua peruellit, ac duriores, quam antea facit vide-
ri, non id eſt vitio legis, ſed noſtro attribuendum, qui ſi in ea cura
intenti manſiſſemus, vt ſpiritu viueremus, non corpore, hoc eſt,
vt cum Deo, non cum mundo rationes noſtras duceremus, ne
animaduertendi quidem, & diſtinguendi ſpatium haberemus,
quo quiſque ex genere cibus, aut quota diei hora ſumendus eſſet.
Sed tantum cum flagitaret corporis neceſſitas, ad ea, quæ prima
nobis oblata eſſent, edenda prouocati, vt primum naturæ & ani-
mi ſatisfeciſſemus, ad beatas ſtatim cœleſtium rerum contem-
plationes conuerteremur. Atqui hoc fortioris eſt, & conſtantioris fidei pro-
prium, nullum facere diſcrimen in eſcis, & potionibus, omnia
iſta paria, atq; vniuſmodi ducere. Quòd ſi cibos, qui diſtinguunt,
vt lautioribus abſtineant, veluti infirmiores habendi ſunt, quan-
tò magis, qui eos diſcernunt, vt exquiſitiſſimis vtantur, hi ſunt re-
prehendendi? Quanquam Paulo hic quidem non de intempe-
rantibus & luxurioſis eſt oratio, ſed de his, qui partim in cibis &
temporibus diſcrimen nullum faciebant ea fiducia, quòd nihil
fidei firmæ pernicioſum in illis, neque aduerſarium virtuti eſſe
arbitrabantur, partim, qui carnis motum ſentientes ad ipſam re-
tundendam, & debilitandam carnem temporum, & ciborum ob-
ſeruantias adhibebant, quos tanquam diffidenteis, & imbecilles
ſuſcipi à fortioribus, & foueri, ac ſuſtentari indicat debere. Hoc
enim eſt, quod ait, Aſſumite ne fiat ſectio, id eſt, ne diſſimilitudo
opinionum, ac morum diſſidium aliquod gignat ac pariat, ag-
gregate vobis illos, & ſi illi ſe erigere, atque attollere ad parem
vobiſcum fiduciam non poſſunt, inclinamini ad illos, vosque de-
mittite, vt coëat in vnum fraterna veſtra conſenſio. Eis vero re-
prehenſionibus, ac diſceptationibus, quæ inimicæ pacis ſunt,
exaſperantq́ue animos, non placant, penitus ſuperſedete. Non
enim litigando, neque arguendo, ſed pariter agendo, cumq; illis
vnà abſtinendo multo eos facilius in veſtrum ſenſum, iudiciumq;
pertrahetis. Et qui ergo fidit poſſe abſque periculo omnibus veſ-
ci, diffidentem is ne ſpernat. Et qui diffidit, ne iudicet fidentem,
hoc eſt, illam in cibis communiter admittendis animi liberta-
tem, ac fiduciam male ne interpretetur. Qui enim confidit, à
Deo aſſumptus eſt, hoc eſt per fidem, & profeſſionem Chriſtia-
nam homo iam Dei factus, ad eumq́ue aggregatus, qui videtur in
eo hærere etiã conſtantius, quando illius amore tectus, atq; mu-
nitus, carnis lapſus, & pericula haud ita pertimeſcit, cum quo-
dem Deo iam mancipati, & traditi ſerui ad te neutiquã pertinet
iudicatio. Siue enim ſteterit ille ſeu cadet, Dominum ſuum habet
iudicem, cui & ſtat, & cadit, & à quo ſi ceciderit, etiam reſtitue-
tur. Iudicare porrò diem, ad diem, inter dies & tempora diſcer-
nere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re eſt, iudicare omnem diem, eſt dies omneis pares, & eorum nullum eximium habere, quod reſpondet illi, quod ſequitur, Qui n conſiderat diem, Domino non conſiderat. Siue enim abſtinatur, ſiue non, ſiue tempora diſcernantur, ſiue paria ducantur, m vtrumque in Dei honorem fiat, & in vtroque Deo gratia habeatur, in neutro eſt quicquam, quod iure poſſit reprehendi. Nam quod interponit Paulus, Vnuſquiſque in his animo ſuo ſatisfaciat, minimè certè interpoſuiſſet, ſi de obſeruantiis, & ritibus Moſaicæ legis, ac non de priuatis legibus abſtinendi, quas ſibi quiſque fert, fuiſſet dicendum. Illæ enim ſemper Chriſtiano homini interdictæ ſunt, propterque earum obſeruantiam grauiter à Paulo Petrus fuit increpitus. Nec verò ex eo ſunt genere, quod ad comprimendam carnis petulantiam valeat, ſed quod ad ſuperſtitionem animis afferendam. Qui enim adhibet illas, ut in epiſtola ad Galatas eſt ſcriptum, is à CHRISTI gratia, & ſcandalo crucis deſeritur, neque ſimul poteſt idem & operum, & fidei iuſtitiam exhibere, confidereque ſibi ipſi, & in DEO ſpem ſuæ ſalutis ponere.

*Nemo enim noſtrum ſibiipſi viuit, & nemo ſibiipſi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. Ad hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & ſurrexit, ac reuixit, vt & mortuorum, & viuentium ſit Dominus. Tu verò quid iudicas fratrem tuum? Et tu quid aſpernaris fratrem tuum? Omnes enim ſiſtemur ad tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim, viuo ego dicit Dominus: Mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem dabit Deo. Ne ampliùs igitur inter nos iudicemus. Sed hoc iudicate potiùs, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.*

DETERRET ſemper Paulus à iudicando proximo, & ab eo iudicio, quod fit in deteriorem partem. Nam bene ſentire de altero, commodeque opinari, atque in melius interpretando accipere omnia, non ſolùm Chriſtianæ eſt charitatis, ſed communis etiam humanitatis officium, cuiuſmodi quidem iudicia de proximo facere rectè poſſumus. Capere autem ea, quæ fiunt, quæque dicuntur, in non bonam partem, & iudicium illis notæ peruerſæ exiſtimationis adiungere, animi eſt non alienam prauitatem coarguentis, ſed ſuam potiùs indicantis. Quid ita enim ſi ad te nihil eiuſmodi quicquam pertineat, de alieno facto fers ſententiam, in qua ferenda non dolore, & miſericordia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

commoueris, quaſi alterius damnum ægrè patiare. Nam id quidem forſitan tolerabile ſit, aut aſcribendum etiam charitati. Sed tuam maleuolentiam cura illa oblectas, perinde ac tibi accedat, quicquid bonæ de altero opinionis detrahitur. Hoc genus iudicandi de altero, maleque ſentiendi cum de principio huius epiſtolæ grauiter confutauit Paulus, tum nullo loco, cùm incidit, omittit, quin inſectetur. Nec Paulus tamen magis, quam ipſemet CHRISTVS. Illam enim ſynceritatem Chriſtiani animi, ſanctamque ſimplicitatem, quæ pura ſemper, & integra nititur conſcientia, iſte curioſitatis & maleuolentiæ liuor tanquam fuligine quadam ſic infuſcat, vt non ampliùs queat Deus in illa, tanquam in domicilio mundo reſidere. Ad noſtrum igitur neminem ſpectat iudicium tale facere de eo, qui ſeruus CHRISTI ſit effectus. Eſt enim is non noſtra, ſed aliena poſſeſſio, habetque à quo iudicetur, & cuius vel lucro ſtet, vel detrimento concidat. Quanquam nequit Deus quidem vllum in ſe ex iactura noſtra detrimentum accipere, ſed ad amplificationem tamen gloriæ illius pertinet, plurimos eſſe, qui ei cum fide, & cum honore deſeruiãt, quorum ſalus, & vita lucrum eſt gloriæ Dei, damnumque è contrario eorum mors, atque interitus. Eſt enim propria hæc ſeruorum, quatenus ſerui ſunt, conditio, vt nemo eorum ſibi ipſi viuat, aut moriatur, ſed vtrumque agat Domino ſuo. Nec verò quiſquam vlla pecunia emptus tam ſui Domini ſeruus ſuit, quàm nos ſumus ſerui Ieſu CHRISTI. Empti enim ſumus precio magno, vt Apoſtolus inquit, & vitam, quam viuimus, totam debemus Deo. Etenim ipſe CHRISTVS ob hoc ipſum & mortuus eſt, & ſurrexit, ac reuixit, quo fieret Dominus mortuorum, ac viuentium. Mortuorum porrò hoc loco intelligendum eſt, eorum, qui in hac vita ſtantes, ac ſpirantes, Deo tamen ſummo nõ ſpirabant, neque viuebant, quorum ipſe CHRISTVS mortuorum ſuſcitator ſecum vnà factus eſt. Nam & mortuus ipſe eſt, vt illi cum eo ſimul commorerentur, & reuixit, vt iidem illi in nouam & incorruptam vitam reſtituerentur. Quod verò ad iudicandum hominum conſilia, atque facta vel proba, vel ſecus pertinet, nemo ſibi aſſumat hanc curam, ſolicitudinemque iudicandi. Non deerit enim iudicium, cùm ſiſtendi ſimus omnes in nouiſſimo die ante tribunal CHRISTI, neque fideles tantùm qui fuimus, & erimus, verùm omnes prorſus. Sic enim Dominus per Eſaiã, Viuo ego, inquit, quæ eſt iuriſiurandi formula vulgata apud Hebræos, vt cùm aiebant, Viuit Dominus, quoniam ſic fert, quod erat idem, ac ſi iuraret ille, & diceret, per DEVM viuentem. Ita, viuo ego vſurpatur, cùm per ſemetipſum iurat Deus. Sed quid ait Dominus in Eſaia? Viuo ego, quòd mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Reddet quoque

vnuſ-

uſquiſque tunc noſtrum ſuorum factorum rationem, quam-
rum nequaquam inter nos nunc quidem iudicemus. Illud po-
is agendum, & iudicandum eſt à quoque noſtrûm, ne creet
us offendiculum fratri ſuo, néue eum in duram ſuſpicionem
ducat. Habere videmini, in quo vos alter alterum coarguatis.
Hic quidem illum, vt imbecillum, & diffidentem ſpernit. Ille
hunc, quòd nimis eum fidere, longiuſque progredi ſuſpicatur.
Oportet veſtrum vnuſquiſque anſam, qua occaſionem alteri dat
male ſentiendi, tu qui confidis, de iſta tua fiducia aliquid remit-
te, non in opinione quidem, & fide, ſed in opere, ne quòd cun-
ctis ſic paſſim & liberè vteris, id tam videare facere, quia ipſe fir-
mus es, quàm vt proximi tui infirmitas contemnatur. Tu autem
contrario, qui alterius fiduciam condemnas, plus ſtatue in fide
ius roboris, & virtutis eſſe ad conſiſtendum, quam in cibis ad
defectandum, vt & tu quoque addiſcas melius tibi in Domino,
in ſpiritualibus operibus fidere. Sic enim agendo, & remitten-
do vterque ordo aliquid in accommodationem alterius, ſtabit,
cohærebit domus Dei, ac ædificatio, quæ fidelium eſt ſocietas,
ſuo mutuæ charitatis ſpiritu iuncta, & coagmentata. Et cùm
ad omnes quidem pertinet ſic facere, tum multò magis ad robu-
ſtos, hi ſunt enim, qui ſe inclinare debent, ac ſummittere, vt
debiles ſubleuent, & ſecum deinde attollant, quando illi ſua vi
attollere ſe non poſſunt.

*Scio, & confiſus ſum in Domino Ieſu, quòd nihil commune eſt
per ſe: niſi reputanti aliquid commune eſſe, illi eſt commune. Si
autem propter edulium frater tuus contriſtatur, non iam ſecun-
dum charitatem ambulas, ne eſu tuo illum interimas, pro quo*
CHRISTVS *mortuus eſt. Ne accuſetur igitur veſtrum bo-
num. Non enim eſt regnum* DEI *eſca, & potus, ſed iuſtitia, &
pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Qui enim in his ſeruit*
CHRISTO, *gratus Deo eſt, & probatus hominibus. Proinde
ea, quæ pacis ſunt, ſectemur, & quæ ſunt ædificationis mutuæ.
Ne propter eſcam diſſoluas opus Dei.*

Hæc eſt remotio ſcrupuli cuiuſdam, & ſuſpicionis, quam vi-
debatur ingenerare Paulus in animis eorum, quos ad ſummit-
tendum ſe debiliorum fratrum opinioni hortabatur, cùm mone-
ret, & obſecraret, vt deſiſterent potiùs ab illo libero vſu omnium
ciborum, quam fratrem imbecilliorem offenſum illa libertate,
in culpam, & crimen malè opinandi conjicerent. Nam & ſi illos
quoq; infirmiores eſt hortatus, vt ne facerent iudicium de alieno
ſeruo, quandoquidem omnes ſerui CHRISTI eſſent, néue
alie-

alienum ab ſe, & ad Deum pertinens ſibi vſurparent iudicandi officium, tamen cum robuſtioribus hoc agit diligentius, quòd eos intelligit dociles magis exiſtere. Nam illi quidem imbecilli imprudentia labebantur, vſum eſculentorum, non vt erat, ſed ex animi, & ingenij ſui imbecillitate metientes. Vult autem hos fortiores inducere ad ſeſe demittendum, quando hoc eis facilius eſt, quàm illis infirmioribus niti ad ſe erigendum. Remouet ergo à verbis ſuis, & à monitionibus ſuſpicionem, ne forte videatur illos ab vſu promiſcuo ciborum deterrere, ei quòd aliqua genera eſculentorum immunda, & ſordida ſint, quod erat in prima illa Eccleſia paulò antè ab Iudaiſmo egredienti vehementer ſuſpicioſum. Non enim ſe inquit ea de cauſa facere, aut nec ſe arbitrari quicquam eſſe inquinatum, ſed vt ſeruetur ea ædificatio quæ eſt fratrum pax inter ſe, & concordia Spiritu ſancto conflata atque conſpirans. Scio equidem, inquit, & fidem habeo in CHRISTO Ieſu, qui has ciborum differentias exæquauit, quòd nihil eſt commune ex ſe, id eſt, ſua vi, ſua natura commune. Eſt autem commune vſitato ſcripturæ vocabulo idem, quod immundum, quòd gentes communia omnia, Iudæi ſua ſelecta genera eſcarum, eduliorumque habebant, quorum obſeruatio non erat cum gentibus communis. Ita in Actis Petrus, demiſſo è cœlo linteo, in quo cuncta animantium genera continebantur, iuſſus mactare vulgo, & veſci. Minimè, inquit, Domine. Non enim quicquam commune, aut immundum ingreditur in os meum. Cui vox eſt reddita. Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Nihil igitur per ſe commune eſt. Vidit enim Deus omnia, quæ fecerat, & erant valde bona. Sed fit commune opinione ſua cuique, ſi quis videlicet, quod commune, & immundum eſſe arbitratur, eo nihilominùs veſcatur. Hic enim ſibi comparat inquinamentum, non ab eſca quidem, ſed ab opinione ſua. Facit enim id, quod minimè exiſtimat eſſe faciendum, eſtque ipſemet ſuæ conſcientiæ aduerſarius. Ne ergo Paulus qui illos dehortatur ab illis ſumendis cibis, qui debilioribus fratribus injiciunt ſcrupulum, facere id videatur ipſa ciborum ratione, tanquam communium, ac inquinantium, negat ſe vnquam exiſtimare commune eorum, quæ in eſcam accipiuntur, nec reuera eſſe commune, niſi ei, qui reputet aliquid eſſe commune. Sed & ſi omnia rectè edulia ſumi poſſunt, non eſt tamen cibi, & epularum cauſa frater in triſtitiam, & ſuſpicionem coniiciendus, qui in eo, quod ſpernitur, doleat neceſſe eſt, in quo verò alterum intuetur, ſine delectu cibis omnibus veſcentem, ſuſpicatur aliquid grauius, illamque libertatem edendi non ad fidem, ſed ad intemperantiam putat pertinere. Eſt ergo hæc illi cauſa ſuſpicandi auferenda. Alioquin non ſecundum charitatem ambulas

bulas

. Porrò hoc vult charitas, vt frater tibi tuus, quàm cibus
ior ſit, quem ſi in animi hæſitationem eſu tuo inducis, abſti-
potiùs ab edendo, néue eum perime, pro quo Chriſtus mor-
eſt, hoc eſt, ne illi tribuito peccandi occaſionem, qui à pec-
vt extergeretur, Chriſtus pro eo mortuus eſt. Et ſimul hîc
monet, quantum fratris cauſa nos velle debeamus, cui ipſe er-
Chriſtus vitæ, & ſanguinis ſui putauerit ſe debitorem. Ac
um quidem eſt nullum adhibere delectum ad cibos, ſed hoc
um ex altera parte noxium eſſe non debet, vt obſit fratri. Plus
mali eſt charitate violanda, quàm boni in eo, ſi illud cibo-
diſcrimen ſuſtuleris. Neque enim regnum Dei eſca, aut po-
eſt, inquit, quæ magna per ſe non ſunt neque habent vim in
tate, & religione admodum animaduertendam, ſed regnum
iuſtitia, paxq; eſt, & gaudium ſpirituale. Id enim eſt in Spi-
ſancto ne hoc gaudium, quod regnum Dei eſt, vllo pacto ad
pus, & ad carnem referatur. Nam qui in his, inquit, ſeruit
Chriſto, ille & Deo acceptus eſt, & hominibus probatus. Qua-
propter cedant minora maioribus, ſi occaſio ferat, vt ſimul ſtare
poſſint. bonum eſt ciborum tollere differentias, nec habere
num occupatum in diſcernendo, bonum nimirum, habemus
potiora in quibus melius, & ſanctius curam animi pona-
. Sed ſi frater tuus ex tua iſta libertate offenditur, melius
eſt proſpicere, & conſulere fratri ac charitatem retinere
nam. Namque diſtinctio illa ciborum, atque adeò etiam
quatio parum admodum pertinet ad regnum Dei. Pax au-
, & charitas ipſum eſt Dei regnum. Abſtine ergo & tu, ne tua
diſtinctio, ciborumque coæquatio ſanctum hoc charitatis vin-
um interrumpat, ne pacem violet, néue illam humanitatem,
quam debemus fratri, quæ quidem germana, & propria iuſtitiæ
ac bonitatis ſummi Dei imitatio, inficiat, ac turbet. Ex quo
ſpirituale gaudium illud corrumpatur, quod non ex cibo naſci-
, ſed ex concordia inter fratres, & ex charitate, quod quidem
gaudium ex Spiritu ſancto regnum etiam Dei à CHRISTO eſt
appellatum, cùm dixit, Regnum Dei intra vos eſt in hoc gaudio,
hac bonitate, & pace, qui Chriſto ſeruiunt, illi & Deo proba-
ſunt, & hominibus. Quapropter quæ pacis ſunt, præcipuè ſe-
ctemur, retineamusque ædificationem mutuam, qua inuicem
nos adiuuamus, vt alter alteri viciſſim demus cauſam lætandi de
nobis, beneque ſuſpicandi, quam ædificationem concordiæ, &
conſenſionis exemplis mutuis iuſtitiæ, humanitatisque conſtru-
ctam, proprium Dei opus, minimè debet quiſquam eſcarum
cauſa diſſoluere.

*Omnia quidem pura, ſed malum homini eſt, qui per offen-
ſionem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſionem veſcitur. Bonum eſt non eſſe carnes, neq; bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut perturbatur, aut imbecillus ſit. Tu fiduciam habes per teipſum. Habe in conſpectu Dei. Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo, quod probat. Qui autem ambigit, ſi comedat, condemnatus eſt, quia non ex fide. Omne autem, quod non ex fide, peccatum eſt.*

QVÆ PER ſe munda ſunt, inquit, qualia quidem ſunt omnia facta, & creata à ſummo Deo, fiunt immunda tamen ſi gignant, & excitent in fratris animo ſcrupulum, & offenſionem. Nam quod ex ſe bonum alioquin eſt, illo modo fit malum, ſi in eo frater perturbatur. Itaque idem ipſe ad Corinthios ſcribens, inquit, Si eſca perturbat fratrem meum, non edam vllo tempore carnes, ne perturbem fratrem. Quare etiam è contrario, quod per ſe eſt malum abominari, & euitare eſculentorum genera quædam videlicet propter ipſa, tanquam ea ſuapte natura, & inſita labe immunda ſint, efficitur bonum, ſi propter eam cauſam vitentur, vt inde oriatur ædificatio fratris. Ac quòd de illis legis inquinamentis, quæ ſunt certis generibus eduliorum attributa, nequaquam loquatur Paulus, ſatis ex eo perſpicuum eſt, quod etiam vino differit bonum abſtinere, a quo frater abſtinet imbecillus, ratus ex eo luxuriæ fomentum ſubijci. Quare mens Pauli tota eſt, vt oſtendat, & doceat in rebus quidem ipſis, quantum ad diſcrimen, aut æqualitatem ciborum attinet, bonum, malumq; accidere, ſi aut per ſuperſtitionem diſcernantur, aut recta, & libera animi fiducia exæquentur, ſed hoc bonum, malúmue, quod in æquando, aut diſcernendo eſt, non tanti tamen momenti ipſum eſſe, vt cum maiore bono, malóue collatum non immutet naturam ſuam, atq; in naturam illius maioris tranſeat, vt ſuperſtitio diſcernendi & deligendi, etiam ſi non bona ſit, quæ inanis, & cura inutili occupata, ſi tamen fratris contineat ædificationem, veluti bona adſciſcenda ſit, contraq; exæquatio bona ex ſeſe, ſi lędatur ex ea, & turbetur animus fratris pro mala habenda ſit, & rejicienda. Siquidem paci, & charitati, commodisq; priùs proximi, quàm eſcæ, & vino conſulere obligati ſumus. Ex quo fit, vt quod non bonum ex ſeſe eſt, abſtinere videlicet vino, atque carnibus, efficiatur bonum, ſi in eo fratris ſaluti, & tranquillitati animi conſulatur. Et ſi enim tu, qui tua ipſius conſcientia non abſtines, rectè confidis, & perſuaſus es, nihil in carnium, viniq; vſu vitij, labisq; ineſſe, iſtam tamen tui animi fiduciam tecum habe, & aduerſus Deum. Actionem verò eius rei vllam ſiſte pere, qua tuus frater offenditur, abſiſte, & define. Ac beatus quidem ille eſt, qui expertus in ſemetipſo, & viſu iam edoctus nul-

hu

...m ſibi genus cibi officere, neque ad luxuriam; neque ad diſtra-
...onem animi à ſummo Deo, neque ad fratris damnum, aut of-
...ſionem in eo, quod probat, eſſeque rectum exiſtimat, ſine
...ſcientiæ ſcrupulo vllo verſatur. Qui verò conſcius ſibi ipſe
..., ſi eſculentis quibuſuis liberè veſcatur, aliquod ſibi vnum ho-
...m incommodorum euenturum eſſe, ſi comedit is nihilomi-
..., & veſcitur, incidit in crimen, atque ea re incidit, quòd non
...ide comedit, hoc eſt, non ex fiducia interiore, non ex libera
...ſcientia, quæ cùm reclamet, admoneatque periculum eſſe
... abſtineatur, in non abſtinendo commiſſum iam peccatum
..., quicquid enim contra iudicium conſcientiæ committitur,
... criminis, & vitij parte id numeratur, peccatumque iudicatur.
... ergo iudicat quis non ſe poſſe abſq; proximi offenſione car-
...bus, & vino vti, & tamen vtitur, quod non per ſe malum eſt,
... efficitur malum, quia ſuæ conſcientiæ iudicio ille condemna-
... Etenim illa intima cordis approbatio, atque conſenſio in
...mbus ſpectanda eſt, quæ ſi non reclamet ſolùm, ac diſſen-
..., verum hæreat modò, & titubet, quòd non de illius ſenten-
..., & ſuaſione factum ſit, vim nanciſcitur criminis, vt non ne-
...quam antiquo prouerbio vſurpatum ſit, non eſſe facien-
..., quod dubites. Sanctè quoque & rectè Iob, Nunquam me
... vita cor meum adhuc reprehendit, inquit, tanquam omnis
...gnitio, animaduerſioque peccati ab illo inteſtino mentis,
...ſcientiæque oculo ſit ducenda, qui cùm ſolus finem intuea-
..., quò tenditur, ſolus habet etiam veri, falſique, nec non recti,
...ique iudicium.

*Debemus autem nos fortes imbecillitati impotentium ſub-
...are, & non placere nobis ipſis. Quilibet enim noſtrum proxi-
...o placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non
...ipſi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt, Opprobria opprobrantiũ
...bi inciderunt in me. Quæcunque enim antea ſcripta ſunt, in
...ſtram doctrinam ſunt ſcripta, vt per patientiam, & conſola-
...onem ſcripturarum ſpem habeamus.*

HÆC EST charitas vera, atque plena, vt ſummittamus nos
ad vtilitatem fratris, quo illum paulatim parem nobis in virtute,
& fidei firmitate faciamus, Tu potis es vino abſtinere, habes
...tem fratrem, qui te vult quidem, ſed nequit imitari, ideoq; in
...riculum vitæ ſe demittit, aut ſtomacho languente a pietatis
...liquis operibus abducitur. Declina, & ſubueni fratri tuo, vinoq;
... vtere, vt illum ab illa opinione dimoueas. Aut è contrario
... vinũ non obeſt, obeſt autẽ fratri tuo, atq; ille putans luxuriã
... in vino, quod & Paulus alibi admonuit, ſuadens ne inebrie-

mur

mur vino, quòd in eo eſt luxuria, ipſe abſtinet ſibi cauens, te verò, qui non abſtineas, miratur, & tacita ſua ſuſpicione de te malè iudicat, demitte te ad fratris opinionem, vt ne cauſam illi prauè ſuſpicandi afferas. Denique piorum eſt, & prudentum, & cum ratione bona, conſilioque charitatem ſectantium, non ſua tantùm niti ſententia nec ſuo ipſorum ſolùm iudicio viuere, ſed accommodare ſeſe, atque inflectere ad aliorum quoque ſententiam, & iudicium, ſiquidem illa inflexio, ad bonum illorũ, quorum voluntati te dedas, & ad illos in fide & charitate, omnibusque Chriſtianæ virtutis operibus conſtruendos intenta, apta eſt. Atque ex hoc illi meliores, & fortiores futuri ſunt, poſteaque tecum vnà ad ſublimiorem gradũ virtutis aſcenſuri, vt cùm eos, quaſi manu traxeris in locum ſtabilem, atque tutum, ipſe quidem nihil de firmitate tua conſtantiaque perdideris, proximo autem tuo pacatioris animi, & conſcientiæ ſedatioris fueris author. Faciendum igitur nobis ſemper eſt, vt vitæ noſtræ actiones, & conſilia ad vtilitatem, ac ſalutem proximi dirigamus: nec tam ſtudeamus nobis ipſis, quàm fratribus ſatisfacere. Atque vt omnia Paulus ſua conſilia inde maximè comprobet, vnde omnis veritas, & ſapientiæ lumen omne eſt exortum, Chriſtum exemplo inducit, quem hoc modo operatum nos imitari cuncti debeamus. Ille enim cùm haberet, quare ſibi meritò, maximeque placeret, quòd Dei filius cùm eſſet, pari cum patre gloria, potentiaque fruebatur, demiſit tamen ſeſe, & tradidit in conditionem longè inferiorem, factusque homo eſt, vt eos, qui humanæ erant conditionis, poſſet ad ſuam gloriam, regnumque perducere, deſcenditque ex alto, vt nos deinde attolleret in altum. Et ſanè vſitatum admodum Paulo eſt, cùm ſuadere aliquid, aut diſſuadere vult, exemplum ducere a Chriſto. Ad miſericordiam vbi nos hortatur, Agnoſcite, inquit, gratiam Domini, qui diues cùm eſſet, pauper propter nos eſt effectus. Et rurſus, cùm ad mutuam charitatem hortatur, ſicut Chriſtus nos dilexit ait, Tolerantiam quoque contumeliarum, & inſectationum, cruce, & ignominia Domini noſtri ſæpe confirmat. Hoc quidem in loco teſtimonium Pſalmi adducit, in quo Dauid cecinit ex perſona Chriſti, Opprobria opprobrantium tibi ceciderunt in me. Quibus in verbis duplex Chriſti humilitas cernitur. Et quod cùm eſſet Deus, cui nulla ex hominibus digna poteſt reddi gloria, factus eſt is, qui probris eſſet, deſpicationibusque ſubiectus, hocque hominum cauſa. Et quod patris quoque ſui omnipotentis ſeruicem ſubiit, cùm ſubmittit ſeſe Iudæorum inſolentiæ, & prauitati, qua illi patrem Deum & in ſolitudine a principio, vt primùm egreſſi ex Aegypto, & poſtea terra iam parta, atque poſſeſſa diuinis ſæpe mandatis obtrectantes, falſoſque ſibi Deos in contume-

liam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

m veri Dei adſciſcentes, omnibus modis exaſperare conati eant. Namque omnia illa gentis præpoſteræ conuitia, & exprobramenta, quibus aduerſus Deum vſi ſæpe fuerant, in Christum ſunt collata. Scripta porrò hæc, quorum vetus, & conſtans priùs ſeculis authoritas, in Chriſto Ieſu poſtea & in eius vita, ma, factiſque declarata eſt: propter hanc cauſam iam diu pta ſunt, vt nos illis edocti, & confirmati in patientia & ſpe m noſtram traducamus. Nam idcirco Prophetæ prædixerũt, poſtea euentus rerum, illorum prędictiones cùm probaſſet, conſtans, & perpetuum conſilium Dei duobus pręclaris teſtimoniis cognoſceremus, quorum alterum futura nobis indicet, alterum iam facta, quæ prænunciabantur, oſtenderet, q; ex vtroq; ſolatium ingens in hiſce mundi agitationibus peri, & pateremur fortiter aduerſa, & ſperaremus felicia. Feli- verò eiuſmodi, in quibus non dolor, non mortis timor, non eteri caſus rerum humanarum partem aut locum vllum habe- ſed quæ futura eſſent ſumma, & immortalia, qualia apud v- m Deum in altera illa vita tantùm conſequi licitum eſt. Et ſa- t alio loco dictum eſt, ſpes & patientia ita ſe inuicem ful- nt, vt altera alteram & augeat, & ſuſtineat. Quantò enim du- ra & difficiliora propter Deum patimur, hoc meliore in ſpe mus, & quo ſperamus alacrius, hoc ſumus in perferendis rebus erſis magis fortes.

*Deus autem patientiæ, & conſolationis det vobis idem ſapere n vobis mutuò ſecundum Chriſtum Ieſum, vt vnanimiter in vno ore glorificetis Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. ter ſuſcipite inuicem vos, ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in gloriam Dei. Dico autem Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis pro veritate Dei, ad confirmandum promiſsiones patrum. Gentes autem vt pro miſericordia glorificarent Deum, ſicut ſcriptum eſt, Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo pſallam. Et rurſus dicit, Lætamini gentes cum populo eius. Et rurſus, Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et item Eſaias inquit, Erit radix Ieſſe & erectus ad imperandum gentibus, in eo gentes ſperabunt.*

SCRIPTA ſunt omnia, inquit, ad doctrinam noſtram, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Verum hanc patientiam, & conſolationem plenam habere, vt poſſimus, tribuat nobis Deus, vt ſimus inter nos concordes, eademque ſentiamus, quod idem ſæpe ad Corinthios ſcribens illos admonet, Idipſum dicatis omnes, inquiens. Et alio loco, Idem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſentire, pacem habere. Quem tamen vnanimis concordiæ conſenſum ſecundum CHRISTVM Ieſum eſſe vult. Eſt enim conſenſio earundem voluntatum etiam mundanæ inter homines amicitiæ præceptum primarium. Sed nos diuina quærimus, & ad vnum Deum omnipotentem omnia referimus. In cuius honorem, & venerationem, & gloriam conſentire proprium eſt cœleſtis, perfectæq; amicitiæ. Conſentire autem per Ieſum Chriſtum in Chriſto Ieſu, inq; ea fide, quæ à Chriſto nobis præcepta eſt. Et eſt ad eum finem dictum, vt & Iudæi, & gentes in eo vna conſentiant, quando inter ſe alioquin ſint diſſidentes. Nam ſiue legem attendas, illa vni ſoli Iudæorum nationi, non cæteris gentibus lata eſt, ſiue Dei cultum, in eo gentes longè aberrauerant. Quòd ſi dicatur ad legem licitum fuiſſe accedere etiam gentibus, Proſelytosque ex eo numero fuiſſe, qui ſe ex alienis tribubus & gentibus legi Moſaicæ ſeruandæ addixiſſent, idcircóne id illi faciebant, vt eſſet populo Iſraëlitico illa ſuperbia, quam in conſtruendo templo ſolos ſe liberos, ſeruilia autem opera per huiuſmodi proſelytos fieri debere omnia commemorabant. Non eſt idoneum profectò vinculum communis concordiæ ſuperbia, cui quidem ſuperbiæ lex cauſam præbebat. Vera eſt, & ſola conditionum exæquatio Chriſtus Ieſus, apud quem non eſt diues, nec pauper: Dominus, vel ſeruus, homo, aut fœmina, ſed omnes in honore pari, & gratia ſunt locati. Fidei enim myſterium humilitatis tota eſt, atq; vbi de humanis agitur neceſſitatibus, maior pro alio, quàm pro ſeipſo ſolicitudo, ſi æternæ ſalutis ratio ducatur, par certè de aliis, ac de ſemetipſo cura ac diligentia. Quo in genere duntaxat, vitæq; inſtituto fides erga Deum, & charitas perfecta ineſt. Eſt enim ipſa charitas alteri velle, ac ſtudere illud idem, quod ſibi, neque ſua quenq; cauſa ſeorſum laborare, ſed curare vt eodem æquè labore fratri conſulatur, quod aliter fieri, quam in Chriſto non poteſt. Qui verò inuicem ſe ſic fouent, & amplectuntur, quiq; inter ſe hoc pacto diligunt, vt in Deo omnes vnà idemque ſentiant, hi Dei miniſtri veri ſunt, & vnanimes cuncti vnoque ore glorificant Deum. Ab vno enim ſpiritu, vnaque, & eadem omnes voluntate ad prædicandam Deo gloriam, gratiamque adducuntur. Atque, vt dico, hoc in ſolo Chriſto Ieſu fas eſt fieri. Non enim iniuria Chriſtus ad patrem opem à eo diſcipulis ſuis, & præſidium deprecans, In hoc cognoſcent omnes, inquit, quòd tu me miſiſti, ſi fuerint vnum. Ac nemo quidem poteſt, niſi à Deo miſſus, vel potiùs ipſe Deus, hanc eandem ſpirantem in cordibus hominum mutuam inter ipſos voluntatem creare, in vnumque ſic conflare, vt nemo alius alii in eo omnino antecellere velit, ſed omnes ſtudeant eſſe pares, vel etiam qui præſtantiores virtute, prudentiaque ſunt, inferiorem ſibi locum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m,& conditionem appetant. Namq; in humanis ſocietatibus, …conuenticulis, cùm illud imprimis quæratur, vt aut vnius pre… potentia ſit, aut certè ciuitas, genusque hominum certum …eris gentibus, nationibusq; dominetur, in quo vnius aut pau…rum emineat poteſtas, cæteri ducantur ſerui, Chriſtus vnus …omnibus eſſe ipſe par, & reliquos inter ſe æquales voluit eſſe. …hoc ergo iugo coniuncti in vnum cum gentibus Iudæi, omiſ…proprus vitæ prioris inſignibus in communem habitum, & …tatis, & fidei ad Dei omnipotentis gloriam cum cæteris …ueniant, & in angulari lapide Chriſto coagmententur. Quod …modo optimè facturi ſunt, ſi quemadmodum Chriſtus ſum…ſit, inflexitq; ſe ad eorũ gradum, & conditionẽ, quos erat ſer…turus, ſic nos inter nos ad eorũ captum deflexerimus, qui for…ſſe nobis fuerint infirmiores, vt cum illis primò nos conſtitua…us pares, quo deinde illos nobiſcũ ad altiora opera virtutis, & …dei ſubleuemus. In quo eſt animorũ conſenſus, & cõciliatio, quã maximè Deus a nobis poſtulat, & quæ per Ieſum Chriſtum nobis eſt demonſtrata, & tradita. Etenim ille, vt compleat veritatẽ Dei, Iudęos ad ſe adducit, gentes autem in eundem cœtum vocat, vt eiuſdem Dei miſericordiá demonſtret: Nam cum Iudæis in Ab…ram fuiſſet promiſſum ex eorũ ſemine venturum, in quo gentes omnes benedicerentur, iccirco ſub circumciſione CHRISTVS naſci voluit, vt ſeruaretur veritas factarũ poſteritati Abraæ à Deo promiſſionũ. Vt verò gentes ad cognitionem veritatis eiuſdem, & ad præmium cœleſtis regni vocarentur, nõ promiſſio ampliùs extitit, ſed Dei miſericordia. Non enim ad illas, ſed de illis facta fuerat olim ſemini Abraæ promiſſio, ſic vnanimi corde prorſus omnes Deum glorificaturi ſunt. Iudæi, quòd veritatem illius in ſeruando, quæ promiſit. Populi gentium, quòd eiuſdem erga ſe miſericordiam ſunt laudaturi. Atque hæc tamen gentium vocatio non minùs ipſa ferè Prophetarum vaticiniis denunciata, eorumque vocibus tantò antè prædicta, quàm expectatio Iudæorum promiſſionis Dei extitit. Nam & Dauid in perſona CHRISTI Deum patrem alloquens, Conſtituens me in caput gentiũ, inquit. Et paulò infra, Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & pſallam nomini tuo. Et alibi ſcriptura: Lætamini gentes cum populo eius. In quo conſenſio gentium cum Iudæis in laude, & lætitia vnius Dei nunciata eſt. Itemq; Dauid, Laudate Deum omnes gentes, & vt cum Iudæis concors ſit laudatio, addit, Et collaudate eum omnes populi. Rurſus Eſaias, Erit radix Ieſſe, & qui exurget vt imperet gentibus, in eo gentes ſperabunt. quod apertiſſimè de CHRISTO fuiſſe dictũ, rerum exitus comprobat. Nec eſt tergiuerſandi, aut calumniandi cuiquã locus. Vt ergo hic cõcentus concordis hymni & ab vno ore, animoq; cunctorum con-

ſpirans, conſentiensq́; procedat Dei laudatio, quoniam & huius charitatis inter nos iucundiſſimæq́; concordiæ, & omnium bonorum noſtrorum vnus author nobis Deus eſt, ad eum ipſum orandum, ac precandum Deum conuertitur Paulus.

*Deus autem ſpei impleat vos omni lætitia, & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, in potentia Spiritus ſancti.*

DEVS ſpei, inquit, in quo ſpes noſtras figimus, qui finis eſt noſter, & extremum bonorum omnium, vel vnicum ipſe bonum potiùs, quo aſpiramus atque contendimus, quiq́; nobis etiam author miſſione CHRISTI Ieſu filij ſui, vt in eo vno locaremus ſpes noſtras, impleat vos omni lætitia, & pace, hoc eſt, quod dixit ſuprà, Deus conſolationis. Et verè lætitiam, pacemq́; in hac vita, niſi ſpei huius in Deum munere habere non poſſumus. Nam nec læti eſſe illo ſancto, ſpiritualiq́; gaudio ſine ſpe poſſumus futurorum bonorum, neque habere ſtabilem pacem, ſi non à mundi huius bonis ſpem noſtram dimoueamus, & in cœlum totam transferamus. Quapropter iſta in Deo ſpes omnis nobis eſt lætitiæ, paciſq́; firmamentum. Porrò autem ſpes abſq; fide haberi nequit. Deus ergo ſpei impleat vos omni lætitia, & pace in credendo, vt tantò magis abundet in vobis ſpes, quò firmiore fide fuerit nixa. Quorum vtrumque in vobis ſit à Spiritu ſancto. Eſt enim hæc quaſi functio propria Spiritus ſancti inſinuandi in nos fidem, ſpem, amorem. In quo quidem amore præcipuè eſt latitia, atque his tribus tota Chriſtianæ religionis eruditio continetur. Pater enim filium miſit, vt doceremur ab eo, eumq; ipſe voce è cœlo edita, vt audiremus, hortatus eſt. Filius acceſſit ad nos, verboque, & exemplo nos erudiit. Vim autē doctrinæ, & monitionis Spiritus ſanctus ad cor noſtrum, & ad intimos animi ſenſus influendo accommodat, icciroque eſt dictum, Qui peccauerint in Spiritum ſanctum, hoc eſt, qui eum excluſerint, qui intimos animi ſenſus ei non patefecerint, veniam illos non reperturos. Et reuera parum prodeſt crucis, & mortis Domini noſtri IESV Chriſti audiſſe myſterium, eiusque fidem, & nomen profeſſum fuiſſe, ſi intro ad animum non allabatur vis & potentia Spiritus ſancti, quæ molliat corda noſtra, illaque Deo prompta, parataq́; exhibeat, vt ea cum præceptis Dei fingi, iuſtitiæq́; imitatione formari, tū diuino amore incendi facilè poſſint.

*Perſuaſus ſum porrò, fratres mei, & ipſe ego de vobis, quod & ipſi pleni eſtis bonitatis, referti omni cognitione, valentes & alios præcipere. Audacius autem ſcripſi vobis fratres in aliqua parte, vt commonefaciens vos propter gratiam datam mihi à Deo, vt ſim miniſter IESV Chriſti erga gentes, ſacrum gerens*

nans

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*[mi]niſterium Euangelij Dei, vt ſit oblatio gentium bene accepta-[bi]lis, ſanctificata in Spiritu ſancto.*

Prvdens Paulus & humilis, cùm & doctoris officium, & [pr]æceptoris curam, diligentiamq́ue præſtitiſſet, partimq́ue do-[cu]iſſet fidei Christi myſteria, nimirum ex diuinis hauſta il-[lis] conſiliis, partim etiam quæ ad mores pertinent, & ad commu-[ne]m pacem, concordiamq́ue ſunt idonea, admonuiſſet, feciſſet-[q]ue vtrumq; ob eam rem, quòd egebant illi vtroque, declinans [hu]nc offenſionem, excuſat audaciam ſuam, quaſi non ignorans [eo]ſdem & doctos illos quoq; & probos eximiè eſſe, ſed vt im-[pl]eret munus à Deo ſibi commiſſum, iccirco pro parte ſua illos [co]mmonefeciſſet. Porrò ſuum eſſe munus datum ſibi à Deo per [gr]atiã, non ob meritum, vt foret ipſe miniſter Iesv Chriſti, erga [ge]ntes, delectus qui illud Dei Euangelium, quod à Chriſto Ie-[s]v è cœlo deportatum, & hominibus communicatum fuiſſet, [di]ſſeminaret vbique & ſpargeret, veluti ſacerdos ſacram cura-[tio]nem gerens, & diuinam rem inter homines tractans, vt quæ [e]x gentibus Deo futura eſſet oblatio, illa eidem Deo grata, opta-[bi]liſque exiſteret, tanquam ſanctificata, non in ſanguine neque [i]n aſperſione cineris, aut aquæ, ſed in Spiritu ſancto, quæ quidem [pro]pria eſt, & peculiaris in fide Christi mundatio. Atque vt [c]onſilium Dei de ſe oſtendat, tanquam diploma officij, & mu-[n]eris ſui breuiter narrare ingreditur, quàm latè Christi Eu-[an]gelium prædicauerit.

*Habeo igitur gloriationem in Chriſto Ieſu in his, quæ ad Deum pertinent. Non enim audebo loqui quicquam eorum, quæ [n]on operatus ſit Chriſtus per me ad credulitatem gentium, ſer-mone & opere in potentia ſignorum, & miraculorum, in poten-tia Spiritus Dei, vt ab Hieruſalem, & circum illam regionibus, vſque ad Illyrium referſerim Euangelium Chriſti, ſic conten-dens euangelizare, non vbi nominatus erat Chriſtus, ne in alie-num fundamentum ponerem ædificium, Sed quemadmodum ſcriptum eſt, Quibus non nunciatum fuit, de eo videbunt, Et qui non audiuerunt, intelligent. Ideoque interruptus fui ſæpe, quò minùs venirem ad vos. Nunc autem non ampliùs locum ha-bens in regionibus his, deſideriũ verò habens veniendi ad vos à multis iam annis, cùm iter faciam in Hiſpaniã, accedam ad vos. Spero enim præteriens videre vos, & quod proſequimini me eũ-tem illuc, cùm vobis priùs aliqua ex parte fuero ſaturatus. Nunc autem proficiſcor in Hieruſalem, miniſtrans ſanctis. Placuit e-*

*nim Macedoniæ, & Achaia communionem quandam facere in pauperes ſanctos, qui ſunt in Hieruſalem. Placuit ipſis, Et ſanè illis debitores ſunt, Etenim ſi ſpiritualibus illorum communicatæ ſunt gentes, debent hæ & in carnalibus ſuppeditare eis. Hoc igitur vbi perfecero, & conſignauero illis fructum hunc, diſcedam per vos in Hiſpaniam. Scio autem, quòd veniens ad vos, in complemento benedictionis Euangelij Chriſti veniam.*

HÆC DE ſuis factis prædicatio, quoniam videtur præ ſe ferre quandam gloriam, idcirco Paulus quicquid gloriæ eſt, ad Deum totum conuertit, nihil ſibi, neq; virtuti ſuę, ſed omnia Deo, Chriſtoq; tribuens, a quibus ipſe miniſter adhibitus fuerit, Gloria, inquit, mea in CHRISTO Ieſu eſt, & de eis rebus duntaxat, quæ pertinent ad Deum. Nihil enim meum proloquor, ſed quæ per me operatus eſt CHRISTVS, ex quibus fides, & credulitas gentium, ſermone, & opere, meo quidem vt miniſtrantis, ſed Dei vt operantis, in poteſtate ſignorum, & miraculorum, & in virtute Spiritus ſancti excitata eſt. Et ſanè iſta opera eiuſmodi ſunt, vt humana ſibi virtus illa nō queat adſciſcere. Diuina enim planè ſunt, & potentiam indicant immenſam, omniaq; valentem, quæ ſunt per Paulum à Deo ad hominum ſalutem gentibus adminiſtrata, & tradita. Quibus ego Deo fretus, inquit, ab Hieruſalē ambiens regiones vſq; ad Illyrium inferſi paſſim Euangelium Chriſti, nō ſibi contendens prædicare, vbi iam nominatus fuiſſet Chriſtus, ne ſuper alienum ædificarem fundamentum, ſed apud eos populos, & nationes, de quibus ſcripſit Eſaias, Quibus non nunciatum fuit de ipſo, hi videbunt. Et qui nō audiuerunt, intelligent. Quod ab illo Propheta prædictum eſt futurum, quoniam inter gentes per Chriſtum celebrandus eſſet Deus, ideoque, inquit Paulus, hoc euangelizandi negotio ſæpiùs recordatus ſum, quò minus cùm cuperem proficiſci poſſem ad vos. Et reſpondet huius epiſtolæ concluſio proœmij etiam ſententiæ, quatenus & excuſationē quandam affert libertatis ſuæ in docendo, monendoque, & deſiderium eos viſendi præ ſe fert. Sed nunc, inquit, cùm nō amplius locum habeam in his regionibus, cùm quod per me fuit faciendum, effectum ſit, iamq; hoc negotio ſim vacuus, obſequar deſiderio annorum iam multorum meo, vt veniam ad vos, cum iter in Hiſpaniam faciam. Quid eſt autem, Locum non habeo? Num omnes ad fidem iam conuerſi in tantis terrarum ſpatiis, & ſalutaribus documentis plenè erant inſtructi? Nequaquā omnes, ſed quos per Paulum Deus voluit conuerti, hi conuerſi iam, & eruditi in fidei doctrina fuerant: Sic & Dominus Paulo Corinthi multum ſibi eſſe in illa ciuitate populum dixit. Sed quòd in Hiſpa-

..nam profecturus, & quaſi corollarium itineris ſui diuerſio-
..n ad vrbem Romam facturus eos ſe inuiſurum pollicetur,
..ne illis futurum erat hoc moleſtum tanquam exigui amoris
..gnum eſſet? Erat fortaſſe, verum id veretur Paulus, ne grauius
..mant, ſi ad eos ipſe tanquam magiſter, & cenſor videatur ac-
..ere. Huic ergo ſuſpicioni, quæ eſt acrior, medetur, quòd eum
..quam hoſpitem pergentem in alias terras, non vt aſſiduū do-
..em eſſent accepturi. Et tamen illa amoris verba affert, ſe tunc
..ſum iter in Hiſpaniam egreſſurum ipſis etiam proſequenti-
.., cum eorum vſu, & familiaritate, quando omnino non pote-
.. in quo eſt ſignificatio vehemens cùm amoris ſui, & deſiderij,
..n illorum virtutis, atq; humanitatis, aliqua tamen ex parte
..nt ipſe ſaturatus. Nunc autem, inquit, proficiſcor Hieruſa-
..n ſubſidium pauperibus ſanctis, qui ſunt illic, à Macedonibus,
.. Achæis, deferens, quod ſubſidium communionem vocat ipſe,
..ue vt communiter munus ſanctis collatum, ſiue vt denotetur
..erna quædam permutatio inter vtroſq; facta, cùm iſti ſuppedi-
..nt carnalia, & ſuppeditati ſint ſpiritualibus, quod & ipſe paulò
.. quaſi interpretatur, iuſtum, & debitum eſſe demonſtrans, vt
.. ab iſtis fiat, quando ipſi adiuti in ſpiritualibus viciſſim debent
.. carnalibus ſuppetias ſanctis ferre. Hanc communionem cùm
..oc tulero, & conſignauero ſanctis, inquit, tum decedam per
.. in Hiſpaniam, quod deinde & fecit, ad vrbem vti accederet,
.. tam accederet tamen, quàm traheretur: Vinctus enim Hie-
..lem, & ad Cęſarem, ad quem prouocauerat reiectus, Romam
.. cuſtodia perductus eſt, in qua per biennium ex Actis Lucæ
..anſit, neq; de eius pòſt in Hiſpaniam profectione, ſed dę mor-
.., & martyrio in eadem vrbe plurimorū literis, & vetuſtatis me-
..oria eſt traditū. Scio enim, inquit, cùm acceſſero ad vos, quod
..n complemento benedictionis Euangelij CHRISTI accedam,
..oc eſt: Si quid deerit, ſi quid erit faciendum, aut intelligendum
..amplius, noſter congreſſus, & aliquot dierum conſuetudo, ac
..communicatio ſermonis, & conſiliorum explebit id, ac perficiet,
..el fortaſſe melius, quòd eos offendet ita cumulatos benedictio-
..e ea, quæ per Euangelium CHRISTI hominibus allata eſt:
..uæ quidem eſt in fide poſita, & in virtutibus illis, quæ veram fi-
..dem ſequuntur, vt non ſit operæpretium futurū diutiùs apud eos
..commorari, quæ quaſi quędam ſit facti ſui defenſio, & ratio con-
..ſilij initi, quòd eos in tranſitu, & non data opera ſit inuiſurus.

*Obſecro autem vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per dilectionem ſpiritus, vt collaboretis mecum in deprecationibus pro me, ad Deum, quo liberer à non credenti-..bus in Iudæa, & vt miniſtratio hæc mea in Hieruſalem grata ſit*

*ſanctis, vt in gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, & requieſcam vobiſcũ. Deus autem pacis cum omnibus vobis, Amen.*

RVRSVS eleuat ſeueritatem ſuperiorum monitionum, ac præceptorum, tanquam nõ ea ſcripſerit indigentibus, ſed vt officij ſui munus impleret. Itaq; & modò excuſauit audaciã, & nunc optimã ſuam de illis indicat opinionem, quando eorum ad Deũ orationibus ſe iuuari cupit. Per dilectionem autem ſpiritus ait, quia cùm ex vultu & facie Paulum nondum noſſent, ſpiritu eum amabant, non ſenſu, quaſi dicat, per amorem illum quo me incognitum, & non viſum, mentibus tamen veſtris amatis. Petit autem ſupplicari per eos Deo, vt ipſe ab infidelibus Iudęis liberetur, quorum intelligebat acerbas, & implacabiles contra caput ſuum atq; vitam flagrare inimicitias, cùm illi odio inexpiabili Paulũ inſequerentur. Quos illorũ impetus, & quas acerbitates vt gentis iniquiſſimæ iramq; & inimicitiam nulla lege moderantis, quibus in Paulum poſtea graſſati, atq; incitati ſunt, qui noſſe vult, ex Apoſtolorum diſcat actis, non ab re quidem, neq; inani metu ab illis Paulus ſe liberari optat, cunctorumq; ſibi auxilio apud Deum aduocat preces, itemq; ab eodem Deo, & per ſe, & per alios obſecrando poſtulat, vt ſedulitatem ſuam, & ſubſidium, quod ipſe fert ſanctis, illi, quibus id defertur, æqui, boniq; conſulant, gratumq; ſibi habeant Pauli miniſterium. Eo enim opere confecto lætum ſe reuerſurum ad eos, qui ſunt Romæ, pollicetur, ſi Deo volente fuerit datum, vt cum illis conquieſcat, non ſolùm reficiendo ex labore itineris corpore, ſed multò magis mente ſpiritualibus epulis, & gaudio fraternæ pacis, charitatisq; recreanda. Atque vt mos ei eſt, poſt obteſtationes, & monita, vt Deum ſemper aduocet, propitiumq; precetur, illis, quos eſt obteſtatus, Deus pacis, inquit, ſit cum omnibus vobis, Amen.

*Commendo autem vobis Phœben ſororem noſtram, quæ eſt miniſtra Eccleſiæ in Cenchreis, vt eam excipiatis in Domino, ſicut decet ſanctos, & adſitis ei in quocunque vobis eguerit negocio, nam & ipſa affuit multis, ac mihi ipſi. Salutate Priſcam, & Aquilam, cooperarios meos in Chriſto Ieſu, qui pro vita mea ſuummet iugulum ſuppoſuerunt. Quibus non ego ſolus gratiã habeo, ſed & omnes Eccleſiæ gentium. Et quæ domi eſt apud illos congregationem. Salutate Epenetũ dilectum meum, qui eſt primitiæ Achaiæ in Chriſto. Salutate Mariã, quæ multum laborauit erga nos. Salutate Andronicum, & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos meos, qui ſunt inſignes in Apoſtolis, qui & ante me fue-*

*runt in Chriſto. Salutate Ampliam dilectum meum in Do-*
*no. Salutate Vrbanum cooperarium noſtrum in Chriſto,*
*Stachin dilectum meum. Salutate Apellem probatum in*
*hriſto. Salutate eos, qui ſunt ex Ariſtobuli familia. Salutate*
*rodionem cognatum meum. Salutate eos, qui ſunt ex Nar-*
*ſi familia in Domino. Salutate Triphenam, & Triphoſam,*
*laborant in Domino. Salutate Perſiden dilectam, quæ mul-*
*laborauit in Domino. Salutate Ruffum electum in Domi-*
*matremq́; ipſius, & meam. Salutate Aſyncritum, Phlegon-*
*Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum his ſunt fra-*
*Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & ſororem eius*
*Olympam, & qui cum his ſunt omnes ſanctos. Salutate in-*
*cem vos in oſculo ſancto. Salutant vos Eccleſiæ Chriſti.*

Hæc ſalutatio nominatim multis miſſa cùm humanitatem o-
ndit Pauli, virtutemq́ue illorum, quibus ſalus miſſa eſt, tum
nobis lumen præfert, vt intelligamus, quo pacto Chriſti no-
fuerat Romam allatum. Multi enim ex hoc numero Iudæi
quos in illo furore perſecutionis, quo Iudæi Chriſti diſcipu-
ex Iudæa expulerunt, nouæq́ue fidei ſurgenti, & crebreſcenti
exterminatione interitum & obliuionem poſſe afferri rati,
per orbem magis terrarum diſſeminauerunt feceruntq́ue i-
quitate ſuæ iniuriæ claram inter gentes, ac illuſtrem, vrbs Ro-
ad ſe venientes excepit, illorumq́ue vocibus erudiri cœpta,
latim nomen Domini Ieſu Chriſti didicit non aſpernari. At-
hi quidem primo cum ſuæ gentis hominibus collocuti, quo-
ſemper erat in vrbe magna copia quibuſdam eorum perſua-
runt, vt ad fidem Chriſti ſe conferrent. Deinde etiam inter na-
talos, aliarumq́; nationum homines ſanctum Chriſti Ieſu
nomen vulgari, & adorari eſt cœptum. Cumq́ue conuentus cun-
ctorum gregatim fierent, coirentq́; in vnum Iudæi cum gentibus,
ibus a principiis exortæ erant diſcordiæ, quòd Iudæi præſer-
tim recens conuerſi, legis nomen, & authoritatem relinquere nõ
poterant: gentes vero cum ſe faciles Chriſto, docilesq́ue præbe-
rent, legi obligari, & ſe addicere recuſabant. Ita paulatim cre-
ſcente diſſenſione, animi illorum inter ſe mutuò exaſperabantur,
nec tantum poterant habere authoritatis Priſcilla, & Aquila, An-
dronicus, & Iunius, cæteriq́ue ex Iudæa noui hoſpites, & aduenæ,
vt comprimere penitus, & ſedare valerent lites, contentionesq́ue
inter fratres commotas. Proinde alium quoque fructum illis af-
fert iſta ſalutatio, quod Apoſtoli teſtimonio, quod graue & ſan-
ctum apud omnes habebatur, propter ſapientiam quidem etiam



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

& celebres virtutes Pauli, ſed multo etiam magis propter conuerſionis modum commemoratum apud omnes, quo à CHRISTO ipſe fuerat vocatus atque compulſus, illi qui rectè de fide ſentiebant, cæterorum opinionibus, & mentibus commendantur, quo plus in eorum ſententia ponderis, & momenti apud fratres exiſteret. Sunt autem omnes ferè non ſine aliqua inſigni laude nominati. Ac Phæbe quidem fuit, quæ pertulit hanc epiſtolam. Priſcillæ autem, & Aquilæ etiam Lucas perhibet teſtimonium non ſolum religionis, atque virtutis, verum etiam cum Paulo familiaritatis, & amicitiæ, qui etiam cum illis neceſſitudine hoſpitii coniunctus fuit. Nam quòd ſe illi pro eo morti, & periculo obiecerint, non eſt quidem nominatim in hiſtoria ſcriptum, ſed argumento ſunt hæc Pauli verba eos in Iudæa, cum efferueſceret Iudæorum in eccleſiam CHRISTI crudelitas, præcipueque Paulum illa vis furoris appeteret, hos cauſam fortaſſis Pauli, & ſententiam defendentes, in diſcrimen capitis fuiſſe ipſos adductos. Magnam certe ſe illis gratiam debere teſtatur Paulus, & propter ſe cæteras quoque gentium Eccleſias, quæ veritatis à Paulo habere notionem nequiuiſſent, niſi iſtorum duorum opera incolumis ipſe illis ſeruatus fuiſſet. Andronicum autem, & Iuliam quis afficere honore, & laude maiore poſſit, quam eos inſignes inter Apoſtolos vocare? Domus porrò Narciſſi, illius vt opinor, qui Claudij Cæſaris libertus imprimis gratioſus, & potens, principio imperij Neronis Agrippinæ opera eſt interfectus, vel mortuo iam tunc Domino aliqua adhuc ex parte cohærebat, vel tempus, quo ſcripta eſt hæc epiſtola, non exiguum ante aduentum Pauli ad vrbem ſignificat. Sed nos de his, quæ incerta nobis ſunt, nihil diffinimus. Illud tenemus certò iam tum conflatam ex Iudæis, & gentibus eccleſiam Romæ conſtitiſſe, quæ à fugientibus ex Iudæa diſcipulis CHRISTI congregata primò eſſet illi enim narrandis rebus geſtis Domini, & miris illius operibus prædicandis quæ præſertim etiam ipſi ſignis, & virtutibus comprobarent, illexerant complurium animos, vt ſanctiſſimam illam, omniumq; ſaluberrimam acciperent doctrinam, quæ eſt Deo per Chriſtum Ieſum in ſola ſpe, & cupiditate cœleſtium præmiorum, mundanis rebus contemptis velle & adhærere, & credere. Illam his ſalutationibus ſubiuncta eſt hortatio, vt ſalutent inuicem ſe in oſculo ſancto, quod tanquam pignus ſit reconciliatæ inter omnes gratiæ, diſcordiæq; pacatæ, & animarum in vnum ſpiritũ, voluntatemq; conuenientium pius conſenſus. Salutem illis poſtremò ab eccleſiis Chriſti quas ipſe conſtituerat, vel per eum Chriſtus, verbis impartit. Atq; vt non humano more terminet epiſtolam, ſed ad Chriſtianum reuertatur inſtitutum, ſubiungit rurſus ſalubre præceptum, vt deuitent eorum conſuetudinem,

qui

per præpoſteram, peruerſamque doctrinam lites, & ſeditio- interipſos diſſeminant.

*Adhortor autem vos fratres animaduertere eos, qui diſsidia ſenſiones præter doctrinam, quam vos didiciſtis faciunt, & nate ab eis. Hi enim tales Domino Ieſu Chriſto non ſerui- ſed ſuo ſibi ventri, & per bonum, benedicumq́ ſermonem piunt corda minime malorum. Nam obedientia veſtra in permeauit. Gaudeo igitur de eo quod in vobis eſt. Volo tem vos ſapientes quidem eſſe in bonum, ſimplices vero in ma- Deus autem pacis conteret Satanam, ſub pedibus veſtris ci- Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum ſit.*

Solent enim qui ſunt fraudulentiores, & vafri prætexere ho- ſtos, proboſq; ſermones prauitati ſuæ, vt cum authoritatem ſi- omenq; comparauerint, tum demum effundant venenū ſuæ pietatis, ſibique commoda comparent, non illis conſultant, orum ſe profitentur doctores, ac magiſtros. Atq; hi hoc ſe fa- agere poſſe confidunt, cum ſunt, & verſantur inter ſimpli- hoc eſt inter eos, qui audiunt quidem libenter omnia, quę dem, & pietatem exiſtimant pertinere, animum autē eorum, docent, & conſilij exitum haud ita perſpiciunt, ſed quo ipſi a- mo ſimplici, rectoq; ſunt, eodē doctores ſuos eſſe præditos ar- tur, ſuntq; ad auſcultandū, & ad parendum imprimis faci- Quales nimirum iſti erant, quibus Paulus annunciat obediē- & humilitatis ab omnibus gentib. dari teſtimonium. Igitur eos, & ſancta monitione corrigit, vt hanc quidem bonitatē disq; puritatem adhibeant ad ea, quæ mala ſunt, quaſi totius eris eius, quod in fraude, & malitia, & nimio amore ſuimet ſtit, expertes penitus, rudesq; ſint, ad diſcernendū autem, & guendum, quæ ſunt bona, prudentiam ſibi, & calliditatem eant, vt ſciant ſegregare mala, & deuitare. Quî autem pote- dixerit aliquis, ſi ipſi malarum artium ignari omnino fue- illa in aliis vitia ad declinandum pernoſcere? Quia inquam, bonum eſt, cum tenuerint, & ſcierint, omnem a bono, & re- declinationem facilime intelligent malum eſſe, nec ſe ab ar- boni conſilij, vllius malo conſilio patientur deijci. Satis eſt e- contrarijs in duobus illud experiri, & noſſe, quod eſt præſtā- quandoquidem alterum, quod eſt inferius huius præſtantio- veluti diſceſſus, & defectio quędam eſt. Itaq; & Dominus diſ- pulos ſuos monuit, vt prudentes eſſent, ſicut ſerpētes, ſimplices ro vt columbæ. Et reuera noſſe malum, vt malum eſt, præclara imprimis, vtilisq; ſcientia. Fugitur enim ab omnibus omnino malum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

malum, cum cognoſcitur. Boni autem ignoratio maximum eſt malorum omnium. Hæc enim facit, vt ſæpe pro bonis mala accipiamus, vitamque noſtram propterea acerbis, & variis mœroribus, & curis infeſtam habeamus. Quòd ſi fuerimus ad intelligenda bona experrecti, & callidi, ſcientiam mali cognoſcemus illius eſſe fugam, & deuitationem, Deus autem pacis, inquit, conteret Satanam ſub pedibus veſtris vt non perturbet pacem veſtram, quam & inter vos tueri, & erga Deum ipſum præcipue debetis. Pax enim erga Deum ſanctitas eſt vitæ, per quam etiam cum hominibus diſſidia, diſſenſioneſque excluduntur. Gratia autem Domini Ieſu Chriſti fidei donum eſt, perfectæ illius videlicet, quæ viuida ſpe, charitateque munita, & in hac vita ſolidam lætitiam præbet hominibus, & in altera æternam beatitudinem.

*Salutant vos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Terentius, qui ſcripſi hanc epiſtolam in domino. Salutat vos Caius hoſpes meus, & eccleſiæ totius. Salutat vos Eraſtus gubernator ciuitatis, & Quartus frater. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis.*

Hæ interpoſitæ, relatæque ſalutationes ſimplicitatem illam cordium declarant, quæ Chriſtianorum debet eſſe propria. Non enim ordinem lautum illum ſeruant, & elegantem, ſed tanquam vndis quibuſdam amoris feruntur, & referuntur, idque imprimis præſeferunt, quod mos amantium continet, vt ne videantur poſſe à ſcribendo, quaſi à colloquio chariſſimorum diſcedere. Atque vt omnis bonorum operum inceptio à Deo oriatur, & item ad Dei gloriam terminetur, ſubiungit tanquam baſim epiſtolæ Chriſtiani myſterij breuem commemorationem ad ſummi Dei honorem, gloriamq; relatam, ſic inquiens.

*Ei autem, qui potens eſt nos firmare ſecundum Euangelium meum, & præconium Ieſu Chriſti per reuelationem myſterii, temporibus æterni taciti, patefacti autem nunc, & per ſcripturas propheticas ſecundum præceptum æterni Dei in obedientiam fidei in omnes gentes notificati, ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula. Amen.*

Hæc alio quodam huius epiſtolæ loco verba à doctoribus Græcis poſita leguntur, quæ nobis viſa ſunt in hoc fini ſcriptionis ſat commode quadrare. Eſt autem breuis commemoratio ferè cunctorum, quæ ante dicta ſunt. De hoc enim myſterio fidei potiſſimum eſt diſputatum. Quod à nobis quoque ſtrictim hic repetendum eſt. Etenim æternum Dei altiſſimi conſilium iam in-

dei

principio extitit, hominem imprimis nobilem creationem
velle ſibi adiungere, & participem facere liberalitatis ſuæ.
ita hoc voluit, vt tanti honoris præmium non ignauiæ,
æué proponeret, ſed induſtriæ, & fortitudini. Itaque illum
ndum hunc inferiorem induxit, præfecitque rebus omni-
& comitatu locuplete ſenſuum honeſtauit, quorum ductu,
ſubſidio appeteret, & compararet ſibi ipſe ea, quæ vtilia, ac
ria eſſe cognouiſſet, deuitaretque contraria. Mentem au-
n eo, & rationem natam ad dominandum, principem totius
inſeruit, quæ in ipſo ortus principio ignara quodammodo
& vim ſuam non ſentiens, mox proceſſu temporis, & rerum v-
ondocefacta agnoſceret ſemetipſam, illudque primum intel-
et ſe id potiſſimum in homine exiſtere, quod colendum eſ-
& omnibus modis in honore habendum, quod tum quidem
meritò contingeret, ſi noſſet ipſa præcipue, & modis omnib.
eraretur, authorem, & principem, & conditorem ſui Deum.
conditione, & natura primus homo factus & in poſſeſſionē
clariſſimæ virtutis à Deo ſtatim inductus, cum ſua culpa, &
ine haud ita multo poſt, defeciſſet, mentique imperiū quod
gendis ſenſibus habebat, conſeruare proprium neglexiſſet,
ito imperio omnipotentis Dei, ipſe quoque eſt æternam in
ionem, & continens bellum cum ſemetipſo datus, atque re-
ſis, ſedibusque commutatis, cum è requie in laborem, è para-
incultam in terram immigraſſet, curis, ſolicitudinibus, ope-
labore, cupiditatibus quoque variis, & turbulentis, falſis vt
num gaudiis, veris doloribus implicatus eſt, atque ita impli-
, vt exoluere ſe ipſe, ſubleuareque deinceps, aut erigere ad
m, niſi illo opem ſibi afferente non poſſet. Non deſiſtebat
dem Deus, quamuis rebelli homini, & ad deteriora ſemper
clini atque prono, humanitatem tamen, & miſericordiam, &
mentiam ſuam oſtentare, nunc docendo illum, nunc adiuuan-
, nunc ſomniis, viſis, oraculisq; deterrendo, multa quoque i-
oſcebat, alia diſſimulabat, quæ quanquam crimina eſſent, ta-
en quòd à ſummi ſceleris culpa aberant, nequaquàm homini
nc exprobrabantur. Sed cum corrupta hominis natura longius
à Deo ſemper abduceret, cumque bonitatem omnipotentis
Dei, memoriamq; accepti ab eo beneficij non obliuione ſolum,
um contemptu etiam, & impietate obrueret, ad obruendum
e viciſſim genus noſtrum illuuione aquarum eſt adductus, qua-
nouam de integro creationem inſtituens. Atque vt experiretur,
genus humanum, quod flecti beneficio ad colendum impri-
s creatorem ſuum non potuiſſet, compreſſum pœna, atq; ſup-
icio ad meliorem aliquando mentem ſe conuerteret, cui etiam
ilio, & rationi ſummi Dei cum improbitas hominum aduer-
ſaretur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſaretur, omnesque ferè communi quaſi conſtituto, atque pacto ad ementitos, & falſos pro ſpei quiſque ſuæ errore colendos Deos ſe conferrent, nõ amplius ratus hominem temeritati ſuæ permitti penitus oportere, aliquot ſibi ipſe elegit ex illa priſca, & celebrata antiquitate viros, quos maiore quodam conatu, & clarioribus ſuæ beneuolentiæ ſignis in ſui nominis honore, & cultu retineret, quod potiſſimum Dei occulto, inſcrutabiliq; iudicio parenti fidei noſtræ Abraam contigit, ex quo gens deinde nata, profectaq́; eſt, quæ lege per Moyſen a Deo lata, a nationibus reliquis hac vna re diſtincta eſt, quod ſola perſtitit, atq; manſit in veneratione, & cultu vnius Dei, anceps illa quidem ſæpe etiam, & lubrica, ſed tamen quæ diuinis fulta ſubſidiis hoc in orbe terrarũ exemplum intermori non ſineret, vnum eſſe ſolum in cœlo, & in terra hominibus colendum & adorandum Deum. Huic porrò genti ita electæ à Deo, atq; adſcitæ eiuſmodi erat tradita lex, quæ eos quidem in terra ſpes ſuas, & ſuorum optata bonorũ collocare non prohiberet, ſed illos ea ipſa bona expetere, & poſcere, à ſummo tamen Deo, atq; illi accepta referre conſuefaceret, vt ſi ex vna parte natio illa mundana eſſet, & altera tamen parte exiſteret cœleſtis. Non enim ab vno extremorũ ad contrariũ extremũ alterum illico tranſitus eſt, ſed oportet per interiecta, & media ad finem optimũ peruenire. Hac igitur lege diuturnis manente temporib. cum illius quoq; ſenſim diminui vis, & obſoleſcere authoritas cœpiſſet, aut ſiqui conſtantius eam retinuiſſent, omnia illi iam non ad ſinceram veritatem, & ad inteſtinam animi virtutẽ, ſed ad ſuperſtitionis cultũ magis conuerterent, eſſentq; peccata & facinora inter homines hoc grauiora, quod obicib. proſtratis, & tanquam repagulis continentiæ refractis, vniuerſa improbitas cateruatim ſe effuderat: tum vero ſtatuit Deus bonitatis ſemper ſuæ, & miſericordię memor maximo, & vltimo ſuo beneficio cũctum hominũ genus ſibi obligare, & adiungere, miſſoq; filio ſuo in carne, naturaq́; hominis non ſolum veniam nobis ab ſeſe atq; pacem, ſed patrium etiam nomen, illamq; charitatem, quæ in patris affectu erga filios eſt innata obtulit, & pollicitus eſt, ſi nos viciſſim infidos illos & turbidos mundi amores deponentes in ipſum Deum amorem omnem noſtrum, omne animi ſtudium contuliſſemus, neq; in his, quæ mundi ſunt, ſed in ijs, quę ab ipſo maiora nobis multo ac pręſtantiora proponũtur, figere ſpes noſtras, & cupiditate illorum flagrare inſtituiſſemus. Hic mihi nemo obijciat, quid ita per hoſce gradus Deus tam conſiliorũ ſuorũ, quam temporum, ac non de principio ſtatim hac opitulandi ratione vſus ſit, vt benignitate magis, quam pœna nos vinciret. Neſcit enim qui talia opponit, profectò cogitare, quæ ſint curricula, & proceſſus diuinæ prouidentiæ, quę in ſeipſa ſtabilis, vnaq; ſemper habet

bet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...in creatis reb. interualla, neq; ſe aliter oſtẽderet, ſi non diſtin-
...foret ſpatiis, & operib. Quid enim dixerim ego fructib. terræ
...bendis, cur annuum tempus datum eſt, ac non protinus ſata
...tinuò demeſſa ſunt. Quòd ſi his ad pubem, frugemq́; perdu-
...dis ortus, & auctio, & maturitas eſt attributa, alioquin ſi pro-
...ſſus iſti non fiant, & veluti gradus, neq; tempora diſtingui, ne-
...cœlum conuerti ſit neceſſarium, omniſq́; & motus rerum, &
...ietas, & differentia fuerit ſublata, ſi inquam, omnibus in reb.
...ſub motu naturæ ſunt, quædam primum ingreſſiones, dein-
...moræ, mox reprehenſiones inſtituti conatus, & aduerſus im-
...dientia luctationes, curſus deinde liberior, approperationeſq́;
...potiundum finem ſuum exiſtũt, quæ omnes interuallis qui-
...dam, & velut paſſib. paulatim productæ, curriculum tandem
...mne emetiuntur, cuius ſtultitiæ eſt quærere, & ſciſcitari hoc in
...ſo Deo, cuius conſilia arcanis ponderata rationib. ad opportu-
...tates temporũ dimenſa, effectibus diſpertita, vno tamen, atque
...dem fini ad ſalutem hominum gradatim ab eo deprompta, &
...efacta ſunt? Voluit igitur Deus in extremo tempore, æterno
...ex conſilio nouum, & inexpectatum beneficium hominibus
...ere, vt vnigenum filium ſuum pro nobis vitę mortali, & vitam
...am conſequentib. ærumnis, necnon ludibriis, ignominiis, mor-
...cruciq; addiceret, ad eum finẽ, vt nos præclaro illo, admirabili-
...exẽplo è mundo penitus euelleret, ſibiq; cõiungeret. Et quo-
...am durius eſſe hoc videbatur, tam multarũ rerũ iucundiſſima-
..., quę è terra nobis blandiũtur, tanta varietate diuelli, in Chri-
...ſuſcitatione aſcenſuq́; in cœlum oſtenderet, quanto maiora
...temptorib. terrenorũ bonorum, & in cœlo mentes ſuas collo-
...tib. ac diuiniora apud Deũ præmia eſſent propoſita. Vt n. he-
..., & nudiuſtertius diſputauimus, Chriſtus ipſe oratio eſt, & ſermo
Dei patris habitus ad homines, per quem veram doctrinam nacti
ſumus adipiſcendę ſalutis, & immortalitatis, ſi Deo ipſi credere,
& fidẽ illi habere ſummi, & æterni boni noſtri in animũ induxe-
rimus, quod quoniam ſine Chriſto facere non poſſumus, ipſe n.
Dei veritas eſt, & Dei conſilium, idemq́; via noſtra, atq; iter, quo
ad Deum perueniamus, totũ in Chriſto ſitũ eſt ſalutis hominum
myſteriũ. De quo quãdo ſatis hoc biduo dictũ eſt, illaq́; à nobis,
quę inſpirante Deo, ꝓlata de eo expoſitaq́; ſunt, omnia Iulius fra-
ter habere ſe dixit, in cõmentario relata, petetis ab eo, cũ vobis li-
buerit, ꝙ quidem ad hæc pertinet Pauli verba, patere vobis iam
arbitror hoc myſterium æterno ex tempore abſconditũ omnib.
& occultũ fuiſſe, neq; hominib. ſolum, verum etiam angelis, non
quin partẽ eius aliq̃ aliqui aliquando ꝓſpexerint, tum angeli, tũ
etiam homines, ſed quod totũ planè nunquam cuiquam eſt pa-
tefactum, Vidit Hieremias vim nouę legis, quę in cordibus ho-
minum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minum vocem ſuam, non autem in litera amplius expreſſura eſſet, Vidit Eſaias ducem melioris ſeculi deformatum, & contemptum, ſuo mœrore & luctu lætitiam ceteris, gaudiumque afferentem, Videre multi prophetarum, & patriarcharum de Chriſto multa, neque enim omnia hic referri eſt neceſſe, ſed vt plures cõplura viderint, illud tamen fœdus inenarrabileque coniugium diuinitatis cum humanitate nemo ſatis videre, aut perſpicere potuit vnquam. Qui vero præpotenti Deo propiores ſemper ſunt, aſſidueque aſtant in eius conſpectu angeli, poteſtates, & cœleſtes mentes reliquę facilè quidem illi noſcebant collegam propè ſui, & ſocium eiuſdem naturæ hominem in errorem ideo lapſum, auerſumque planè à Deo, quod nimis magnam rationem terrenorum bonorum duceret, huicque malo, quod lex non fecerat, datum iri remedium à Deo præuidebant, tantam illam tamen humanitatem, tam inauditam, inuſitatamque clementiam, tam incredibilem Dei erga homines amorem ne potuerunt quidem ſuſpicari, vt filium is mitteret veluti legatum ſuæ voluntatis. Primũ hoc quanti? Deinde vt ad mortem & ad ignominiam mitteret, hoc vero eſt, quod cum attendere, & conſiderare incipimus, ſi nõ ſumus planè ferrei, in lachrymas, & gemitus erumpamus oportet, tantúmne amorem, tantúmne de nobis ſtudium, tantam cupiditatem, & curam ſalutis incolumitatisq; noſtræ ſuſcepit Deus, nos vt iudicarit dignos, quorum gratia æqualem ſibi filium non minorem ſolum angelis, ſed ne potentibus quidem & claris inter homines viris parem efficeret? Cum & antea ſæpe patriarchis, & prophetis, ipſoque ad nos angelorum miniſterio docendos, & adiuuandos viſus eſſet. Verum hoc, quod poſtea factum, ipſa cœleſtis exercitus multitudo nato in paupere tugurio Chriſto admirata voce ſua imprimis, cantuque celebrauit, paſtores mox cognouerunt, nos mortales reliqui maximo noſtro cum bono, incomparabili erga nos omnipotentis Dei beneficio ſenſimus ante aliquot ſecula prophetarum vaticiniis, & prædictionibus ſignificatum, annunciatum, promulgatum, non tamen quantum necnon eiuſmodi futurum eſſet, potuit planè intelligi, quo quidem diuino ſuo munere, & filii ſui exemplo nos inſtituit Deus, vt illi, quoad homini fas eſt, fieri velimus ſimiles, vnamque in hac Dei imitatione, & ſimilitudine, quæ ex fide iuſtificatio ſæpe dicta Paulo eſt, virtutis veræ, & conſtantis rationem conſtituamus. Nam cerni quidem, quæ ex mundanis honoribus, atque laudibus vel ipſa etiam traduntur philoſophia virtutum curricula, atque incitamenta, neque ſoliditatem habent ſtabilem, neque ad immortalitatis præmium nos deducunt. Hæc ſimilitudo Dei ex imitatione Ieſu Chriſti vna ſola eſt crepido ſtabilitatis noſtræ, eadem inuicta ſeculis, immota cupiditatibus, quæ cum veluti procellæ quędam

&tem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tempeſtates vitam noſtram aſſidue quatiant, hac fide CHRI-
ſti ſola frangi, & propulſari queunt. Firmati enim à Deo per fi-
dem ac iuſtitiam, in eaque ſtatuti, cum Chriſtum habeamus ver-
bum patris, viam nobis per aſpera, & ardua aperientem, quam et-
iam ipſum ſubeũtem videmus, atq; excipientẽ duriſſimos mundi
ictus, quo illi leuiores deinde, & tolerabiliores in nos incidant,
atque prætereuntem quoque nobis in cœlum, & ſuo illuc a-
ditu eodem nos vocantem, nos ſpe illorum cœleſtium bonorum
firmati, neque abducimur poſtea mundi blanditiis, nec aſperita-
tibus deterremur, quin certi, atque conſtantes etiam ſi offendi-
mus interdum in via, & labimur, mente tamen, atque animo in
eo hæreamus. Hæc itaque firmitas nobis à Deo ex Euangelio
nobis eſt, quod eſt totum præconium IeſuChriſti, in quo myſteriũ
noſtræ ſalutis nunc demum reuelatum eſt, quod ex æternis ſecu-
lis delituit, obſcurumque permanſit, tametſi Deus per prophetas
ſuos aliquas eius partes in omnes mundi oras voluit promulgari,
idcircoque effecit, vt late diffuſum Iudæorum nomen, & in o-
mnibus ferè prouinciis, ac ciuitatibus diſſeminata illa natio le-
gis ſuæ vim, & notionem hominibus proponeret, quo Ieſu Chri-
ſti futuri ſeruatoris teſtimonio prædicato vbique inter homines,
& publicato cum ipſe poſtea Chriſtus aduentaſſet, facilius à gen-
tibus, planiusque agnoſceretur, fidesque eius, tanquam vnici filij
Dei acciperetur. Huic igitur ſic nos firmanti, & curanti, & tanto-
pere nos amanti ſoli ſapienti Deo honor à nobis, & gloria per Ie-
ſum Chriſtum Dominum noſtrum in ſeculorum ſempiternas æ-
tates, Amen. HIC TRIVLTIVS, Iure ſanè, inquit, atque addecet ita
fieri. Solus enim & ſapiens, & laudabilis eſt Deus, qui ſi etiam non
alio nobis indicio ſuam beniuolentiam oſtendiſſet, quam quod
mundo inferiori nos præfecit, cæterorumque animantium cun-
ctorum conſtituit dominos, eſſet tamen eius liberalitas & ſapien-
tia cum amore nobis, & cum veneratione omni recolenda. Cum
vero humanis beneficiis non contentus, diuinæ etiam hæredita-
tis præmium nobis propoſuerit, atque id nos facilius, vt adipiſci
poſſemus poſt multa, variaque ſuæ prouidentiæ, doctrinæque in-
dicia, filium ſuum vnicum poſtremo legauerit ad terras, morique
eum pro nobis, & in crucem tolli permiſerit, quo nos cum eo vnà
in terrenis noſtris affectibus mundo crucifixi, nihil niſi cœleſtia,
& alta cogitaremus, quid poſſumus quæſo amoris, & gratiæ Deo,
quod tanto illius, & tam ſingulari beneficio reſpondeat, à noſtra
parte exhibere? Equidem angor animo non hæc vbique gentium
cognita, & diuulgata eſſe, quæ diſputata heri à te & nudiuſterti-
us, nos hodie tantum quaſi delibando tractauimus, & ea tamen
breui ipſa commemoratione perſpicuam oſtendunt ſui luminis
veritatem. Quid enim poteſt eſſe illuſtrius quam eſſe vnicum hũc

æternæ, & veræ aſſequendæ beatitudinis modum, ſi à Deo primum egreſſi, ad Deum item nos recipiamus? quod noſtræ perpetuæ ſalutis myſterium totum abſtruſum olim gentibus, Iudæis dimidia ex parte datum, nos integrum, & plenum in omnem partem accepimus. Dux porrò, & monſtrator huius myſterii ſolus Chriſtus, vel potius ipſe myſterium, (ſic enim te exponente cognoui id quod magis, magisque deinceps animo voluitans intelligo eſſe veriſſimum,) Chriſtum ipſum doctrinam, & verbum exiſtere patris nos monentis, & condocefacientis, ſi cœleſtium bonorum compotes eſſe velimus, eius omnia præcepta nobis eſſe perdiſcenda, hoc eſt Chriſtum induendum, & quod vt iterum interpretemur, terrenarum rerum amoribus deſerendis, atque abiiciendis & cœleſtibus capeſſendis ſolam Dei gratiam, & cum eo cognationem nobis eſſe appetendam. Cuius rei documentum nobis eſt ipſe Chriſtus, miſſus ob hoc ipſum è cœlo, & quamuis homo ad hanc ipſam rem creatus totus, atque factus, nomen vt nobis filiorum Dei, & paternam ſecum cœli hæreditatem tanquam chariſſimis fratribus communicaret. Hoc igitur vt dixi, tam perſpicuæ ſapientiæ, & veritatis lumen, quod veluti fulgur è cœlo olim regionibus terræ in omneis circumcirca rerum fines emicuit, voceque ea inſonuit, vt non illa ab homine prolata vox, ſed è cœlo edita planè intelligeretur, quo quidem tempore cunctæ propemodum gentes & nationes quantumuis feræ & barbaræ ad Deum ſeſe facilè, & ad Chriſtum contulerunt, hoc, inquam, lumen nunc relanguiſſe vſque adeo, vt non iam firmo, & recto intuentibus oculo, ſed quaſi hallucinantibus apparere videatur. De his loquor, qui illud quoquo modo tamen accipiunt, & ſe id præferre ſuis actionibus profitentur, à multo maxima vero parte aut ignorari idem illud; aut etiam contemni, quis pii hominis ſenſu præditus grauiſſime poteſt non dolere? Cernimus Chriſtianum nomen eò deductum eſſe, primum vt qui illud tenent, & norunt, verbo quidem vſurpent, re autem, atque factis omnia alia potius conſectentur, quam quæ ſunt huic profeſſioni, & nomini conſentanea. Nolim equidem integris, probisque hominibus, quicunque illi ſunt, & vbicunque terrarum ſunt, vllam meis verbis labé, maculamque afferre. Non enim hos reprehendere, aut violare intendo, ſed de communi hominum, qui ſe oſtendunt, & oſtentant more, & de vſitato genere viuendi loquor, quod in eo poſitum nunc eſt, vt videamus omneis ferè quærere, quæ ſua ſunt, vt Apoſtolus ait, non quæ Ieſu Chriſti. Atque vtinam tamen quæ ſua eſſent verè quærerent, neque in alienis & externis rebus appetendis occuparentur vano profectò labore, dum ſolicitudines ſuas ad eas res conferunt, quarum propria, & certa nunquam eſt poſſeſſio. Etenim quid magis proprium, magisque copulatum, atque

harens,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rens, quam ſibi vnuſquiſque? Et tamen qui hoc cogitet, & ſa-
...,ſuamque imprimis integritatem, & ſuimet curet incolumi-
...m quotus iſte reperiatur? Imminemus foras penè omnes, &
...ſuimet obliti ad illa externa propendimus, quæ ſonitu, & ru-
...ribus complent aures noſtras, falſoque ſplendore oculos per-
...ngunt, quibus dum potiamur, & compotes eorum ſimus, ex-
...imus noſmetipſos veritate propriorum bonorum, iuſtitiæq;
...idei, & ipſius ſæpenumero Dei, qui ſolus ſalus noſtra eſt, cum
...ſſione fallacium bonorum facimus commutationem. Nam
...od vita plena eſt ſimulationis, inſidiarum, mendacii, quod adu-
...ur, quod vultus fingimus, quod aſſentamur præſentibus, ab-
...tes laceramus, quod dum ad optata noſtra perueniamus non
...itatis, non concordiæ, non publici commodi, non pietatis,
...charitatis, aut religionis ducimus rationem, quis non intelli-
...t cauſas omnium malorum, quæ Chriſtianam iam diu depo-
...tata Remp. ſunt, hodieque maxime & vaſtant, & depopulantur,
...hoc errore hominum, & communis vitæ conſiſtere? Eò enim
...ducti his moribus ſumus, vt non amplius videamur, neque no-
...ro conſilio ſalui fieri poſſe, neque Dei ope, atque auxilio, pro-
...terea quod alterum iniuſtis cæcati cupiditatibus non videmus,
...ltero ſumus indigni. Itaque præter bella, & ſeditiones inteſtinas,
...ibus longo iam tempore laborat Chriſtiana Reſp. acceſſit pau-
...is his annis grauis iſta hæreſis, quæ & concordiam publicam, &
...ligionis authoritatem aliquot in locis vehementer comminu-
...,metuque legum ſublato, ſuapte ſponte homines ad carnis li-
...centiam, & ad cupiditatum ſtudia proiectos, non ſolum exoluit
...more, frænoque conſcientiæ, ſed animauit etiam vltro, atque
...d explendos improbos animorum affectus hortata eſt. Nā quid
...de noſtro, & fidei noſtræ ac religionis perpetuo hoſte principe
Turcarum dicam? cuius admirabiles & inauditi fortunæ curſus
nónne indicant manifeſtò alienatum à nobis Dei animum, & ab-
horrentem ab vtilitatibus noſtris illius voluntatem eſſe? vt quo-
niam nos, quod debemus, id minime agimus, hoſtis noſter quic-
quid ipſe agit, facile ſibi id factu, & quaſi paratum inueniat. Atq;
vt appareat magis, quæ ſit in hac re voluntas, & quod iudicium
ſummi Dei, poteſtné eſſe certius quicquam, quam ſi velimus nos,
hoc eſt, ſi principes noſtri in vnum conſentiant, facilè illum re-
preſſum ab his, in quæ imminet, quæ nobis ex amplo, & vetere
Chriſtiani nominis imperio pauca iam reliqua ſunt facta, neque
hoc ſolum, verum etiam ex illis, quæ iam diu occupat, quæ ex da-
mnis noſtris poſſidet, non maximo negocio eum expulſum iri?
Nihil eſt profectò, quod patere poſſit magis. Quid igitur eſt cau-
ſæ, quod non prouidetur, quod non occurritur, quod impendens
cunctis exitium non attenditur? Cæci, cæci, inquam, ſumus, neq;

conſpicimus, quid timere oporteat, quid cauere rectum ſit, deſertiq; à Deo, & derelicti, nec conſilii capiendi, nec bonæ rationis ineundæ vllam habemus facultatem. Atq; ille quidem aucto ſuo in immenſum, amplificatoq; imperio, quod ex ruinis totum noſtris coagmentauit, atq; extruxit non contentus Syria, Aegyptoque, quam paucis his annis, armis eſt adeptus, cum Aſiam cunctã nobis antea abſtuliſſet, Græciam occupauiſſet, Illyrium eſt vniuerſam depopulatus, munitiſſima recens nunc quoque Pannoniæ oppida expugnauit, imminetque regno illi, quod ſi ceperit, ac poſſederit, quanquam quo minus accipiat, nihil à nobis remedii paratum eſſe video, non poſthac mari diſcretum quoquo modo hoſtem, ſed in faucibus Italiæ habituri ſumus. Recitantur quotidie in ſenatu ex Pannonia literæ, etenim illic legatione, vt ſcitis, pro ſummo pontifice fungitur vir nobiliſſimus Siculorum, idemque ſine omni controuerſia prudentiſſimus Antonius Pulleo Burgius, tuus Sadolete vetus amicus, atque hoſpes, de quo tibi maxime debet eſſe notum, tua enim iſtæc eſt curatio, tuum munus de his, quæ ad regnum illud, & legationem pertinent, pontificem quotidie conſulendi, literiſque accipiendis, & mittendis rerum, ac temporum conſilia communicandi. Sed vt dicere inſtitueram, leguntur in ſenatu crebrò literæ ſummum illarum nationum periculum ſignificantes, nec tamen ſpem vllam oſtendentes ſalutis, niſi forte tale quid eueniat, quo hoſtis ab inſtituto, & voluntate huiuſmodi deducatur, ita illi volenti in manibus victoriam eſſe legati noſtri renunciant. Qua in re maxime notare, & animaduertere ſoleo Clementis VII. Pontif. Max. pietatem, bonitatemque, qui cum & tanto pondere auri, quantum ab ipſo effici potuit, regno illi ſubuenerit, & labore, cura, vigiliiſque nihil prætermittat, quin omnia tentet, atque experiatur, ſi quid bonæ ſalutis collabentibus illis rebus queat afferre, tum autem vultu, aſpectuque denunciat dolore animi ſe contabeſcere, neque vllam diurnæ, aut nocturnæ partem capere quietis, dignus profectò, cuius & aſſiduas preces ex alto Deus, & quotidiana munita, atque conſilia Chriſtiani in terris principis exaudiat. Id videtis, quæ impedimenta ſunt, flagramus in Italia bello acerbo, ac diuturno, duobus potentiſſimis regibus inter ſe decertantibus, qui totum robur Chriſtiani nominis ſecum deferunt, quorũ non meũ quidem eſt diiudicare controuerſias. Illud meum eſt de Franciſco rege Chriſtianiſ. id dicam, quod aut meus in illum amor, aut meum perpetuum, & conſtans de ipſius virtute, & magnitudine animi iudicium me cogit dicere. Sic enim mihi perſuaſum habeo, ſi illi aliquando contigerit liberum eſſe ab his ſocialibus bellis, quæ dum res repetit ſuas, neceſſariò ſuſcipere coactus eſt, hanc eum prouinciam, expeditionemque liberandæ

ſt hoſtibus Chriſtianæ Reip. & ſuſcepturum maximo animo, &
ſuraturum fortiter eſſe, quod vt ſperem adducor, non ſolùm ex
ſi, quas perſpicor in eo eſſe, virtutibus, quod honoris, quod lau-
is, quod eius gloriæ præcipuè cupidus eſt, quæ ſit ad Deum i-
pſum, & ad Reip. commodũ conuerſa, ſed eò etiam magis, quod
ſe in ſermonibus, quotidianiſq; colloquiis ſingulare quoddam
ſemper eius rei ſtudium, & inſignem cupiditatem præ ſe fert. Et-
enim eo eſt animo prę̈ditus, vt ſe à nemine ſuorum proauorum,
atque maiorum, qui plures multa, & magna pro Chriſtiana Re-
pub. egerunt, in hac præclara laude paſſurus ſit ſuperari, vtinam
modò acerbæ iſtæ diſcordiæ, exitiabileſque contentiones, quæ
tanto publico officiunt bono, Dei primùm ope, ac beneficio, tum
deinde Clementis Pont. noſtri conſilio, qui nihil aliud dies no-
cteſq; cogitat ad tolerabilem aliquam conditionem finiantur,
paceq; & compoſitione quandoq; terminentur. In qua quidẽ cu-
ra, & labore pacificandi video te Sadolete cùm in intimis rerum
deliberationibus Pontifici aſſiduè adſis, laborare præcipuè, &
præter cæteros ſolicitum eſſe. Svm enimuerò, inquam, nec mi-
hi quicquam eſt optatius, quàm intueri aliquando quieſcentem
Italiam, & iſta ipſa arma, quæ tam facilè vibrantur inter nos, pro
propugnatione fidei Chriſti aduerſus impios hoſtes conuerſa
aſpicere. Habeo autem mecum eiuſdem muneris, animiq; colle-
gam, hunc, qui ætate quidem adhuc penè adoleſcens, ingenio,
virtute, eloquentia, cum ſummis viris eſt comparandus, Benedi-
ctum Accoltum Archiepiſcopum Rauennæ. Sed quàm facile ſit
in mediis ipſis ardoribus inimicitiarum animis contentione, ira-
que exaſperatis ſanum, & ſalubre valere poſſe conſiliũ, exiſtima-
te ipſi per voſmetipſos poteſtis. Pontifex quidem optimo animo,
& incredibili vrget ſtudio, vt molliantur corda, paciſque aliqua
cogitatio ſuſcipiatur. Sed nihil adhuc profectum eſt, Deo, vt ego
ſuſpicor, noſtris rationibus ſuorum perfugia auxiliorum obſtru-
ente, qui quoniam vnde ipſe abeſt, nihil ibi omnino recti, nec
commodi capi poteſt conſilij: à nobis Triulti orandus, atq; ob-
ſecrandus eſt, vt populos aliquando ſuos benigniore oculo aſpi-
cere dignetur. Facivndvm id quidem eſt, inquit, & fuit his a-
liquot annis etiam factũ, cum Leone X. Pontifice maximo quin-
quennales illæ induciæ in omni Chriſtiano nomine indictæ fue-
runt, quo quidem tempore conſtare inter homines vſu rerum e-
doctos, & ſapientes intelligebam vno illo in conſilio, & in illa v-
na ſaltem ad tempus ſuſcepta Chriſtianorum principum con-
cordia, ſalutem Chriſtianæ Reipub. conſiſtere. Sed vt reuertar ad
Deum, cùm eſſemus tunc in ſenatu, literaſque omnium penè
principum haberemus ſignificantes animi mœrorem, quem ex
felicitate, & victoria hoſtis noſtri Turcæ eorum quiſq; cepiſſet:

(etenim tempore illo Turcarum rex Syriam, atq; Aegyptum ar-
mis occupârat, videbaturq; nouis imperiis auctus, & maiore mul-
tò quam priùs, ac propè duplicata cumulatus potentia ad infe-
rendum nobis detrimenta, atq; clades futurus paratior; tunc fuit
initum fuiſſe nobis repentè id conſilium, vt in quinquennium
fœdus, & amicitiam Chriſtianis principibus indiceremus, decer-
neremusq; omnipotenti Deo aliquot dierum ad omnia templa,
& puluinaria ſupplicationes, vt quando nos noſtris operibus non
mereremur, ſua is miſericordia, & bonitate opem ferret Chri-
ſtianæ Reipub. eosque, qui ipſius ſanctum nomen colerent, nu-
men, atque adorarent, a poteſtate, & libidine crudeliſſimorum
hoſtium redderet ſaluos, quas tum ſupplicationes omnibus in
locis, a cunctis qui Chriſtianam Remp. ſaluam cuperent, cum
coniugibus, & liberis iuſſimus celebrari. Dixit ſententiam ma-
natu homo omni grauitate, ſapientia, authoritateq; ampliſſi-
mus Antonius à Monte, qui iam diu in principibus eſt noſtri or-
dinis, cui ad vnum omnes fuimus aſſenſi, nec potuit meo qui-
dem iudicio ſapientius tum agi, quam actum fuit. Et ſanè in tan-
tis mœroris, & triſtitiæ tenebris, quantæ animos cunctorum tunc
occupauerant, lux quędam ſpei bonæ, ſalutisq; communis ce-
perat apparere, niſi illud lumen optimi conſilij familiaris [illegible]
noſtrarum caligo cupiditatum citò extinxiſſet. Ast ego, in-
quit, Iulius cùm in Gallia tunc eſſem, fui enim illis in locis, vt
meminiſſe poteſtis, biennium, cùm Bernardus Diuitius Bibien-
na ſummi ingenij, & magni conſilij vir, ex veſtro [illegible]
Cardinalis legatus ibidem ſummi Pontificis exiſteret, egoq; o-
mnibus illis in rebus, & conſiliis ſemper intereſſem, dicam quod
vidi egomet, affuiq; præſens, cùm fieret, neq; hunc chriſtianiſſimum,
& pręſtantiſſimum regem ſuæ virtutis, & gloriæ teſtimonio frau-
dabo, qui cum hac ipſa de re, induciisq; edictis, cauſaq; quamob-
rem edictæ illæ fuiſſent, literas, & nuncios ab vrbe accepiſſet,
itemq; de eadem re à nobis fuiſſet edoctus, vehementer commo-
tus animo, & Chriſtianæ detrimentum religionis grauiter fe-
rens, quam amplificata hoſtium potentia proximã eſſe [illegible]
intelligebat, non continuò reſpondit, diemq; ſibi poſ[illegible]
pſit ad deliberandum, quæ cùm veniſſet dies, eſſetque frequens
coactum nobiliſſimorum procerum, & grauiſſimorum hominum,
ornatiſſimorumq; conſilium, pro ſuggeſtu inſtituit reſpondere,
credo, vt quod erat Deo, & fidei CHRISTI oblaturus, id con-
uentu illuſtrium, grauiumque virorum & teſtatum magis, & ma-
iore firmitate ratum eſſet. Atque ibi commemoratis maximis
beneficiis, quæ ſibi tam in ſeipſo, quàm in maioribus ſuis diui-
nitus collata fuiſſent, ſuaq; expoſita cupiditate referendæ quo-
ad liceret, Deo gratiæ, obtulit ad extremum pollicitusq; [illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hriſtiani cæteri principes induciis aſſenſi eſſent, cauſamq; Dei matis diſſenſionibus præuertendam eſſe conſtituiſſent, ſeſe m quadraginta millibus peditum, duobus millibus cataphraorum equitum ad bellum, atque in expeditionem aduerſus rcas iturum, neq; ante finem facturum, quam profligato bel, atque confecto, aut vitam ſuam quam deuoueret Deo, aut eres prouincias, quas Chriſtianæ iampridem Reipublicæ imhoſtes eripuiſſent, eidem Deo reſtituiſſet. Quo ego ſpectaculum vnquam me arbitror maius viſurum, neque magnifiius. Etenim cùm virtus regis, atq; animus, illaq; mentis manitudo, qua inſigni prȩditus eſt, totam ſe in illo facto tunc endit, ac patefecit: tum verò nos in eam ſpem, atque opinioem omnes diſceſſimus, vt non ampliùs de metu, aut periculo, d de victoriis, ac triumphis cogitari à nobis putaremus oportere, quæ tamen ſpes, vt dixi, celeriter nobis è manibus elapſa é, quorum culpa non dico, eſt enim nobis poſitum ante oculos. llud mœreo, grauiq; ex eo dolore animi afficior, quod iam ad mnium noſtrûm perniciem, & certè ad perſpicuam infamiam ominis Chriſtiani pertinet, quod ex his noſtris importuniſſimis iſſenſionibus principem Turcarum impium orbis terræ affeentem vagandi qua velit impunè, omniaq; corripiendi intelligere video facultatem ſibi eſſe conceſſam. TVM LANGEVS, Quæ tu Iuli de rege noſtro palàm ab eo facta, atq; dicta vidiſſe te s, ego qui illius conſiliis intimus ſum, totamq; eius vitam ſpectator, quippe qui in cubiculo ſemper illi ſum proximus, facilè aſſeuerare tibi poſſum eo animo fuiſſe dicta, vt non conſilium repentinò captum, ſed perpetuæ in eo voluntatis teſtis oratio illa extiterit. Atq; vtinam videre interius poſſetis domeſticas illius actiones, & priuata ſtudia, amaretis profectò humanitatem, liberalitatem, bonitatem, quæ etſi extra quoque, & in publicum proferunt, domi tamen, atq; intus expreſſiora ſunt. Nam quod ad hanc in fidei hoſtes expeditionem pertinet, noui ego illius motus animi, & conatus, nil niſi de laude, & de gloria cogitantes, ſcioq; quanta is rerum magnarum flagret cupiditate gerendarum, vtq; totus ad Deum, & ad ſtudium tutandæ religionis ſit conuerſus. Quod quidem in hac nouarum hæreſum, atq; opinionum labe à ſuis populis propulſanda facilè poteſtis animaduertere. Itaq; ſperare iure debemus, ſi hac illius firmata, & ſtabili voluntate occaſionem ipſi Deus & ab his ciuilibus penè, vt ita dicam, quæ inter Chriſtianos agitantur, diſſidiis pacem, ociumq; præbuerit, futurum eum Chriſtiani nominis in veterem potentiam, amplitudinemque vindicandi, & authorem, & principem VTINAM, inquam, Langee hoc ita fiat, ſicq; iubeat ille, qui omnium potens eſt Deus, quem rogamus ſupplices, vt in conſti-

tuen-

tuenda quando illi cunque fuerit viſum ſalute nominis noſtri: quod certè externis, inteſtinisq; hoſtibus, ſed multò etiam magis vita hominum corrupta, & contaminatis moribus grauiter laborat, hanc velit propriam eſſe gloriam Franciſci regis noſtri Chriſtianiſ. vt ipſe electus præcipuè à Deo ad hoc præclarum munus virtute, & victoria, & felicitate Chriſtianam rempublicam ſtabiliat, cuius deinde gloria beneficij in vniuerſa poſteritate perpetua, illuſtrisq; ſit. Cui à nobis Deo ſoli potenti, & ſapienti, & optima ſemper volenti honor ſit, & gloria in ſempiterna ſecula, Amen.

Hic idem omnes cùm precati eſſent, Deumque ſupplices cum pietate adorauiſſent, iamque in Vaticanum nos ad ſuas quenq; de Republica curas diei tempus reuocaret, ſoluto cœtu diſceſſimus.

FINIS.